











¶ DE VSV ET CONSVETVDINE: ET DE STILO CVRIÆ REGALIS. ET PRIVS DE VSV ET consuetudine. Authore Licentiato Petro de Salazar aduocato Garnatensi. Pincie oriundo.

CVM PRIVILEGIO.







EL REY.



OR QVANTO POR PARTE de vos el Licéciado Pedro de Salazar abogado enla nuestra audiencia y Chancilleria de Granada nos a sido fecha relació que vos auiades compuesto vn libro intitulado de Vsu et consuetudine, et de Stilo curie regalis, el qual era muy vtil y prouechoso, y nos suplicastes lo mandassemos ver, y examinar, y daros licencia para lo poder imprimir, y priuilegio por el tiépo que fuessemos seruido, o como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro consejo, y como por su mandado se hizieron las diligencias que la prematica por nos nueuamente hecha sobre la impression de los libros dispone. Y por os hazer bien y merced fue acordado q̃ deuiamos mandar dar esta nuestra cedula para vos enla dicha razon, y nos touimos lo por bien, y por la presente os damos licencia y facultad, para que por tiempo de diez años primeros siguientes, que corran y se quenten desde el dia dela fecha desta nuestra cedula, vos o quien vuestro poder ouiere, y no otra persona alguna, podays imprimir y vender el dicho libro que de suso se haze menció, y por la presente damos licencia y facultad a qualquier impressor destos nuestros reynos que vos nombraredes, para que por esta vez lo pueda imprimir, con que despues de impressa antes q̃ se venda lo traygays al nuestro consejo, juntamente conel original que enel se vio, que va rubricado y firmado al cabo de Pedro çapata del Marmol nuestro escriuano de camara delos que enel nuestro consejo residen, para que se corrija conel, y se os tasse el precio que por cada volumen ouieredes de auer, y mandamos que durante el dicho tiempo persona alguna sin vuestra licencia no lo pueda imprimir ni vender, so pena, que el que lo imprimiere o vendiere aya perdido y pierda qualesquier libros y moldes que del tuuiere o vendiere enestos nuestros reynos, y mas incurra en pena de cinquenta mil marauedis por cada vez que lo contrario hiziere, la qual dicha pena sea la tercia parte para el juez que lo sentenciare, y la otra tercia parte para la persona que lo denunciare, y la otra tercia parte para nuestra camara, y mandamos a los del nuestro consejo presidentes e oydores de las nuestras audiencias, alcaldes, alguaziles dela nuestra casa, corte, y chancillerias, y a todos los corregidores, assistente, gouernadores, alcaldes mayores e ordinarios, y otros juezes y justicias qualesquier de todas las ciudades villas y lugares delos nuestros reynos e señorios, assi a los que agora son, como a los que seran de aqui adelante que vos guarden y cumplan esta nuestra cedula y merced que ansi vos hazemos, y contra el tenor y forma della, ni delo enella contenido vos no vayan ni passen, ni consientan yr ni passar por alguna manera, so pena dela nuestra merced y de diez mil marauedis para la nuestra camara: Fecha enel bosque de Segouia a siete dias del mes de Iunio de mil e quinientos e setenta y ocho años.

Yo el Rey.

Por mandado de su Magestad.

Antonio de Erasso.

¶ AD ILLVSTREM ADMODVM, AC SVÆ VOcationis meritissimum, Dominum Licenciatum Chumacerũ de Sotomayor: bonorum Cæsaris clipeum, minitissimum. In supremoq; PHILippi secundi Regis inuictissimi Prætorio Castellæ procuratorem Fiscalem.



VI DE CONSVETVDINE ET DE stilo Curiæ Regalis sepissime tractare decreui, hoc in vsu esse reperij, tam penitus necessarium q̃ huic negocio vtilissimum. Nam in vsu est antiquissimo pariter et frequentissimo quem decet pro lege obseruari: quicquid de relitteraria in lucem prodere (quis quisille sit) conceperit: id viro forti atq; illustri comendare aut dedicare: qui loco patroni ad accusationes (quæ modice quidem non sunt) mordacium lectorum refrenandas et carpendas preponatur, Quemadmodum et qui congredi in duello tenetur virũ fortem sibi adsumit pro patrono: ne dolo aduersarij deceptus, vel ex loco, vel ex armis, vel ex numero duellantis iniuriam aliquam capiat. Etenim vel quia isqui carpit, id quod carpit mordax ab in doctis doctior licet falso iudicetur, in aniq; gloria fruatur instantanea: vel quia inuidia pectus legentis rodatur, quam nescit imprudens repellere: vel quia demũ natura homines ad dissentiendũ sunt faciles: ac sepius tumultuãter id legũtquod est recẽter scriptũ: cũ sit rursum si antiqua scripta legantur: quasi id quod vetustas adornauit ex oraculo existat ex haustũ, expedit patronũ adsumere. Quo circa, cũ temi domine Licentiatæ Chumacero, ad infideles conterendos, Chumacandosq; in brachio illo fortissimo conspicerem tenere clauam: et exinde progeniei euenisse tuæ existimem hoc nomen: atq; cernerem hisce oculis quis, qualis, quantusq; esses: ex ipsoq; vsu, exipsaq; consuetudine quid quantumq; calleres (dum nos in iustitia tenebas) intelligerem, quando in supremo Garnatensi pretorio, cum cæteris coauditoribus et præside prouinciæ assidebas: cumq; demũ regẽ Philippũ huius nominis secundum, naturalem nostrũ dominum, ac inuictissimũ, ad supremi sui consilij tribunal, pro suo procuratore fiscali, ac suarum causarum

patro

patrono meritissimo te cernerem promouisse: non ineptiæ mi hi dabitur nec vicio, si te ipsum ellegerim mihi in patronum, & libelli deffensorem quem de vsu et cósuetudine scripsi. Nam cum cæperis legali philosophia redarguere detractores, ipsorumq; verba compescere, nec possis cótra ver bosos contendere: scio iuxta tuam nobilitatem ad aliud genus venturum debellandi: teq; clauam accepturum, qua, nedum ora et labia eorumdem confundas, sed conteras quoq; capita dum viuas. Postea vero futuri lectores, vel perterriti timore experientiæ quam in alieno capite fecerunt: vel quia me tradiderint obliuioni: vel quia demum quod moris est eiusdem operabitur vetustas ne vtiq; me vlterius mordebunt, sed nonnullam autoritatem præstabunt. Quod si quis plus licentiæ quàm pro meritis serui tuijsq; me vendicasse proclamet: consideret clementiam tuam: generis nobilitatem: et amorem quem semper erga me demonstransti. Et ꝙ te huic obligationi, non coactus sed libenter, verumtamen a me rogatus, subdidisti. Age igitur mi domine, clementer quod opus recipis, prudentia et fortitudine non aliena defende. Castigatumq; illud remitte (quod miris inmodis exopto) vt dum venerit à multis, post prostitutionem iudicádum deffendere ipsum valeas.

Principis bonorum tutissimus clipeus, Vale.



ÆQVO LECTORI.



QVEM TIBI LIBRVM edimus Lector candide omnium vtilior aut prolixior vtiq; nec prior est nec posterior eorum quos inter studé dum composui: sunt náq; alij priores, alij demú posteriores qui post pusillum Deo concedente apparebunt. Hunc sane cum tanquam theoricæ ac praxi viderem cómunem (quia de vsu & con suetudine tractat) in primis ædere volui vt ex paucis quid de theorica & quid de practica inserijs scribere mihi liceat satis valeas contemplari: ac iudicare quales arduioris materiæ esse putamus. Vt si hic placeat, iure alios legere concupieris quos non vidisti. Sin tedeat paruulum istum legere, ab emptione aliorum te abstineas. Nolumus enim inutilem consumptionem pecuniæ fraude a proximis extorquere. Sed hoc vnum deprecamur, ne id quod secrete placuerit in vidus in foro condemnes: & si condemnes nó ames, sed corde labia in platea moderes.

HVIVS LIBRI CAPITVM SVMMA.



E NATVRA INSPICIENDA VERBORVM et de mutatione vocabulorum ex vſu, et vulgari conſuetudine

¶ De potentia conſuetndinis in genere.

¶ De iniqua conſuetudine.

¶ De vſu priuato patris familias tã circa vocabula, quâm circa numos et annonam.

¶ De actibus ad conſuetudmem (in negotijs præſertim criminalibus) inducendam.

¶ Quando valeat conſuetudo in abſtracto caſtigari.

¶ De actibus in negocijs ciuilibus, ad conſuetudinem inducendam neceſſarijs, et de alijs.

¶ De conſuetudine præiudicium generante: an potius dicatur præſcriptio? et de alijs.

¶ De conſuetudine ſoluendi cenſum priuato.

¶ De conſuetudine ſoluendi cenſum publico, aut pro publico.

¶ De cenſu, ſeu annua penſione, ſuper re comuni non imponenda, et de eiuſdem exactione, ſine excuſione facienda vel non.

¶ De natura et diffinitione patronatus, Capellaniæ, et anniuerſarij, et q, differant a maioratu.

ERRATA.

Fol.Colu.linea.Pro	Lege
3.3. 8. nepti	nepote
3.4. 4.ciuitates conuicinæ.	ciuitatibus conuicinis
28.Taxi	Tagi
antep.Taxus	Tajo
4.1. 18Agarorum poblatione.	Agarenorum populatione
22.bir,vocatur.,	bir.
4.4.28.in inducitur.	inducitur
5.3. 4.tamen.	tantûm
31,Accursianæ opinioni.	Accursiana opinio
6.1.14.referre	referri
7.3.17.diuersæ	diuersas
25.ijs	ras
14.2.14.iusta	iuxtà
14.3.vlti.nus	ni
15.4. 6.vanis	bannis
16.4.19.itinerem	iter
22.4.24.animaduertens	Animaduertimus
25.2.15.nuestros.	nuestos
18.sunt	sum
31.stringæ	strigæ
25.3. 8.millia	millium
26.1.34.fingens.	fingentem
28.2.vlt.millia	millium
28.4. 4.mutatus	mutata
29.2.24. liquo iniqua	liqua iniquo
30.4.17.euinde	exinde
31.1.26. stremissimos	strenuissimos
31.2.12.cinioris	cinoris
35.3.20.is	eum
36.1 1.estq;	DD.huius opinioni séper fuit estq;
38.1.29.fine	sine
40.1. 5.potuerit	poterit
45.1.29.eius	ei
45.4.17.suscipicientium	suscipientium
23.committentis	ommittentis
49.1.32.instituto.	instituo
40.4.25.ctitur.	tur
51.2. 6.si illicita	sit illicita
52.2.19.diuitius	diutius
58.2. 5.Voluntatis	voluntatibus
58.4.33.natus	natu
65.2.16.quam	que
68.2.22.nam si	nam,et si
68.4.15.arundo	hirundo
80.1.antep.cantaræ	cantare
77.1.24.Thesuarius	Thesaurarius
78.2. 9.enormisso..	enormissimo
74.2.vlti.punabile.	punibile
79 4.21.exuletur	exulet
88.2.24.animus.	exulet
28.a famulorum	animum
97.3.31 præciosas	famulorum
98.1.10.æqui	preciosæ
29.tangerit	equi
98.2.22. insignis	tangeret
99.1.6.trium.	insignijs
	trio

103.3.12.resoluit	resolui
16.inspitie	in specie
107.2.16.dominum	dominium
108.4.19.duitino	diutino
110.4.13.in deu otionem	deuotionem
112.4.16.pius	pios
27.extra	ex
114.1.11.multis	multi
114.3.12.visitauit	visitabit
4.vlti.vnicat	vincat
117.2.35.cōmittetur	comitetur
119 2.20.Audatio	Aut datio
127.1.13.pecunia	pecuniam
29.pannis	panis
31.caupo	capo
127.4.3.deuoto	de voto
128.1.26.sepelliuntur	sepelliunt
128.2.29.exuriunt	esuriunt
128.3.34.iusta	iuxtà
130.1. 1.seruo tuo	seruum tuum
30.ex codo	exodi
130.3.4.precicum	precium
131.2.5.sequti	consecuti
131.3.23.preterito et futuro	præteritum, et futurum
132.1.4.lienium	lienum
135.2. pen.oppidi	oppida
vlti.subiectæ	subiecta
157.1. 5.in vitis	inuitis
145.2.15.q,	quot
147.4.20.vetetuit	vetuit
149.3.antep.pensionis	pensione
4.27.concertantur	concordantur
150.2.31.ipsijs annum	ipsis annuum
150.3.24.committatur quodcunq;	comitatur quocunq;
151.2.28.obligabit	obligauit
152.3.32.prædictus	prædictis
153.1. 1.mini	domini
154.2.10.possere	posse
156 3.27.equæ	æquè
157.2.vlti.dentur	debentur
165.1. 3.to	tum
165.4.6.colligeuus	colliges
16.competetat	competat
169.3.20.statum	statutum
171.4.19.succedere	succedi
175 3.28.patentem	petentem
175.3.antep.masculi	masculo

¶EX CAPITE SEQVENTI.

1 VVLGO significationes corrumpi vocabulorum:in extraneosq; vsus mutari.

2 Garnatha scribendum esse:et quare? sed non Granata vt scribitur.

3 Porta,de Eluire dicendum esse:et calle de Eluire. et non de Eluira vt vulgo dicitur.et quare?

4 Denominatio fit a fine,& a digniori.

5 Agarorum lingua vox.Eluire vocatur.

6 De eo quæritur qui margaritam legauit, cum lapidẽ preciosum,id est margaritam:pariter & ancillã nomine Margaritam,eãsemq; eodem nomine cognitam haberet:quam legasse intelligitur? Et de eo qui seruum nomine Gallum:& gallum aptum ad gallinas:gallumq; maris haberet?

7 Verba esse naturaliter et propriè intelligenda:non ciuiliter nec impropriè:etiam ibi vbi vtroq; modo intelligi possint.

8 Fideicommissum relictum in diem mortis, non cedere ante diem mortis naturalis.

9 Statutum super verbo,non porrigi ad illud quod secundum fictionem inducitur:nisi exprimatur contrarium.ideo cum tractatur de filio non intelligitur de adoptiuo.

10 Filij tamen naturales liberi sunt & non vtiq; reprobati

11 Quando lex tractat de disponendo circa filios, non intelligit de iniustos:sed de his quos ipsa existimat iustos.

12 Parentes patris adoptiui in ius sine venia vocare posse nepotem:sed non patrem adoptiuum dum est in eius potestate: & ea ratione sed non quia vere sit pater.

13 Patrem spiritualem posse in ius vocare sine venia.

14 Domini per suos vassallos in ius vocari non possunt sine venia,& iussu Principis.

15 Alimenta parentibus deberi naturalibus filijsq; similiter nataralibus danda esse:non spiritualibus nec fictitijs defenditur contra multos fallaciter arguentes.

16 Testes naturaliter loqui debere.

17 Confessionem recepti precij factam per venditorem, non sufficere pro probatione recepti pretij cum agitur de retractu:quia nõ est probatio vera sed confessio,& ficta probatio.

18 Qui promittit dare schachum matum de pedona (vt vtar verbis Bar.)non satisfacit promissioni,si pedonam conuerterit in Reginam & matum dederit,quia aliud est fuisse tale,& aliud de sinere esse tale.

19 Nobilem imperator facere non potest sed quod quis habeatur pro nobili.

20 Si alicui relictum aliquid sit si seruo sempronij decem dederit non sufficiet si dederit domino ipsius serui,idest sempronio.

21 Non interest dari incapaci de mandato testatoris,an q, mittatur in mari,vel poni in loco iubeatur.

22 Verus sensus legis qui Romæ.§.augerius.ff.de verb. oblig fuisse communis doctorum, contra modernos ostenditur delirantes.

23 Siquis quid habere sub hac conditione debeat,si dederit decem Titio:non impleuisse conditionem dandi,opposita compensatione,quia solutio est impropria & nullum dominium compensando transfert.Sed alia ratione defenditur.

24 Qui promiserit equm vel camellum in cameram altã ascendere pœna addita si non fecerit non implebit quod promisit,vbi vendat, preciumq; camelli in bursa ascendat:ipsum ve instrumentis, machinis ve subleuet.

※

25 Verba intelligenda sunt ciuili et vrbano modo; non strictè et naturaliter.

26 Quedam in sermone tacite excipiuntur, licet nõ exprimantur naturaliter.

27 Si reperiatur scriptum,concedo talibus religiosis ad vsum tale predium,proprietas quoq; intelligitur concessa:non vtiq; vsus tãtum.Ex quo infertur ad anniuersaria.

28 Non refert quid ex æquipollentibus fiat.& nu.66.

29 Si mando vero q, fide iubeas pro Titio: tuq; quod mãda vero non feceris,sed alij mandes q, fide iubeat pro ipso:mandati mecum agere poteris:quia etiã in contractibus sufficit aliquid fieri per æquipollens.

30 Non debet a promissore amare exigi quod promissit sed cum quodam temperamento.

31 Filij legitimati nihil differunt a legitimis effectu.

32 Adoptiuos ita quidem succedere,vt etiam hereditatẽ non ad itam transmittant ad suos heredes: sicuti et alij filij legitimi et naturales transmittunt.

33 Defenditur testis qui dixit Titium vendidisse triticum maiori precio quàm liceret per pragmaticam,cũ non Titius sed eius filius familias vendidisset.Et is qui dixit se vidisse accusatum de mandato homicidij colloqui intra domum quandam cum interfectore:cum vel ipse postea dixerit,vel testibus probetur fuisse clausam ianuam:& infra nu. 98.

34 Oculus triplex est:nempe corporis:item mentis seu intellectus:& demum administrationis.

※

35 Non ex opinionibus singulorum, sed ex communi vsu nomina rerum exaudiri debere.

36 In ambiguis legum, statutorum, et dispositionum & testamentorum: verba esse non strictè interpretanda: sed iuxta vulgarem, communemq; vsum loquendi.

37 Testis falsus non est, si deponat quòd vidit possidere patronatum: cum dicere deberet quòd vidit quasi possidere.

38 Non esse sine liberis qui vnicum filium habet.

39 Procurator ille est etiam qui vnum negocium administrat, quamuis lex. 1 ff. de procur. loquitur de pluribus negocijs.

40 Anniculum eum esse qui non excessit vltimam diem anni modo inceperit.

41 Ciuilis annus gentium arbitrio est constitutus.

42 Annus ceptus habetur pro completo in fauorabilibus, secus in odiosis, iuxta glo. & opinionem communem.

43 In declinatoria iudicij: queritur, an dies nouem naturales: vel Romani. 24. horarum praeterire debeant, ne qui declinat audiatur.

44 Id quod leges dicunt, verba intelligi debere ciuiliter, tribus modis accipi potest. Primo modo vrbane, vocaliter, et cum Christi charitate iuxta illud quod tibi non vis fieri. secundo vt in nu. 47. Tertio vt in nu. 48.

45 Bonum iudicem, variè ex personis, causisq; constituere debere circa ea quae a litigatoribus petuntur malitiosè. & in num. 66.

46 Quae veniant in obligatione generali.

47 Pro communi vsu ciuium verba secundo modo ciuiliter intelliguntur, quia ciuiliter idem est ac si diceretur vt ciues loquuntur.

48 Ciuiliter tertio modo interpretatur prout legibus ciuium est cautum.

49 Interpretatur. l. vbi numerus ff. de testib. quia interest inter dualitatem & pluralitatem.

50 Dies et annus ciuiliter et naturaliter accipi possunt.

51 Cum queritur de quo die intelligatur quando de die mentio fit: tenenda regula est quae dicit, non aliter a significatione verborum recedendum esse quàm cũ manifestum est aliud sensisse disponentem.

52 Cum vero queritur de qua ex duabus significationibus diei erit intelligendum: respondendum erit. Toties a naturali quae consistit in momentis: quoties ex verbis dispositionis colligitur, lucẽ a tenebris aliqua ratione separare disponentem voluisse. & non aliter.

53 Qualis dies inter publicanos de gabella litigantes cõsideretur: & qualis vbi grauius de nocte delictum castigatur quàm de die.

54 Aliud est dicere respondeat intra tertium diem, & aliud intra tres dies.

55 Cum de anni facta est mentio a momento in momentum tempus expectandum est: nisi priuata consuetudo circa vnam rem, vel generalis circa omnes aliud inducat.

56 Qui certam quantitatem aureorum seu ducatorum promittit: satisfacere si pro vno quoq; aureo vndecim regales velit soluere: praeterquàm in duabus casibus.

57 Quod dicitur verba intelligi naturaliter debere, ad tres fallentias reducitur. quarum prima est nisi naturaliter intelligendo absurditas vlla insurgat.

58 Prius quis prouidere sibi debet quàm vicino, quamuis verba ex generalitate aliud suadeant quia Charitas bene ordinata incipit a se ipso.

59 Agrorum communitas soluitur, quoties agrorum cõs pascua socijs omnibus non sufficiunt. nec pollet in contrarium consuetudo. Et ibi de eo qui cogitur tempore charestiae triticum alij praestare.

60 Verba naturaliter accipienda esse: nisi aliter in lege reperiatur scriptum.

61 Verba naturaliter accipienda esse: nisi verbis naturalibus communi consuetudini sit derogatum.

62 Declaratur. l. vlt. Cod. de his qui veni. aetat. inperauer. et regula ex ipsa desumpta. Regula enim praedicta procedit: nisi ciuilitas et vrbanitas consistat in vrbanitate & ciuilitate communi: taliter quòd si naturaliter ac nude verba intelligerentur rigor et rusticitas interuenirent.

63 Ostenditur, speciale fuisse in l. qui filium § sabinus ff ad treb. quòd in restitutione fideicommissi, satisfuit attigisse fideicommissarium vltimum annum.

64 Conciliantur lex non aliter. ff. de leg. 3. et. l. librorum. § quod tamen Cassius ff. de fund. instruct. vt prima in conditionibus locum habeat: altera vero in reliquis dispositionibus.

65 Redditur ratio textus in l. statim Florus. § . Cornelio felici de iure fisc.

66 Ratio item redditur ad l. 45 Iulianus ff. de cond. et demonstra.

67 Ratio quoq; redditur ad tex in cap. ad nostram. i. extra de iur. iur.

68 Iuramentum conditioni aequiparatur, ita vt debeat adimpleri in specifica forma, nec succedat obligatio ad interesse.

69 An in casu cap. ad nostram extra de iur. iur. possit cõpensatio opponi, vbi canonistae asserunt negatiuã: legistae vero affirmatiuam, & verius: non quia vera sit solutio, sed quia eidem aequipolleat, & alia ratione.

70 Statutum disponens quòd verba intelligantur prout iacent sine vlla interpretatione, intelligendum est de friuola et non de iusta. Item de ea quae si auferuntur incideremus in absurdum & iniustum.

71 Sententia quae est stricti iuris recipit interpretationẽ

non

consuetudinariam.

72 Statuto disponente quòd cōdemnatus soluat intra certos dies pecuniam: aliter pes eidem amputetur: an sufficiat compensationem loco solutionis fisco opponere?

73 Compensatio dationi equiparatur, per interpretationem l. si peculium. § quòd si haeredi: ff. de stat. liber.

74 Conditiones debent ad impleri in forma specifica, & non in alia interpraetatiue illam significante: nisi tamen verè formae specificae et naturali in omnibus interpraetata aequiualeat.

75 Conciliantur duae leges primo aspectu inter se omnimodo contrariantes. Prima est lex Statius Florus. §. Cornelio faelici. ff. de iure fis. Altera est l. intercidit. 58. ff. de cond. & demonstr. quae de ciuili morte disposuerunt contrarium.

76 De compensatione & de acceptilatione idem est iudicium: quicquid quidam ex opposito crediderint.

77 Lex. 1 titu. 21. lib. 4. nouae legū recollect. quae contra cōtractus publicos tantūmodo admittit exceptionē solutionis, liberationis, & pacti de non petendo: admittere exceptionem compensationis & acceptolationis.

78 Testis qui deposuit quòd Titius carius vendidit annonam quàm liceret per pragmaticam: non est falsus si vendidit filius familias, demandato tamen patris Nec ille est falsus qui dixit vidisse colloquium: etiā si probetur fuisse ianuas clausulas, si reddit rationem sui dicti, etiam in ratificatione: quia dixerit quòd cognouit vocum organum.

79 Testis non est falsus neq; varius vt puniatur, quando aliqua iuris interpraetatione potest substineri.

80 Inde finita non aequipollet vniuersali, in teste inde finite deponente.

81 Negatur verum esse quod Marsil. & alij dixerunt: vnum et eundem testem non debere sibi ipsi ad concordiam reduci. Probaturq; contrarium: immo q, id quod de duabus personis disponitur ac vna tantum disponatur ad periurium euitandum.

82 Traditur elegans doctrina ad intelligendum quando testis admitti possit semel naturaliter, & iterum ciuiliter in eodem testimonio.

83 Qualitas mandati, idest ipsum mandatum, non praesumitur ex eo solo quòd venditor contra pragmaticam sit filius familias, seruus vè domini annonae.

84 Multum interesse testis variet de summario ad plenarium circa id quod dicitur de ciuiliter et naturaliter loquente: an variet in ipso iudicio plenario.

85 An qui aliquem appellauerit iudeum pallinodiam cantare teneatur, vt accidit in eo qui quem vocauerit haereticum, & in alijs conuitijs in. l. 2. titul. 8. lib. 8. nouae recopillation. congestis?

86 Iudei non ideo quia tales sint excluduntur a beneficijs Ecclesiasticis per statuta Castellae: sed quia quales sunt. Et ibi describuntur eius mores.

87 Alius. a. alium est repetitiua dictio similium.

88 Qui aliquem iudeum vel conuersum appellat, mulctā habet a lege sibi inductam, viginti millia numorum fisco et parti applicādorum. merito in vtiliter quaestio supradicta inuenta fuit.

89 Etiam si lege in dicta paena non esset supradicta, non deberet contradici sibi ipsi qui alium iudeum appellaßet: quia simile haeretico conuicium istud non est.

90 Qui aliquem in iudeum appellat non aliud intendit ei obijcere quàm quòd ex sanguine ducat originem iudeo. quemadmodum si Maurum, Ethiopem, indū ve appellasset non intendit nisi originem significare.

91 Sex conuitia in. l. regia contenta, quae cōtradictionem sibi ipsi, cantationem ve inducunt Palinodiae exilis esse quae si probarentur per conuitiatorem, non deberet castigari, sed è contra conuitiatus puniri deret.

92 Quod dicitur standum esse vulgo & communi vsui loquendi potius quàm nature ipsi verborum: verum est, si communis vsus sit etiam peritorum: non autē si tantummodo ineptorum.

93 Quamuis de propria ac stricta significatione verborum tota terra compraehenditur quam limites comprehendunt: at tamen de communi vsu loquendi, etiamperitorum, verborum hoc terminos, dumtaxat publicos compraehendit: non tantum eos qui pro vsu priuato vicus habet.

94 Generalis loqutio ea tantum comprehendit que sunt de iure communi non ea que habent ius spetiale.

95 Proclama quantuncunq; vniuersale, euocans ad registrum eos qui sunt in loco vt arma ostendant que habent: vel quòdveniant ad preliandum: nobiles nō comprehendere Hispanie. quia est nobilitatis priuillegium ne coacti veniant sed sponte & inuitati.

96 Marranatha diuisum & segregatum hominem significat: & tamen non cantabit palinodiam is qui aliquem appellauerit Marranum. quia licet diuisus non tamen hereticus.

97 Diuiduntur Christiani nonnunquàm circa fidem & sunt heretici. nonnunquàm circa status & conuersationes. quia est status nobilium Hispanie quos dicimus hidalgos. & status Christianorum veterorū: & status Neophitorum. idest recenter ad fidem cōuersorum: qui apud nos dicitur status mercatorum.

98 Marra, Arabicè, pro vice, ponitur. & Marrathanobora idem est quòd alia vice, ex quo sequitur interpretatio ad gl. & tex. in cap. Gullisarius. 23. q. 4.

Marranus dicitur, qui non cum generali et prima fi-
9 dei receptione hominum conuersus fuit: sed recen
ter relicta lege sua fidem agnouit.
Acrius ille est puniendus qui non noto conuerso recē
100 ter ex lege sua iudeum, vel Marranum appellaue-
rit: quàm puniatur per pred. l. 2. castigantem in.
2000. numorum.
101 Vtrum releuet conuicij probare veritatem vt reus a
pœna liberetur?
102 Admittendum esse conuitiatorem adprobandum con-
uicium quando releuat a pœna probatio veritatis
conuicij.
In contraditionibus & Palinodiæ cantationibus exci-
103 pitur homo nobilis Hispaniæ quem appellamus, hi
dalgo.
Non omnes sciunt quis sit fidalgus note domus diuin-
104 dicandi quingentos solidos iuxta forum & consue
tudinem Hispanie. ideo nonnulle deriuationes re-
citantur que carpuntur.

105 Duplicata sillaba scribendum esse, de deuengar: nō an
tem vna, deuengar.
106 Nobilis in bello magis notatur et vigilat: maiusq; pre-
mium pro bene gesto facinore habiturus est quàm
ignobilis.
107 Miles strenuißime militans describitur in libris, vt sibi
retribuatur numis & honore: & vt sciatur de qua
progenie descendat. Quo per Principem per acto
est nobilis, hidalgus de domo nota, idest de solar co
nocido.
108 Deuengare est soluere vel satisfacere pro aliqua obli
gatione.
109 Forus Hispanie est, vt nobilis fidalgus notorius de so-
lar conocido, non contradicat sibi pro ex probatio
ne alicui facta: quia mentiri repugnat nobilitati.
Sed de vendicet quingentos solidos. Idest pendat
eos pro conuicio.
110 Appellatione domus cui priuillegium conceditur, an
materialis, vel facultates & familia cōprendantur?

DE NATVRA INSPICIENDA VERBORVM ET DE MVTATIONE VOCABVLORVM EX vſu, et vulgari conſuetudine.

¶CAP. I.

1 ÆPE ACcidit mutare verba homines: et eorum ſignificatiões, in aliump vſum transferre, ita quidem, vt quod naturaliter vnũ ſignificat, conſuetudo vſusq; corruperit ac deprauauerit, rem admodũ ſignificans diuerſam eius quod naturaliter deberet ſignificare. vt accidit in ſuppellectili & in alijs. Nã fictilia, aut lignea, aut vitrea: aut ærea deniq; ſuppellectili vtebantur antiqui nũc ex ebore aut teſtudine atq; argẽto: iam ex auro etiam atq; gemis ſuppellectili vtimur. Nec mirum eſt moribus ciuitatis, et vſurerum appellationem eius mutatam eſſe. l. labeo, ff. de ſnppellect. leg.

¶ Sic inclita ciuitas iſthæc in qua moramur, Granata hodie
2 appellatur cum verè et naturaliter deberet appellari Garnata. Nam cũ prope locum vbi nunc eſt antiquitus olim fuiſſet & non in loco præſenti: Reginaq; quæ tunc temporis regnabat vocaretur priuato nomine Nata: accidit ꝙ filij Tiranidem fugiens in antrũ abſconderetur, quod. Gar. lingua Agarorum vocatur. Vnde cum vaſſalli eius fideles, clanculum eã viſitarent ad inuicem interrogabantur, vnde venis? aut quo vadis? et interrogati reſpondebant: Garnata. ideſt ad antrũ Nata. vel de antro Nata. Non enim lingua illa omnes habet declinationes vt Romana habet. Nam nec nos declinamus vt Romani nomina, ſed vnica terminatione vtimur loco multorum. Nec ſic facile in fine. r. pronũtiatur q̃3 in medio appellando ipſam Granatam.

¶Pariter eiuſdẽ ciuitatis via principalior corruptum nomen ha-
3 bet: vocatur enim de Eluira non nullis exiſtimãtibus ꝙ Eluira vocaretur præhabita Regina: cum vt dixi, nõ Eluira ſed Nata nũcupabatur. Quidam alij de Ebora putãt dicendum: quaſi per prædictam portam, ad Luſitaniam et id circo per callem atq; portã ad Eborã pergatur. Sed hæc denominatio eſt remotiſsima, cũ ad Hiſpalim et ad Toletũ, & ad alias ciuitates iri poſsit Caſtella

nas a quibus proprius, via siue strata, Portaue ad sumere nomé posset, nihil petés mutuatum ex externis. Sic non pauci a veritate deuiarunt inquirétes cur porta de Eluira dicatur, calle vê de Eluira? Existimátes ab Ybero nepti Iaphet filij Tubalis, filij Noe originem sumpsisse. Quoniam a iunt ipsum Yberú fundasse prouinciam Yberiam. vel saltem cótinuasse quá Tubal pater filius Noe fundare cœperat. et in continuatione dicitur fundasse Garnatam. ita Didacus Ribera breuiter et acurate tradés vnde Hispania appelletur in lib. suo notarum seu exempli tabellionum in 2. &. 3. parte scripturarú. fol. 120. Ei arridet Garibai sedulus Historiographus in parte quæ tractat de regno Garnatæ asserens nomen esse Hebraicum Gar. quod significat peregrinationem, sed hoc non contradicit nostræ denominationi: Imo ei conuenit, & melius arridet.

¶ Sed vt quod auguror verum probetur: ex Aristotele discite libro. 1. de celo et múdo. textu. 116. Denominationé fieri a digniori. & à fine. Inde est ꝙ plurimæ ci
4 uitates atq; oppida huius regni calles habent, vias, seu stratas, atq; portas quæ cognominátur ex fine. vt in ipsa eadé ciuitate Garnatæ porta est quæ dicitur de Guadix. non vtiq; alia ratione q̃3 quia per ipsam pergatur ad Guadixiensem ciuitaté: aut ex Guadixi intretur per eam in Garnatam. In ciuitates conuicinæ non sunt paucæ quæ habent portas quæ vocantur de Garnata, quia respiciant viá quæ ducit ad Garnatam.

¶ Hinc ciuitas Toletana portam habet frequentiorem quæ dicitur de Alcantara. nonnullis etiá dicentibus ꝙ sic nominatur a fine, quia per ipsam ad ciuitatem quæ de Alcantara vocatur per eá pergatur, cum penitus sit e regione. ná qui exierit per ipsam ibit potius contra Bethicam si velit, fugiens dictam ciuitatem de Alcátara. ergo vocatur vt existimo propter pontem: & ideo non a fine principaliter, Sed a digniore, vel forte propter vtrunq;. Alcantara enim et pons sinonima sunt nomina, quia pons Latine Alcantara vero Arabicê nuncupatur. qnod vocabulum retentú est apud nos in locis pluribus. Ideo quia nobilis existit Taxi pons, porta dicitur de Alcantara hoc est de ponte. Id quod ciuitas ipsa de Alcantara luculétius nos demóstrat. cum vocetur ciuitas de Alcantara idest ciuitas de Póte nobilitas enim est & dignitas in ponte, vt exinde de nominetur ipsa ciuitas. Sed cur Taxus appelletur dictus Fluuius et non Texus? clare aperimus in lib. de stilo

ſtilo curiæ cap.6.nu.5.verſ.quod eſt vtile. Nam dicitur quia prouincias taxat diuiditq; vt existimo.

¶NVNC ad rem, per portam quam nunc vocamus de Eluira, olim ad ciuitates oppoſitas Chriſtianorum Mauri exibant. nempe ad Gienenſem ciuitatem. & ad ciuitatem de Alcala, quam regalem nuncupamus. Et ad alias quæ erant Chriſtianorum præſidium: et è quibus mauri damna in armentis & perſonis non minima recipiebant. Hanc plusq̃3 reliquas vigilabant. tum quia atergo mari et montibus, & immenſa agarorum poblatione credebantur magis tuti. Tum quia prop portam ſupra dictam amplisſimus puteus eſt qui habet aquá, vocaturq; arabice, bir, vocatur. Tum quia extra portam multo magis amplisſimus puteus erat carens aqua, altisſimus q;: vbi de noctè oues, bobes, hyrci, & armenta quæ extra ciuitatem in paſtu erant, recondebantur ne abigerentur à Chriſtianis: quẽ nos in infantia cognouimus apertum. iuxta quem turres erant non mediocres, nec inermes: quarum ad huc oculis videtis monumenta. Quia igitur

5 †agarorum lingua Eluire, nox vocatur: et vire Puteus, et porta iuxta puteos erat: potiusq; illa de nocte vigilabatur, ad eamq; paſtores occurrebant de nocte cũ præhabitis armentis & ouilibus vt tutarentur, porta de Eluira vocabatur. Sed paulatim atq; erranter mutata. e. in. a. dicitur porta de Eluira. vt hinc videatis exẽplis iſtis probatum verum eſſe quod dicitur in præd. l. labeo. ff. de ſuppellect. leg. vſu rerum appellationem earum mutatam eſſe: vincere q; vſum communem, naturalem, & pluſquàm naturalem valere.

6 ¶EX quo quæſtio † talis oritur: quid ſi aliquis legaſſet cui margaritam, cum margaritam lapidem haberet: enſem quoq; quá vocabat margaritam, ancillam q; demum quæ cognominabatur eodem nomine? Quid item ſi ſeruum nomine gallum poſsideret: et gallum forte pulchrum cum gallinis: cum et marinus quoq; ſit gallus, et ipſe ſimpliciter gallum leget vel promittat, an vitiabitur legatum, vel ſeruus dabitur: vel demum gallus prædictus qui ambulet cum gallinis? Sic enim homo fuit tritici horreo admodum munito quod cognominabat Argel. Et diuitẽ etiam cognouimus habentem vineam in ſummitate cuiuſdam montis ſitam arboribus et plantis, ortuq; circundatam & ornatam quam Golethem nuncupabat: et proinde quæſtio fuit, quid ſi hic, Golethem, iſte Argelum

cui legasset: vtrum vellent legare hæreditates prædictas an legatarios decipere. vel delirassent?

¶ QVÆstioné facit ꝙ verba sunt naturaliter intelligenda, & propriê: nõ ciuiliter neq; im proprie: licet vtroq; modo possint intelligi. l. vlt. & ibi Bal. Salycet. Paul. Castren. & alij. Cod. de his qui veniam ætat. impetr. l. ex ea parte. §. insulam. & ibi Bar. et alij. ff. de verb. oblig. l. Statius Florus. §. Cornelio Fælici. ff. de iure fis. cap. susceptum. & ibi gl. in verbo, nõ morte. de rescrip. lib. 6. et ibi Domi. in. 3. notab. & post eum Philip. Fran. notat gl. in cap. Placuit. 2. in verbo mortuus. 16. q. 1. Bal. in. cap. licet, in fine extra de offi. de leg, Multa cumulat Tiraq in tracta. de iure primogenituræ. 1. q. nu. 10. versi. Sed nec illud & sequen. et in rep. l. si unq̃. Cod. de reuocan. don. in verbo, suscæperit liberos. nu. 17.

¶ Vnde tex. in præd. l. vlt. Sic ait: si quis aliquid dari vel fieri voluerit, & legitime ætatis fecerit mẽtionem: vel si se absolutê dixerit perfecte ætatis: illam tantummodo etatem esse intellectam videri volumus: quæ ex viginti annorum curriculis completur: non quæ ab imperiali beneficio suppletur. Et præcipue quidé in substitutionibus, vel restitutionibus hoc intelligi sancimus. aperte dicens verba naturaliter debere intelligi atq; propriè.

¶ Pariter in. d. §. Cornelio Felici singularis casus ponitur in quo mater rogata erat Cornelio Felici post mortem restituere hæreditatem: nec idcirco quia hæres scripta condemnata esset, et à fisco essent mulieris bona occupata (quasi ciuiliter mortua esset) dicit tex. ante pœnam Felicem esse: Sed post pœnam: ita vt Felix mortem naturalem matris expectare deberet. Posset enim prius ipse mori q̃ sibi restitui deberet hæreditas post mortem matris relicta. Ex quo Bar. sic sumat tex. Fideicommissum relictum in diem mortis, non cedit ante diem mortis naturalis. Vnde superest ꝙ verba debent in suo naturali ac vero sensu intelligi, non in ficto nec in ciuili.

8 ¶ Quod est in statuto absq; dubio vt in. l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gest. vbi Bar. & alij dicunt ꝙ statutum super verbo non porrigitur ad illud quod secundum fictioné in inducitur: nisi spetialiter exprimatur. Bal. tractans de statuto quod loquitur de filio quod non intelligatur de adoptiuo. in. l. fideicommissum. ff. de cond. & demon. & in alijs multis locis quos cumulat Tiraq. in. l. si vnq̃. Cod. de reuoc. don. verbo, susceperit liberos. nu. 7. cum alijs

¶ EX quo inferunt nõ pauci ad d. l. vlt. Cod. de reuocan. don. in

ver-

verbo supra.d.susceperit liberos: vt nō reuocetur donatio per susceptionem filiorum adoptiuorum, vel spiritualium, vel legitimorum tantum, post factam donationem: sed opus sit q, sint etiā naturales, pariter et legitimi. Vt de adoptiuis dixit Paul.in.l.2. in fine.Cod.siquid in frau.patroni. & in consil.433.respōdeo per ordinem.col.1.versi.præterea.lib.1. Alex.in consi.40.super primo dubio.col.vlt.versi.nec puto etiam lib.4. Sucin. consil. 126. quæstio præsentis consultationis. col. 4. lib.2.Calcan.consil.20.ista quæstio habet tria dubia.col. 3. Iass. in. l. generaliter. §. cum autem col.5. versi. octauo limita. & ibi Deci.col.6.versi.ista lex Cod de instit. & substit. Rip. Alex. Curtius. Parisius: Cæsar Lambertinus & alij, quos Cumulat Tiraquel.in ipsa.l.vltim.Cod.de reuocan.don.in ipso verbo, susceperit liberos.nu.2.versi.sed vt ad l.nostram.

¶In qua parte, cum tractet de naturalibus, dicatq; in num.17. (vt nos hic dicimus) verba in dubio intelligi debere naturaliter: non video ꝙ dubitauerit, cur naturales tantummodo filij non reuocent ante actam donationē: sed potius cum Paulo atq; reliquis resoluerit debere simul esse naturales & legitimos: cum tamen tex.simpliciter suscæperit liberos

10 dixerit, † & naturales sint liberi, non vtiq; reprobati.ita quidem vt siquis rogatus fuerit vt si sine liberis decesserit, restituat hæreditatem.Papinianus dixerit, etiā naturalem filium efficere vt deficiat conditio. Quamuis Vlpianus sic addiderit.Mihi autem ꝙ ad naturales liberos attinet, voluntatis quæstio videtur esse, de quibus liberis testator senserit: sed hoc ex dignitate, et ex voluntate, et conditione eius qui fideicommisit accipiendum erit.l. ex facto.§. siquis rogatus. ff. ad Treb. Satis enim est ꝙ non sint a iure reprobati, maximè vbi patris dignitas atq; conditio ei non resistant vt ait tex.veluti si naturalis filius sit eius, qui etiam naturalis pater sit atq; donator testator vē: vt aduertit gl.in.l.generaliter.§.vlt.Cod.de instit.& substit.vt Tiraquel.tantilum de hoc dubitasset.

¶Sed existimo non esse hoc Do-
11 ctoribus impedimento. † Nam cum lex reuocet prædictam donationem per superuenientiam filiorum coniecturata mente defuncti: credendum est de illis filijs Imperatorem tractassequos ipsa lex existimat iustos filios, non de iniustis, nec de natis absq; lege quos non dicimus legitimos. Ex Vlpiano istud patet.in.l.6. ff. de his qui sunt sui vel aliem iur. Quatenus dicit:

filium eum diffinimus, qui ex viro et vxore eius nascitur. Ecce quomodo qui nascitur ex matrimonio filius tamen per.l. reputatur: quamuis posset non nasci ex viro mulieris vt in.l.lucius.ff. de cond.& demonst. Sed delictum non præsumitur nisi probetur.l. merito.ff.pro socio. Id circo lex præsumit quod est viri & non alterius: nisi tamen cum absens pater fuisset fortasis per decénium anniculú cum reuerteretur inuenisset, vt ipse ait Vlpianus. quod a nostris longius distet. Vbi igitur non lex sed testator disponat voluntatis quæstionem cum vlpiano dicam esse subiectam distinctioni positæ in.d.§.siquis rogatus.ideo in.l.generaliter.§.vlt. supra.d. Cod. de instit. de iusta Sobole imperator tractat (ad substitutum in eo casu excludendum, in quo testator filium etiá naturalem grauauerit quod restituat) quoniam lex ipsa disponit. Sed non negat coniecturam quam fecerat vlp.in.§. siquis rogatus, voluntatis scilicet testatoris. Contradicit tamen & mihi admodum pugnat Accursianæ opinioni in. d. l. generaliter.§. vlt.in fine.gl.mag. ibi, vel refert sit naturalis de naturali: quo casu excluditur substitutus: vel de legitimo: quo casu non excluditur. Etenim si tex.tractat de extendenda decisione Papiniani in l.cum accutissimi.Cod.de fideicommiss.quæ tractat de legitimis filijs grauatis hæreditatem restituere, ad filios etiam naturales grauatos, vt ipsi etiam nó restituant si susceperint filios: additq; in.d.§.vlt.quod debent esse iustos: satis contradicit præhabitæ Accursij opinioni. Sed non est speculationis præsentis hoc tractare. Ideo ad scopum reuertor proprietatis verborum.

¶Nam cum tex. in.l.4.§.pretor ait.ff.de in ius vocan. sic dicat: Prætor ait, Parentem, Patronum Patronam: liberos parentesq; patroni patronæq; in ius sineper missu meo nequis vocet.in. l. 6. vlpianus idem ait. Parentes vero naturales in ius vocare nemo potest, vna est enim omnibus parentibus seruanda reuerentia.&
12 in.l.7. ita dicit. † Patris adoptiui parentes impune vocabit quoniam hi parentes eius non sunt: cum his tantum cognatus fiat, quibus et agnatus. Addit illico in.l.8. Adoptiuum patrem quandiu in potestate est in ius vocare non potest: Iure magis potestatis, quã præcepto pretoris. Ex quo obscure non probatur de naturalibus leges tractare, non de fictis: nisi aliqua ratione iusta determinetur contrarium. vt ibi iure magis potestatis.&c.

13 ¶QVO fit, vt id † quod dixit Guille. Cugneus.in.l.generaliter .ff.

ff.de in ius vocan.(quem ibi omnes sequuntur, nempe Paul. Roma. Alex. et Ias. Ange. & Fulg. in. l. adoptiuum. eo d. tit. Aret. & Ias. ibi, col. 10. versic. nunquid ergo Zasi. col. 2. Gometius, col. 11. versi. omnia prædicta in. §. penales inst. de actio.) scilicet patrem spiritualem non posse in ius vocari sine venia: (quod sequitur defenditq; Baeça de Inope debitore. cap. 17. nu. 42. exeo q Aristot. dixerit, paretibus et magistris nõ posse parem gratiam referre) cõtradictionem non minimam recipiat. vel demum sit substentandum particulari respectu honoris reuerentialis: vel maioritate rationis. nam est iudex spiritualis pater quoq; spiritualis alens animam. iuxta illud nõ in solo pane viuit homo, Sed in omni verbo quod exoredi vino procedit. Mathei. 4. & illud quidquid solueris in terra erit solutũ & in cælis. plures tamẽ authores q̃3 citauit Baeça citauit Tiraq. in par. supra. d. nu. 28. quem turpiter ipse tacuit cum furauerit ex illo.

14 ¶ Qua ratione† Domini per suos vassallos in ius vocari nõ possunt sine venia. iuxta ca. quæ notãtur in. cap. Abbatem extra de elect. Immò sine iussu principis in ius vocari non possunt. l. 6. tit. 2. lib. 3 nouæ legum recopilat. Et tradit hoc Auenda. in capitulis prætorum. 1. part. cap. 11. Sed hoc est iure cuiusdam potestatis & iurisditionis necessariæ, quod in casu præcedenti non est. Ideo nec puniri in consulto possunt Principe l. fin. & ibi Bal, et Saly. Cod. vbi senat. vel clariss. notat Petrin. Bellus in tract. de remil. 7. par. tit. 3. nu. 17. cum alijs.

15 ¶ Eadẽ ratione, cum de alimẽtis tractatur ad parentes alimẽta referuntur naturales: non ad alios cõpositos & fictitios. Ius enim naturale est quod natura omnia animalia docuit. Nã ius istud non solum humani generis propriũ est: Sed omnium animaliũ quæ in terra, quæ in cælo, quæ in mari nascuntur. Auium quoq; commune est. Hinc descendit maris atq; fæmine cõiunctio seu cõiugatio quã nos matrimonium appellamus: Hinc liberorũ procreatio. Hinc educatio. l. 1. §. ius naturale. ff. de iust. et iure. tex. in auth. licet. C. de natur. liber. tex. in §. ius naturale instit. de iure natur. et cap. ius naturale. 1. distinct. Decius in regula iura sanguinis. ff. d reg. iur. vnde naturales parẽtes filijs debẽt alimẽta vt ex iuribus ꝓbatur supradictis. E cõtra filij naturales parẽtes alimẽtare tenẽtur, vt obligatio sit promiscua. l. siquis. §. mater ad fi. ff. de liber. agnos. tex. elegãs in. l. vlt. §. ipsũ aũt. C. de bon. quæ liber. ibi non propter hereditatẽ, sed propter ipsam naturã. tex. in. l. 8. et. 9. titu. 13.

part.

part.3.vbi et spurijs deberi alimé ta censetur.iuxta tex.in cap.cum haberet extra de clandestina de spon.quidquid contra hoc esset in pred.authen.licet.Quia nó ciuilitatem in alimentis sed naturam inspicere debemus vt innuitur in dictis legibus.et probatur in.l.parentes.ff. de in ius vacan. ibi, vna est enim parentibus seruanda reuerentia.

¶Qua propter nisi fallor opinio illa falsa est quam tenuerunt nó pauci ad seuerantes filio spirituali,parentiq; alimenta ad inuicé deberi.vt sunt Bal.sub dubiohoc forte.in authen.nisi rogati.Cod. de incert.person.et ad senat. Cósult.trebell. col.4.in fine. nu.19. Nam cum adoptiuo filio debeantur vt ipse ait,pariter et filio spirituali debebuntur. Quod vtiq; sequti sunt non pauci tractantes de adoptiuo et spirituali promiscuê.vt sunt Faber instit. dealéd. liber.§.1.Frácus in.c.1.đ cog.spir. lib.6.Cotta in memoralib. iuris. in memorali,incip.có mater Nichol.de Vbal.in tract.de succession.ab intest.Charta.3.in Paruis versi.septima et vltima species. Barb. in cap. Raynutius col.39. versi.et adduco,extra detestam. Curtius in tract.de testib.cóclus. 30.ad fin.Budeus in libro de philologia:scribés,priscis seculis actionem fuisse proditam:vtiq; honorariam:vt pater filium aleret spiritualem quem e sacrofonte leuasset.quem misticũ Baeça vocat,istud ipsum tenés in præhab. tract.de inope debitore. cap. 17. nu.39.&.40.tacés Tiraq.vbi supra.

¶Et enim si natura docuit hoc, non auté ius ciuile : consequens est(cũ simpliciter tractatur đ alimétis filijs vel parétibus prestandis)denaturalibus esse intelligendum,non de alijs nisi expressim iure contrarium caueatur.

¶Nec intererit ꝙ patri spirituali non minor reuerentia q̃3 carnali debeatur gl.in cap.pictatiũ.30. q.50.Barb.in.l.2.col.7.ff.deverb. oblig.& in.l.cũ accutissimi. col. 114.Cod.de fideicómis.per rationé quia cognatio spiritualis non minor est q̃3 carnalis.gl. in cap. qui dormit.27.q.2.Immo vocat eam fortiorem Bal.in.l.si quis alumnam Cod.de nup. & in. l.1. versi.sed an commater. Cod.de his qui accus. non poss. de hac quæstione nihil tractans:sed tractat Rip.in.l.ex facto.§. siquis rogatus.col.11.nu.43.ff. ad trebell.

¶Nec inq̃3 hoc intererit, quia non negatur quod dicitur. Sed de reuerentia adalimenta nó est bona argumentatio:de alimétis vero spiritualibus ad corporalia & de corporalibus ad spiritualia bona erit argumètatio.Fatemur ergo teneri patrem spiritualem filios suos alere spirituali alimento

to,sed non carnali. Sic nimirum Abb. ait in cap. tanta est vis col. 3. nu. 11. extra qui filij sint legit. aperte dicens ꝙ cognatio patris spiritualis consistit in negotio spirituali, ideo ad bona corporalia extendi non debet. Vnde Rip. in d. l. ex facto. §. siquis rogatus. ff. ad treb. col. 11. nu. 43. Bene resoluit, filium spiritualem substitutum nõ excludere. quia vt ait, filiatio spiritualis respectu successionum non est in consideratione. Sed tantum impedit matrimonium. vt in titu. de cognat. spirit. citans ad hoc Bal. in d. authen. nisi rogati. Cod. de incert. pers.

¶ EGO præter hæc dicebam, monstruum quærere qui contrariam opinionem substentasset. nanq; pater spiritualis maiores filios sæpe haberet quàm ipse pater estet, contra. §. maiorem natu. inst. de adop. Paterq; ipse spiritualis tot filios substentaturus esset quo talere minime posset. Et côntra filius spiritualis haberet plurimos patres eadem obligatione obligatos: naturalem scilicet spiritualem, & adoptiuum, vbi in adoptionem seu arrogationem datus esset. Sed hoc posset fauore alimentorum defendi. hoc tamen defendi minime posset, ꝙ generaret (quod attinet ad alimenta corporalia) qui generare nõ potest. Id enim possumus ꝙ honeste possumus. l. nepos proculo. & ibi gl. ff. de verb. sig. l. filius. ff. de cond. instit. Semper igitur loquendum est naturaliter.

16 ¶ HINC solet ad testes inferri, Debent enim verbis naturalibus, proprijsq; deponere.

¶ EX quo semel contra testem quem publicè defendebam arguebatur per patronum aduersarij. Accusabatur enim reus de falso eo ꝙ dixerat vidisse Titiũ vendere mensuras certas tritici maiori precio quám licuisset per pragmaticam: cũ venditor probasset ex aduerso claudum esse: nec vsquàm de patria exiuisse, neq; iuisse ad eum locum in quo testis adfirmabat factam fuisse venditionem. sed q, filio suo mediante, mulis deferebat alio loco triticum vt venderetur. Sic reus vnus accusatus de vẽditione, reddebat testem reũ mendacij. Ego dicebã ꝙ filius erat familias qui vna et eadem persona cum patre familias reputatur. l. fin. C. de impuber. et alijs subst. Sed ex regula prædicta arguebatur. Quòd sunt verba naturaliter intelligenda in dubio: proferendaq; etiam naturaliter ac vere: non ciuiliter neq; impropriè.

¶ PROPterea quod Tiraq. in tract. de retract. §. 4. glo. 6. nu. 10.
17 fol. 173. † non sufficere defendit, si venditor ad euitandum retra-

tractum confiteatur se recepisse pecuniam, præcium ve conuentum: im propria enim est solutio et non vera. et naturalis. propterea nec sufficiet qui retractare conatur ꝙ confessionem afferat depositarij: sed opus erit vera coram tabellione numeratione. id quod iterum notauit in. d. l. si vnquám Cod. de reuocan. don. in ipso verbo, susceperit liberos. nu. 15. multa cumulans huius farinæ.

8 ¶ QVIBVS, † id an necti potest quod Bar. determinauit in. l. si seruũ. ff. si ex noxali cau. agatur. de eo loqui vt ipse loquitur qui promissit dare schachũ matum de pedona: pedonamq́; fecit Reginam. Determinat non impleuisse promissum. quoniam vere atq́; realiter non potest dici regina sed verius est pedona. habetur tamen) vt hoc Bartholo ad struamus) pro regina. aliud enim est esse tale, & aliud haberi pro tali Bal. in proæmio. ff. in prin. col. vlt & aliud fuisse tale & desinere esse tale.

¶ QVO in loco non venit in cõpetenter Apothegma illud Sigismũdi Imperatoris referre: quod repetit Otalora in libro de nobilit. Regni Hispaniæ in. 3. par. cap. 6. nu. 4. Qui cum à plebeio ignobili vexaretur, vt propter facinus bene gestum, loco præmij & remunerationis nobilem ipsum 19 efficeret, respondit: † Nobilẽ quidem non possum te facere, cum sis ignobilis: sed faciam te exemptum. Qua forte sumpta occasione nobilis non vocatur aliquid, sed filius de aliquo: quasi ceperit nobilitas ex filio, vt ex muliere familia incipit sicut finit. l. pronuntiatio. §. familiæ in fine. de verb. signifi.

20 ¶ VNDE, † si alicui per testatorem non nihil relictum sit, si seruo Sempronij decem dederit: non sufficiet si dederit domino serui, idest sempronio. l. qui hæredi. ff. de condi. et demonstrat. Quamuis scimus dominum et seruum quo ad dominium reputari vna persona. l. deposui. §. stichus. ff. de pecul. l. placet. de acquir. hæred. Sed quia hoc est per fictionem seu ciuiliter, & non vere aut naturaliter: non sufficit dari domino vt adimpleatur conditio.

¶ Quod existimo notandum ad declarationem. l. quid ergo. §. 1. ff. de leg. 1. Nanq́; si legetur mihi et filio, Ser voue vtrunq́; legatũ valet. Sed si vni conditionaliter legetur, erit eidem naturaliter dandum legatum: et ex facto, quamuis capere non possit lega-
21 tarius. quia † non interest ei dari an ꝙ mittatur in mari: vel poni in loco iubeatur. l. Meuius. ff. de cond.

cond.et dem.

¶QVARE Sceuola in.l.qui Ro
22 me.§.Augerius.ff.de verb.oblig. qui creditur duram et scandalosam nobis decisionem edidisse. erit honori suo restituendus: carpendiq; qui multipliciter ipsum legunt: vt videbitis per summũ Præsidem cap. 39. per totum in libro practicarum quest. Existimat enim Sceuola: eum qui stipulanti promiserit daturum, quicquid Titium debere constiterit: defuncto Titio antequám constitisset quid quantum vedeberet: non teneri pro eius herede qui promisit, nec pro aliquo eiusdem successore si cum ipsis actum sit, licet de debito constet quasi fuerit conditionalis hæc promissio. relata ad ipsius Titij personam, non autem ad eius heredem. Nec enim interest ꝙ heres & defunctus vna et eadé persona censeátur. l. vlt. in fine. Cod. de impuber. et alijs. Id quippe est ciuiliter et per fictionem: nõ vere nec naturaliter. merito Augerius in d.§. contentus (qui seruo publij meuij stipulanti spopondit se daturũ quicquid patrem suũ publio meuio dbere cõstitisset) patre defuncto anteq̃ȝ constitisset quid quantumq; deberet, nõ teneretur si aduersus heredé patris actũ esset aduersum vê aliũ patris successoré licet de debito constitisset. quia stipulatio stricti iuris est. promissioq; relata fuit ad personã patris: qua sublata naturaliter. pro ciuili atq; fictitianõ debuit teneri. vt latius istud patet ex.l. cum apud semproniũ. ff. iudicatũ solui. et ex.l. siquis arbitratu. 43. ff. de verb. obl. Et hæc est cõmunis, veraq; lectio præd. tex. quicquid contra ipsam verecundè satagunt Paul. castrens. ibi, & Ias. & alibi Petr. stella. Duaren. & Manuel Costa. in locis cit. a Præside. lib. quæst. cap. 36.

23 ¶Sic enim, siquid quis habere d beat sub cõditione dãdi aliquid: non dicitur impleuisse conditionẽ si obijciat cõpensationẽ. l. Iulianus. 45. de cond. et dem. nec si accepto eidem feratur. vt Paul. & Soci. ibi notant: quia solutio impropria est. quod ad ferũt ad statutũ hoc habens: si nõ soluerit intra. 10. dies am putetur sibi pes.

24 ¶Idcirco, qui promiserit equm vel camellũ in cameram altam ascendere Pæna addita qñ nõ fecerit: non implebit quod promisit vbi vendat, preciumq; cameli in bursa ascendat: ipsum vt instrumentis machinisq; subleuet. non enim verba promissionis ciuiliter vel fictê intelligenda sunt per promissorem, sed vt iacét naturaliter. Non sophisticê sed bona fide et et vt solent per rectê intelligentes accipi. cap. ex litteris. et ibi Pannor. et doctores extra de spons.

¶VN

¶ VNDE iterum defessus fui defendendo quendam testem. Etenim ad seuerauit se reum accusatum de homicidij mandato colloqui in certa domo cum interfectore vidisse, tractando de homicidio futuro: sed in ratificatione idipsum dixit: nisi ꝙ adiecit ꝙ erat tunc ianua clausa. Arguebatur cõtradictio in testimonio, nam prius dixit ꝙ vidit: postea dixit ꝙ audiuit et quòd erat ianua clausa. Dicebat testis ꝙ in organo ipsos cognouit & ideo dixit quòd vidit. Insudabam defendendo, visum omnia comprehẽdere que pertinent ad alios sensus glo. ordinaria in cap. testes. & in cap. que viderint. 3. q. 9. illud adferens quod dicitur gustate et videte. et illud etiam exodi videbant voces, idest audiebant voces. et cap. præterea extra de testib. vbi in actu fornicationis valet pariter de auditu vt de visu depositio. quam glos. celebrant Anto. Card. Abb. et Felin. nu. 5. in cap. cum causam extra de test. Bar. in. l. 2. §. labeo vltra medium ff. de aqua plub. arcen. et in tract. de testib. 6. col. versi. testis dicit quód vidit. Bal. in. l. pen. Cod. de prob. & in. l. testium. 4. col. versi. secũdo quero. Cod. de test. Paul. in. l. qui testamento. §. fin. de testam. Rom. in. l. sciendum col. 6. ff. de verb. & in. l. admonẽdi. col. 26. ff. de iur. iur. Florian. in. l. ob carmen. §. fin. ff. de testib. & multi alij quos congesi in reper. in verbo testes. versi. secunda regula. arti. deponere per sensum visus. verum tamen de improprietate ac varietate mihi replicari poterat iuxta tex. in. l. si falso vel variê. ff. de testib. Euasi tamen ipsum vt inferius audies. versi. pariter et is qui dixit nu. 34.

¶ HActenus probata est prima pars que dicit verba intelligi debere naturaliter. Verumtamen
25 † per contrarium cautum est verba intelligi debere ciuili et vrbano modo, non stricte et naturaliter. Etenim si vsus habitationis legetur nõ erit legatum nullum quamuis certum est vsum fructum non esse habitationem, itẽ neq; vsum, quia suam propriam naturam sortita est habitatio. l. si cui. et ibi. Bar. & super eum Alex. ff. de seruit. de qua illico tractabimus. l. cum antiquitas Cod. de vsuf. cuius verba totidẽ fere sunt. Inquit enim. Et siquidem habitationem quis reliquerit ad humaniorem sentẽtiam declinare nobis visum est, et dari legatario legationis licentiam. In quo loco notat Bal. id quod diximus, ciuili modo esse verba intelligenda secundumq; communem vulgaremq; vsum loquendi. l. quid si nepotes. ff. de testam. tut. Rom. Alex. & Iass. in rubr. ff. noui oper. nũtia. Bal. in auth. sed nouo iure. Cod

Cod.de ser.fugit.nu.10. Huncq; vsum vulgarem et ciuilem proprie ac stricte esse significationi præferēdum.l.librorum.§. quod tamen cassius.ff.de leg.3.l. cum delanionis.§.asinam molendinariá.ff.de fun.instruct.et instrum.leg.ibi, optimum ergo esse pedins ait,non propriam verborū significationem scrutari.

¶ HINC celsus in.l.9.ff.de seruit.elegantissime dixit.Sicut simplici vsu via per fundum cuiuspiam concedatur, vel relinquatur:in infinito,videlicet per quá libet eius partem ire agere licebit: ciuili tamen modo. Nam
26 †quedam in sermone tacite excipiuntur.Non enim per villam ipsam, nec per medias vineas ire agere sinendus est:cum id æque commode per alteram partem facere posit:et minori seruientis fundi detrimēto.Ex quo Bart. breuiter sic ellicit:verba contractus debent ciuiliter intelligi.

¶ ITEM Cyn.et Bal.in.l. si predium.Cod.de iur.dot.quos citat Ioann.Lup.in rubr.extra de don. inter vir.et vxo.§.7.eius opinio-
27 nis sunt. vt † si dixerim concedo talibus religiosis ad vsum tale predium,proprietas quoq; concessa intelligatur,per.l.donationes in cubi nam.§. species. ff. de don. Est tamen tex. expresior: vtiliorq; ad non paucas controuersias decidendas.in.l. alimentis.ff.de alim.et cibar. leg. Nam si dixerim dari volo mea predia ad hoc vt quecunq; viuente me liberti acceperunt eis constituátur,cibarij et vestuarij nomine: libertis prædia intelligentur relicta, vt pleno dominio ipsa habeant.Quod non videbatur dicendum rigore inspecto verborum.

¶ VNDE ex facto habui quæstionem.nam cum diceret testator.relinquo talem fundum, vt ex ipso fratres talis monasterij,festum sanctæ Mariæ conceptionis pro anima mea in quolibet anno celebrent: volebat heres sumptus soluere prædicti fæsti,& sibi fundum retinere,vt quod super esset ex fructibus sibi haberet.Existimaui contrarium, et ꝙ pertineret proprietas ad dictos fratres,per prædicta.Nam si voluit qui legauit ꝙ fratres vsum haberent quatenus ad sumptus fæsti,& non vltra,deberet aliter dicere,vt in.l.si alij.ff. de vsufr.legato.aliter in latio rem significationem & ciuiliter erunt verba accipienda.vt in iuribus pred.et in.d.l.si alij.In qua sic dicitur: si alij fundum alij vsum fructum eiusdem fundi testator legauerit: si eo proposito fecit (scilicet in mente retento licet consultus hoc non dicit) vt alius vsum fructum haberet,alius nudam haberet proprietatem,errore labi-

tur:nam detracto vsufructo proprietatem eum legare oportet. Eo modo: Titio fundũ detracto vsufructo lego: Scio eiusdem fundi vsũmfructũ hæresdato. Quod nisi fecerit vsusfructus inter eos communicabitur: quia interdũ plus valet scriptura quàm quod actum est. Vides quomodo extenduntur verba, interpretanturq; ciuiliter.

28 ¶ AVDI Regulam quæ habet non refert quid ex æquipollentibus fiat. l. si mater Cod. de instit. & substit. l. vlt. §. vlt. ff. mand. l. vlt. Cod. de don. quæ sub modo l. pater seuerinam. ff. de cond. et demonstr. l. sed et si restituatur. § exquibus. ff. de iud. l. si ita esset. ff. quan. dies legaticed. Inquit quippe, si ita esset liberis fideicõmissum relictum, si morte patris, sui iuris essent effecti: nec morte patris sed emãcipatione, patres familias constituti sint: deberi eis fideicommissum nemo dubitauerit: diemq; eius emancipationi cessisse, qui morti patris cederet. Ecce ciuiliter verba isthec intelliguntur non strictê et naturaliter, contra. l. Statius Florus. §. Cornelio felici. ff. de iure fis. vt etiam item probatur in. l. si mater Cod. de instit. supra. d. cuius verba item hoc habent: si mater vos sub cõditione emancipationis hæredes instituit: et priusq̃ volũtati defunctæ pateretur, sententiam pater meruit. vel aliter defunctus est: morte eius, vel alio modo patria potestate liberati: ius ad eundæ hæreditatis cum sua causa quæsistis. Vnde Bal. atq; Saly. ibi dicunt. conditio emãcipationis verificatur etiam per mortem naturalem patris vel eius deportationem. Quibus addit. c. l. intercidit. 58. de cõd. & demonstr. omnimodo contradicẽtẽ. l. Statius Florus. §. Cornelio supra. d. vt apparet primo aspectu.

29 ¶ Quinimo Si mandauero q̃ fide iubeas pro Titio, tuq; quod mandauero non feceris: sed alij mandes q̃ fide iubeat pro ipso, mandati mecum ages. vt inquit Sceuola in pred. l. vlt. §. vltim. ff. mand. quia non refert quid ex æquippolentibus fiat, etiam in contractibus vt ibi. et in. l. vltim. Cod. de don. quæ sub mo. vbi in donatione sic habetur: siquid mater filiæ suæ in potestate patris constitutæ, sub hac conditione si fuerit intra bieniam emancipata, donauerit: licet hoc, matris voluntate sui iuris effecta nõ tenuit tamẽ prius marito defuncto, sui iuris quocunq; modo effecta: ad similitudinem legati ita relicti, rem donatam firmiter habere, vel vendicare potest. Inquo loco præsentiens difficultatem Bal. adbreuiat ita tex. Etiam in contractibus sufficit aliquid fieri per equipollens. Vnde ex hoc oppo-

opponitur istud contrarium propositioni priori: cũ videamus ꝙ equipollẽs, vere et naturaliter diuersum est: Sed est eiusdem potẽtiæ, effectusq; cuius est naturale.

30 ❡NON† enim exeo ꝙ cõtractus sit, debet in humanè interpretari. Nam siquid venditor de mancipio affirmauerit: idq; nõ ita esse emptor quæratur: aut redhibitorio, aut æstimatorio, idest quãto minoris iudicio agere potest. l. si quid vẽditor. ff. de edil. ædict. Sed post significata exempla, dicit tex. Hec omnia videntur ei pertinere: ne id quod affirmauit venditor amarè ab eo exigatur. Sed cum quodam tẽperamento.

31 ❡VNDE est ꝙ † filij legitimati nihil differũt a legitimis, effectu. tex. in authẽ. quib. mod. nat. effi. sui. §. sit igitur licentia. ibi, nihil a legitimis differẽtes. et in. §. siquis ergo filios legitimos non habẽs ibi nihil a legitimis filijs differentes. coll. 6 l. eũ qui in prouincia. § diuus. ff. de rip. nup. Dictio et enim, nihil quæ est vniuersalis negatiua, & quæ debet vniuersaliter operari. l. vltim. ff. de liber. & posth. l. si is qui ducenta. §. vtrum ff. de reb. dub. & cap. Deus omnipotẽs. 2. q. 1. vt not. glos. in authẽ. de hæredib. & falci. §. 1. in verbo parum. coll. 1. efficit vt in effectu tantum posit legitimatus quàm legitimus. Id quod pertinet adeã quæstionẽ, quæ traditur per doctores in cap. Tanta est vis, qui filij sint legit. late per Ias. in. l. quotiẽs. Cod. de reiuend. Latius per me ipsum in libro de iusta et prohibita acquisitione dominij, possessionis & fructuum in. 1. part. quæ apertius de acq. posses. tractat. cap. 18. per totum.

❡Possentq; propterea multa adduci congesta per Tiraq. in rep. l. si vnq̃3. Cod. de reuoc. dona. in verbo, susceperit liberos, tractantia de adoptiuis: ad videndum, vtrum præhabita. l. siunq̃3 locum habeat si nascantur per adoptionem ei qui donauit nõnulli filij? præsertim nu. 18. vbi adfert certũ esse adoptiuos parentibus succedere. l. si te parens. Cod. de suis et legit. l. pen. §. siquidẽ de adop. Cyn. in auth. in successione. C. de suis et legit. quam tamẽ legit subtit. ad. S. C. Tertull. Idem Ti-

32 raq. nu. 20. scribens latê † adoptiuos ita quidẽ succedere, vt etiã hæreditatem non aditam transmittant ad hæredes suos: sicuti et alij filij legitimi et naturales transmittunt. secundum gl. notabilem in. l. seruus alienus, quæ est. 3. in. §. vlt. in gl. mag. in fine. ff. de hæred. instit. quam ad hoc dicit singularem Bal. in sua margarita, in verbo, adoptio. versi. 2. & tenẽt alij, quos citat Tiraq. in. d. nu. 20. tradens ꝙ excludunt ascẽdentes et vxorem. vt per Matth. in tract. de success. abintest. col. 6

versi.item dubitatur.Et ꝙ reuocãt in fraudem alienata sicut naturales et legitimi.l.vlt.ff. siquid in fraud.patro.& voluit Bal.in.l.2.col.1.vers.quæro an filius.Cod.eod.tit.et Bar.in.l.non vsq;.Cod.siquis a paren.fuer.manum.cum alijs quas ibi citat.Etq, veniũt cõtra testamentum si præteriti aut exhæredati fuerint.l.1.in prin.et.l.non putauit.§.si quis emancipatum.Cod.de bon.poss.cõtra tab.l.filius a patre.§.1.ff.de liber.et posth.l.1.§.liberos.ff.si tabulæ testam.nullæ ex tab.&.§.adoptiui instit.de exhered.lib.cum alijs iuribus,glosis & authoribus quos conuocat illic Tiraqu. Equibus non colligitur multum obscure, verba intelligi ciuiliter debere:si quidẽ importat idem ipsum naturaliter rẽ effici,vel quod ciuiliter fiat interprætatiuê vẽ quod attinet ad effectum.

33 ¶IDeo ex istis,testes illos defendebam quorũ memini superius, versi.exquo semel nu.16.et in versi.vnde iterũ defessus fui.nu.24. Nam cum pater & filius familias eadem persona iure existimẽtur ciuili.præhab.l.vlt.Cod.de insti.nõ videtur redargui posse de falso testis ille qui dixerit ꝙ Titius triticum vendidit maiori præcio q̃3 licuerit per pragmaticam: si vendidit filius familias:ciuiliter enim est idem ꝙ si pater vendidisset.Vulgo enim et loquẽdi cõsuetudine.iureq; ipso ciuili id dicimur facere quod facimus per alios.l.1.§.omnia Cod.de veteri iure enuclean.l.item eorum.§.1.ff.quod cuiusq; vniuersit nomi.l.filio.et ibi Bal.Cod.de iure delib er.Et sepius vides eos qui ædificia magna faciunt non manibus sed sumptibus ea facere, vt illi quoq; qui corporis vestimenta, caltiamenta & tegumenta eiusdem faciunt:et tamen vulgo loquitur hoc modo:pulchram domum edificas, elegantem paliũ facis.Bene colis agros tuos, ædifico,facio,et colo.verba intelligẽdo ciuiliter,non propriam ipsorum significationem scrutando: vt in.d.l.cum delanionis.§.asinã de fund.instruct.fieri debere cautum est.

¶Pariter et is qui dixit, se, Titiũ mortis mandatorem ad loqui intra domum cum mandatario vidisse,quiq; postea dixit ꝙ clausæ ianuæ erant cum id vidit,sibi cõtrarius non est,dummodo consi
34 deremus ꝙ Triplex occulus est, si glosæ credimus in cap.quorundam,de elect.lib.6.l.item apud Labeouem.§.si quis sit.ff.de iniur.Ias.in.l.1.nu.3.col.5.ff.noui oper.nuntia.nempe corporis:mẽtis seu intellectus,& demũ administrationis.l.de his.ff.de trans. Qui vtiq; testis maiorem defensam habebat q̃3 superior.cũ ceteri omnes sensus ad sensum visus

non

non iniquè, vt ad potentiorẽ sensum referantur: ita vt testis proprie dixerit, aut saltem rectê, cũ dixerit ꝙ vidit Petrum blasfemãtem, cum deberet propriê dicere ꝙ audiuit: et ꝙ vidit vinũ acuẽtem vel mocuentem, cum debe ret dicere de primo q, gustauit sensitq́;. ꝙ erat in ipso aqua: & in secundo ꝙ tetigit. gl. ordinaria in cap. testes & in cap. quæ viderint 3. q. 9. Anton. Card. Abb. et Felin. in cap. cum causam. nu. 5. col. 8. versi. Sed istam cõclusionem extra de testib. in numeros citans ad hoc, quos congessi in reperto rio in verbo, Testis. versi. secũda regula.

¶ Quibus adductis vtrinq́;, quæstio difficilior est effecta quã pro posui: ita vt intelligere nõ valeamus de qua margarita, de quo vè Gallo senserit testator cum legauerit? qñ debeant intelligi verba propriæ ac naturaliter, vel e regione ciuiliter?

¶ Sed vt consuetudinis materiã attingamus existimo hoc vnum
35 notandum. Seruium dixisse † Nõ ex opinionibus singulorum, sed ex communi vsu nomina rerum exaudiri debere. Tuberonemq́; etiam dixisse, quorsum sunt nomina nisi vt demonstrarent volũtatẽ dicentis? lex labeo. ff. de supell. lega. l. librorum. §. quod tamen Cassius. ff. de leg. 3. ibi, nam et in vsu pleriq́; libros Chartas appellant. aperte nobis demonstrans, non ex vsu paucorũ, sed ex vsu plurimorum verã significationem corrumpi vocabulorum seu verborum. vt gl. cum communi ad notatione ibidem notat. l. si chorus. §. 1. eod. tit. ibi. Et sæpe audisse rusticos senes ita dicentes: pecuniam sine peculio fragilem esse: peculium appellantes: quod præsidij causa reponeretur.

¶ Ex quo nostri elliciunt regulã
36 quæ habet † In ambiguis legum, statutorvm, et dispositionum, & testamentorũ verba esse nõ strictê interpretãda: sed iuxta vulgarem cõmunemq́; vsum loquẽdi. gl. in d. §. quod tñ Cassius. Bar. in l. si quid earum in prin. ff. de leg. 3 probatur in cap. ex litteris & ibi Abb. et. DD. extra de spons. gl. in cap. nulli. in verbo, vltra quas, extra de rescrip. Bar. in l. si quis filiabus extra de testam. tut. et in. l. talis scriptura. ff. de leg. 1. Ias. in. l. si a viæ. col. vlt. Cod. de success. ædicto. Rom. Feli. et Deci. et multi alij cũ prædictis quos cumulat Sũmus Præses. lib. 3. resolution. c. 5. sed copiosissime Lup. in rubri. extra de don. inter virũ et vxo. §. 7. vbi tradit infinitas verborũ impropriationes. Sed nõ meminit Bal. & tex. in. l. legatis. Cod. de legat. vbi bene istud probatur.

¶ EX quorum frequentissima doctorum opinione factum est,

vt(cũ ius patronatus ſit aliquid in corporale quod poſsideri non poteſt.l.ſeruus.§.in corporales.
37 ff.de acquir.rer.domi)† teſtis fal ſus non dicatur ſi deponat ꝙ vi dit poſsidere patronatum,cum dicere deberet quaſipoſsidere.l. ſedet ſi poſſeſſori.§.ſed ſi rerum. ff.deiur.iur.Bonus tex.vbi ſcribi tur verbum poſſeſsio (de in corporalibus tractando)incap pen. et ibi per pendit hoc Abb. extra de reſt.ſpol.nam vſus hoc cõmu nis in troduxit vt quaſi poſſeſsio appelletur poſſeſsio.Bal.etAndr. Barbat.8.col.infine,in cap.quan to extra.de iud.Ioá.Lup.in repe. rubr.de don.inter virum,et vxo. iſt hæc adducens,& huius farinæ non pauca.

QVA item opinione et regula cõſiderata initum fœdus eſt in-ter duas.ll.pugnantes ſibi ad in uicem.Nam certũ eſt quòd pluralis locutio plures exigit:et ſaltem ſine duobus non deberet eſſe contenta.vulgaris.l.vbi nume rus.ff.de teſtib.Et tamen inquit
38 tex.ff.de verb.ſig.l.148.†Non eſt ſine liberis,cui vel vnus filius, vna ve ſilia eſt. Adſtruit Gaius hanc rationem.Hæc enim enun tiatio habet liberos non habet liberos ſemper plurali numero ꝓfertur:ſicut et pugillares:et codi cilli.Ait idem in.l.ibi cõtigua.Ná quem ſine liberis eſſe dicere non poſſumus:hunc neceſſe eſt vt di camus Liberos habere.Hoc con ſultus.quod exiſtimo in praxi benæ notãdum.Nam forte aliquis putaret exiſtere teſtem falſum, eum,qui diceret cognoui Petrũ et ille filios habuit,cum vnum tá tum haberet,propter.d.l. vbi nu merus,de teſtib.& proprietatem nominis pluralis,filios.Sed cõtra eſt ex vſu communi loquẽdi.Sic nos vtimur plurali cum de domi bus tractamus.vix enim domum dicimus,ſed domos.cum ſit forte domuncula vna vilis.

¶ EX quo habes declarationẽ ad tex.in.l.1.ff.de procur.Dicit enim,procuratorem eum eſſe qui aliena negotia mandato domini adminiſtrat:loqués in plurali
39 numero†Sed non ideo minus ille erit procurator qui vnum tañ tum negocium adminiſtrauerit domini mandato.Sic notant gl. & Bar.ibidem:inferentes ad ſtatutum in quo habeatur,falſos te ſtes certa eſſe pœna plectendos. Etenim eadem pœna vnus erit puniendus vbi falſum exhibuerit teſtimonium.quia in plurali ex vſu communi loquendi loqutum fuit ſtatutum.et militat eadem ratio.l.illud.ff.ad.l.aquil.Et quod in pluribus diſponitur cen ſetur in vno diſpoſitum,& e con tra vt infra oſtendam inteſte. & quia demũ omnis pluralitas con uertitur in ſuas ſingularitates.l. omnes.Cod.de præſ.30.vel.40.

anni

ann.gl.in.l.3.Cod.de cõd.insert. cum vulgar.quanq; has rationes prædicti non poluerunt.

¶Eadem ipsa ratione cõmunis v sus loquendi factum est, vt Paulus dixerit.ff.de verb.sig.l.134.an
40 niculus nõ est statim q natus est: Sed tricentessimo sexagesimo quinto die dicitur.Incipiéte plane,nõ exacto diæ. Quia annũ ciuiliter nõ ad mométa temporũ, sed ad dies numeramus. Quasi aperte vellit tex.non plenitudiné expectandá esse anni, vt est eius natura q impleatur in vltimo téporis momento:sed numerus tñ sufficere dierum. quia ciuiliter, idest(vt ait ibi Accurs.) secundũ ciuiũ consuetudinem et loquelá (nempè comunem licet hoc non dixerit Accurs.)cõputandus annus est.quia(vt idé Paul. in eod. tit.ait.in.l.132.)Anniculus amittitur,(idest moritur vt ait Accursius)qui extremo die anni moritur:et consuetudo loquédi id ita declarat.

¶Id quod facit vt inferam ad declarationem tex.in.l.3.§.minoré. ff.de minor.vbi vlpian.sic ait.Minorem aũt viginti quinq; annorum natu:videndũ an etiam dié natalis sui ad hoc dicimus, an hora in qua natus est,vt si captus sit restituatur?Et cum nondum cõpleuerit ita erit dicendũ: vt à momento in momentum tépus spectetur.Proinde, et si bissexto natus est:siue priore, siue posteriore die.Celsus scribit nihil referre.Nam id biduũ pro vno die habetur:et posterior dies kalendarum intercalatur.idest(vt Accurs.ait)de medio tollitur vt pro die non computetur.Budeus vero interponitur et inter seritur: quasi amplietur in eo annus et vterq; inidem recidit, vt annus de momento ad momentum cõputetur.Siue annus sit breuis siue longior.

¶Annus enim vt interim hoc dicam.ciuilis annus gentium arbi
41 trio est cõstitutus.Alij æstate priscis temporibus vnum determinabant,et alterum hyeme. Plin. lib.1.naturalis historiæ cap.48. Alij quadripartitis temporibus,sicut Archades:quorum anni trimestres fuere.Quidam lunæ senio,vt Ægiptij.Iberis quadrimestris annus erat. Chaldeis alius. Archadibus et Archananis semestris. Romanis ab initio decem mensium,& additus fuit Ianuarius: post de inde februarius.vt ex multis coniecturis istud probat Tiraq. de retract. lignagier. §.1. gl.10. in prin. vt et hinc dicere quoq; possimus,octo tãtummodo menses in sui initio habuisse. si verum est q Iulius Cesar Iuliũ addit,et Augustus addit Augustum.Sic lauinijs alius erat,Grecis alius:Caris alius & multis nationibus multi anni,idest diuer-

ſimode computabantur. Quod per prius nobis ediderat Lucas de Penna in. l. 3. Cod. de exactor. et executor. lib. 12. tradens annum naturalem. de quo in. d. §. minorem. ciuilem vt in. d. l. anniculus. vſualem, cæremonialem et emergentem. vt tradiderant ante eum Ioann. Andr. Archi. et Dominic. in cap. Si propter de elect. lib. 6.

¶ Verumtamen Accurſ. conciliat prædictas. ll. & multas quæ ibi iunxit ſibi exiſtentes contrarias. quibus aliæ ſunt addendæ quæ identidem cumulauit præhabitus Tiraquel. in præd. gloſ. 10. in prin. vt omnes. ll. quæ dicunt, annum cæptum
2 haberi pro impleto, loquantur in caſu odioſo per regulam quæ dicit odia reſtringi, fauores conuenit ampliari. cap. odia de reg. iur. lib. 6. &. ff. de liber. & poſthum. l. cum quidam. Sic enim fauor faciet vt annus cæptus habeatur pro completo: et idem fauor faciet (ſine quo odium ſtare non
3 poteſt) quod cæptus non habeatur pro completo ſed momentum ſpectetur: et eſt ſenſus dictæ gloſæ, ſi non fallor. vel dicendum, ꝙ fauor eſt ſine odio vt cum fauetur minoribus vt in. d. §. minorem. & odium eſt ſine fauore, vt in præſcriptione accidit præſertim in longiſsima triginta annorum. Verum tamen ſi fauor cum odio admiſceantur, vt in præſcriptione longi temporis, præhabita gloſa non dicit. Nec determinat quid ſi odium non accidat neq; fauor? Et eſt quæſtio non inutilis ad multa quæ quotidie occurrunt. Occurrentq; circa. l. 13. Tauri. In ipſa enim diſponitur quis natus naturaliter dicatur, vel é contra dicatur abortiuus: ita vt ſubſtitutum non excludatur, nec videatur in maioratu ſucceſsiſſe? Diſponitur enim in eadem. l. debere Baptizari: et viuere per ſpatium viginti quatuor horarum naturalium: aliter habebitur pro abortiuo. Quod nec fuit odio nec amore: ſed ad dubia exterminanda diſpoſitum circa abortiuos et tempore legitimo natos: qui tamen non conſtet quòd fuerunt ante tempus debitum editi, in quo non poſsint naturaliter viuere. In hac nimirum ſpetie, etiam ſi baptizatus fuerit & vixerit prædictas viginti quatuor horas non habebitur pro partu legitimo nec naturali. Et enim ſi lex ipſa non exprimeret ꝙ debeat viuere prædictas viginti quatuor horas na-

tu

turales sed quod viueret diem vnum, non esset minima controuersia qualiter dies esset æstimandus.

¶ PROPterea quod oriri dubium posset in casu. l. 1. titu. 4. lib. 3. nouæ recopillation. Nam ex die exhibiti libelli petitionis, reus petitus tenetur intra nouem dies continuos libellum contestari ac respondere, confitendo vel negando: aliter habebitur pro confesso sine spe restitutionis, quamuis culpa non responderit procuratoris: & quamuis procurator inops sit: Quod tamen in vsu non est.

¶ EST tamen in vsu id quod est in. l. 1. titu. 5. eod. libro. quòd post vltimum diem termini dati reo ad comparendum, in nouos alios nouem dies continuos, tenetur interponere declinatoriam si valet iurisdictionem declinare: tenetur que si non valet declinare interponere reconuentionem, vel mutuam petitionem. Actorque eundem terminum habet ad reconuentioni respondendum. Et reus sex ad replicationi respondendum. & suas scripturas præsentandum, quibus replicationem suam probet: nam amplius non audientur, nec recipientur scripturæ: preterquàm si iuret qui eas præsentat quod nouiter in notitiam per venerunt. Tunc enim actor vsque ad interloqutoriam: reus vero vsque ad diffinitiuam poterunt sententiam suas scripturas præsentare. Vn-
43 de quæritur vtrum dies naturales, vel Romanos momentaneos expectare debeamus? More enim Romanorum (inquit Paul. in. l. 8. ff. de ferijs) dies a media nocte incipit: et sequentis noctis media parte finitur. Itaque quod in his viginti quatuor horis, idest duabus dimidiatis noctibus, & luce media actum est: per inde est quasi quauis hora lucis actum est. In quo loco Accurs. notat. Athenienses ab occasu, Babiloni abortu, et Arabes a meridie diem incipere. Sed post ipsum Tiraque. in præhabito tract. de retract. lignagier. §. 1. glo. 11. aliter atque aliter docet hunc diem momentaneum (id est qui connumeratur de momento ad momentum) non diem esse naturalem, sed ciuilem: quia dies naturalis ab oriente sole, ad solis occasum vocatur. iuxta illud Genes. Et factum est vespere et mane dies vnus: quasi dies naturalis illud sit tempus quod a luce est ad tenebras: cuius modi vulgus omnem diem simpliciter nuncupat. Bal. in cap. 1. extra de fer. Ex eo talem

 diem

dié peculiari nomine diem vulga rem appellans.

QVOD.facit ad statuta grauius punientia delicta noctu cōmissa de quibus Bar.in.l.titius.§.lutius. & ibi quoq; Bal.Angel.Imol.Raph.Cú.Alex.Aret.et Ias.ff.d liber & Posth.Ioan.Andre. Cardin.pānor.Annania,& Fel.in cap.si per fodiés extra de homi.& alij quos conuocat vbi supra Tiraque.nu. 3.Postquàm antea nos docuit diuersimode diuersæ nationes incepisse sibi diem. ex quo sumus in duriorem quæstionem de lapsi:de anno & die:an de momentaneo sint leges intelligédæ? dicéte tex.in.d.l.anniculus.134.ff. de verb.sig.annum ciuiliter non ad mométa temporum, sed ad dies numeramus.Et.l.3.§. minorem, omnimodo huic oppositum. Et lex more maiorum de ferijs, dié viginti quatuor complecti horis:cum videamus é regione q dies naturalis et communis vespere et mane componitur?

¶Michi(vt assequi resolutionem possimus)satis necessariú est no 44 tare:q id quod leges dicunt debere verba intelligi ciuiliter,potest tribus modis accipi. Primo vrbanè moraliter et cum Christi charitate, iuxta illud quod tibi non vis fieri alteri ne feceris. Matth.22.Non enim rigor summus placere alteri potest q̄; bruto et rustico homini inculto atq; agresti. merito leges ciuiles quæ a ciuibus sunt conditæ modo vrbano intelliguntur,vt in.d. l.9.ff.de seruit.vbi Celsus doctê dixit. Sicui simplici vsu via per fundum cuiuspiam concedatur, vel relinquatur.In infinito:(vide licet per quamlibet eius parté) ire agere licebit:ciuili tamé modo:nam quedā in sermone tacitè excipiútur.Quod auté ciuili modo,velit dicere,nó rusticé sed vrbanè probat idquod Celsus cófestim scribit,dicés.Non enim per villam ipsam, nec per medias vineas ire agere sinendus est:cú id æque cómode per alterá partem facere posit:& minore seruiétis fundi detrimento.Vnde idé in.l. 39.ff.de reiuéd.tractás de eo qui bona fide ac imprudenter in fundo alieno qué emerat ædificauit aut cóseruit:docet (sic vincatur fundus) bonum iudicé variê ex 45 personis causisq; cóstituere debere circa expésas ibi factas.Multa præhabitus cósultus considerás circa æquitaté & malitias postulantiú.inter alia quæ scribit elegátissime sic dicens:De eo qui ab radere quod fecit vult cóstituimus vero vt si paratus est dominus tátú dare,q̄ntú habiturus est possessor his rebus ablatis,fiat ei potestas: neq; malicijs indulgendú est.Si tectoriú puta quod induxerit picturasq; corradere velit,nisi officiat.

¶HVC

¶Huc pertinet quod vlp. ait in. l. 6. 7. et. 8. ff. de pig. † Obligatione generali rerum quasquis habuit, habiturus ve sit, ea non contineri quæ verisimile est quenq; specialiter obligaturum non fuisse: vt puta suppellex. Item vestis relinquenda est debitori. Et ex mácipijs quę in eo vsu habuit, vt certum sit cú pignori daturum non fuisse. Proinde de ministerijs eius per quá ei necessarijs: vel quæ ad affectionem eius pertineant. hactenus. 6. vel quæ in vsum quotidianum habentur Seruiana nó competit. hactenus. 7. Deniq; cócubinam, filios naturales, alumnos: cóstat generali obligatione non contineri. Et si qua alia sunt huiusmodi ministeria. hactenus. 8. a quibus in nihilo distat. l. 1. C. quæ res pig. obligari poss. vel nó. quæ vtiq;. ll. in vrbaninate fundātur: & ciuili, non agresti nec rurali intelligentia.

46

47 ¶Secuudo modo, verba supradicta pro vsu ciuili loquendi, idest pro communi vsu ciuiú, possunt accipi. De quo est tex. nisi fallor in præd. l. 134. ff. de verb. sig. iúcta ibidem glosa. Ait quippe Cósult. Paul. Anniculus non est statim vt natus est, sed tricentesimo sexagesimo quinto die dicitur: incipiente plane nó ex acto die. quia annum ciuiliter non ad momenta temporú, sed ad dies numeramus. Dicit gl. in verbo ciuiliter, idest secundum consuetudinem ciuium & loquælam vt supra eo. l. anniculus. Et benedicit, cum in l. 132. quam citat, sic idem Paul. scripserit. Anniculus amittitur, qui extremo die anni moritur: et consuetudo loquendi id ita esse declarat. Ecce probatissimum hoc est: ciuiliter pro consuetudine ciuium accipi: vt alibi pro ciuiú modestia, temperantia, et optima interpretatione recipitur.

48 ¶Tertio modo† ciuiliter dici potest, quia iusta dispositiones ciuium sit aliquid intelligendú. Leges enim a rusticis noncóponuntur. Tunc quidem nec erit naturaquæréda nec protinus reijciéda, Sed erit tantum querendum quid in. l. cautum sit? Etenim in. l. 6. ff. de iust. et iure vlpianus ita scripsit. Ius ciuile est quod neq; in totum a naturali iure vel gentium recedit: neq; per omnia ei seruit. Itaq; (ait idem) cú aliquid addimus vel detrahimus iuri cómuni, ius proprium, idest ciuile efficimus. Et ex papiniano in. l. 7 audies. Ius auté ciuile est, quod ex legibus, Plebiscitis, senatus cósultis, decretis principum, auctoritate prudentum venit.

¶Ex quo intelliges, quod vlpianus ait in. l. vbi numerus. ff. de testib. vbi numerus testiú nó adijcitur, etiam duo sufficiunt. Pluralis enim loquutio duorum numero contenta est. ciuiliter es-

se dispositum.idest prudēter ac scientificè pertinens ad hanc tertiā significationem.quia in totū a naturali nō recedit+interest e-
49 nim interduitatem & pluralitatē l.1.§.pactum.ff.de pact.quatenus dicit:est,duorū,pluriū vè in idē, placitus et cōsensus:at tamen cū quis de singulari nō cōtentetur sed plus exigat q̄3 vnum:pro illo pluri interpretatum est sufficere duitatē,vt in.l.217.incip.inter illā.ff.de verb.sig.vbi sic dicitur. Ita data conditione, illud facito in duobus,si nihil præterea fuisset adiectum,inbiduo conditionem impleri oportet.

¶Nunc igitur ad quæstionē diei
50 et anni reuertamur+ Dies et annus dupliciter accipi possunt, vno modo naturaliter, altero modo ciuiliter.naturaliter de momento ad momentū,à qua hora incipivellis,veldie.ciuiliter:computando eius momenta vt cōputant omnes ciues. more Romanorum a media nocte,vsq; ad sequentis noctis dimidiam partē. l.more Romano.ff.de fer. More Atheniensiū ab occasum:Babilonū ab ortu, et Arabū a meridie. Et sic de anno.a Ianuario incipiēdo:vel a Februario, vel aliter.vt quidā computant a die incarnationis dominicæ,quidā vero ex die natiuitatis eiusdem.Sic enim est certissimū naturā diei atq; annus in computo integro cōsistere momentorū, ne si ei quid q̄3 deficiat naturalis nō sit annus.l. vlt.Cod.ad Syllani.l.3.§. minorē ff.de minor.sed reliquum pertinet ad postremā significationēverbi ciuiliter.nā a iure extat dispositum ex qua parte incipiēdus est dies.vt in.d.l.more romano, de ferjs.

¶Aliomodo dies naturalis est ab oriēte sole vsq; ad occasum:vel si mauis a luce vsq;ad tenebras,iuxta illud quod dixi:et factū est vespere et mane dies vnus. Sed tūc dies accipitur propriè pro luce: nox vero pro tenebris vel obscuritate.et nō accipitur pro re numeris commensurata et momentis,nec apta ad astrologandum.

51 ¶Propterea quod+cū queritur de quo die intelligatur cū de die mētio est facta:proponenda regula est quā Marcellus proposuerat. in.l.67.ff.de leg.3.dicens:Nō aliter a significatione verborū recedi oportet,q̄3 cū manifustū est aliud sensisse testatorem.l. nō aliter.ff.de leg.3.Sed cū iterum sic opponatur,dies habet duas significationes naturales: vnā quæ significat mensuram integrā momentorum,alteram quæ lucem dumtaxat significat, & quæratur de qua ipsarum lex siue testator senserit, sit ve intelligendus contractus?responderi posse existimo+Toties,a naturali significa-
52

tio-

tione quæ in numeris atq; momẽtis cõsistit recedere opotere quoties ex verbis dispositionis colligitur lucẽ a tenebris separare disponentem aliqua ratione voluisse, et nõ aliter. Patet hoc ex. l. 3. §. minorẽ. ff. de min. vbi minor etas inspicitur de momẽto ad momẽtũ. Patet iterũ ex. l. excusantur. ff. de excus. tut. & l. ad rem publicã ff. ad trebellia. quia desiderãt exactum annũ tutoris, et ex. d. l. more. ff. de ferijs. quatenus dicit: itaq; in his viginti quatuor horis. id est duabus dimidiatis noctibus. et luce media actum est: perinde est quasi quauis hora lucis actũ est. Ecce stat pro prima naturali significatione diei regula viginti quatuorhorarũ: vt etiã siquidfiat in duabus dimidiatis noctibus perinde sit quasi quauis hora lucis actũ esset. vt puta in cõtractu quipatiatur retractũ: quia si ante solis ortũ fiat et in tenebris: dies ex tunc cõputabitur ad cõnume

53 rãdos no vemdies retractus: itẽ si inter publicanos de gabella contẽdatur ex celebratione contractus recipienda: nouo publicano debeatur gabella si postmomentũ mediæ noctis cõtractus sit celebratus: quia ꝙ tũc temporis factũ est perinde est quasi quauis hora lucis actũ esset. d. l. more romano. Cæterũ fingamus ꝙ statutũ grauius puniat delicta noctu cõmissa. cærtum est ꝙ de die nõ intellexit naturali in numero viginti quatuor horarũ cõsistente: sed de die naturali cõmuni, idest solario: cũ esset sine effectu et sine executione statutũ: eo ꝙ dies, duabus dimidiatis noctibus et luce media integer sit: nec posit lux a tenebris separari nisi intelligatur dies pro luce, nox vero ꝓ tenebris. Statutũ igitur vel lex municipalis quæ ita habet, qui in saltu, seu dehesa inuentus sit cũ grege, de die, soluat provno quoq; capite duos marapetinos: sin autẽ de nocte, seu noctu, soluat quatuor: de die naturali horarũ viginti et quatuor nõ intellexit, sed đ luce et tenebris. Sic sunt illi intelligẽdi qui tractãt de tali statuto: quos cõgessimus superius versi. quod facit ad statuta. varient ipsi quantũ voluerint.

¶ Ergo. ll. quas cõgessi in vers. est tamẽ in vsu. nu. 42. de diebus naturalibus vigintiquatuor horarũ intelligendæ sunt. et hoc iure vtimur: quia nulla ratione colligi potest ꝙ lex loquatur de die tm̃ lucis: neç ciuilitas id postulat. Pro inde proderit ad multas. ll. gabellarũ: quæ cũ numerũ dierũ ad licitationem, & ad meliorem conditionem afferendam constituant: erunt de diebus naturalibus intelligendæ, nisi expræssim cautum sit quòd dies pro lucè sumatut. Id quod manifestè extat probatum in. l. 124.

in

in codicillo gabellarum: seu (vt vocamus) in quaterno gabellarũ quæ hodiæ est.l.7.ti.7.li.9.recop. In ipsa etenim statutũ est, reũ cõuentũ qui petitionem a se factã negauerit, teneri iurare de calũnia (melius diceret de veritate dicenda) vsq; ad diem proximum a tempore quod petitum sit ꝙ iuret: aliter habeatur pro confesso. Exindeq; ad alteros duos dies primos sequentes, connumerandos vsq; ad solis occasum: teneatur respondere petitioni, verbis vel interposito libello absq; consilio patroni. Pondera quod dicit vsq; ad solis occasum: quia clarissime supponit in contrarium esse regulam. et q, si id in.l.non caueretur haberet dies naturales. 48. orarum: et ꝙ noctem nom amitteret.

¶ NON tamen puto ommittendum si in.l.aut in præcepto inueniatur ꝙ respõdeat vel quid agat in tertium diem de naturali tantúmodo lucis intelligendũ esse. †diuersi mode enim sonat, respõ
54 deat intra tres dies: et respõdeat intra tertiũ diem. et consuetudo loquendi id ita esse declarat. et probatur per Chri resurrectionẽ & symbolũ apostolorum, ibi tertia die resurregit a mortuis. et certum est vix duo dies interfuisse naturales mométarios: sed interfuerunt ex tribus diebus partes lucis.

¶ Cui nõ oberit.l.regia vlt.tit.21. lib.4.noue recopil.legũ quæ hactenus in vsu nõ erat. Promiscuê enim videtur vti hoc vocabulo intra tertium diem & intra tres dies cum cẽset datis vanis bonis executis habere reum tres dies vt se opponat et alleget solutionem, vel similem exceptioné quibus lapsis non audiatur. Quod enim dicit (haziendo se, como dicho es dentro del tercero dia) intelligendũ est ex tribus qui antea dantur posteaq; in eadem.l.repetuntur. iuxta tex.in.l.si seruus plurium.§.fin.ff.de leg.1.

¶ De anno existimo idé dicendũ ꝙ annus naturaliter habet tercẽtos sexaginta dies et sex horas.l. cũ bissextus.l.anniculus.2.iuncto Accurs.ff.de verb.sig.l.3.§.minorem & ibi ité Accurs.in verbo, bisexto. alias.ll.ad hoc cõuocans.ff de minor. proinde, †cũ de anno fa
55 cta est métio, à mométo in momentũ tempus eius expectandũ est. ipse idé.§.minorem. Et qui dixerit ciuiliter esse annnm cõputandũ ostendere id lege debebit vel disponentium volũtate. quia nõ aliter a significatione vocabuli recedendũ est. præhab.l.non aliter.ff.de leg.3. id quod accidit in vsucapione: in qua si minimo mométo nouissimi diei possessa sit res impletur vsuccapio: nec totus dies exigitur ad explendũ cõstitutum tempus.l.in vsuccapionibus

nibus.ff.de diuerſ.præſcrip: Et in alijs cumulatis per Accurſ. in præd.§. minorem. Nec placere poteſt regula quam tradit ibi Accurſ. ex regula odia reſtringi. de reg. iur. lib. 6. nam quis fauor maior erit quàm minorem reſtituere deceptum? Et tamen vt in integrum reſtituatur, a momento in momentum tempus expectãdum eſſe vlpianus ait ibidem.

¶ EST tamen omnimodo notãdum: conſuetudinem efficere vt non expectentur momenta: ſed ſufficiat attigiſſe diem vltimum et exeo partem cæpiſſe nonnullam. d.l.132.&.134. quæ vtrobiq; incipit anniculus. ff. de verb. ſig. Quam putarẽ in indiuiduo probandam circa rem de qua diſcritur. nõ enim tradit regulam cõſultus Paul. qua deroget omnẽ legem: ſed incipit, anniculus amittitur qui extremo anni die moritur: et conſuetudo loquẽdi id ita eſſe declarat. nempê ſi nõ fallor, in anniculo: nam de anniculo dũtaxat loquitur. vt item facit in.l. 134. rationẽ deciſioni annectens: quia annũ in ciuiliter nõ ad momenta temporum ſed ad dies numeramus. ciuiliter inquit gl. id eſt ſecundum conſuetudinem ciuium et loquelam. Eidem addẽdum eſt. in hac ſcilicet loquella anniculi. aliter ex diametro tex. extaret præhabite.l.3.§. minorẽ, & alijs ibi adductis per Accurſ. ſi ex illa.l. regulam adſumeremus. At ſi ciuium tam vniuerſalis eſſet conſuetudo, ꝙ in omni cõtractu, lege, ſtatuto, & diſpoſitione, momenta anni non expectarentur ſed ſufficeret vltimum diem attigiſſe licet exactus non eſſet eadem ratio militaret.l. quæ de tota. ff. de reiuend.l. illud. ff. ad.l. aquil.

56 ¶ IDcirco† die hodierna, cum iá aurei & ducati nõ ſint, qui ex tercentis ſeptuaginta quinq; marapetinis componebantur: ſed argentei ſeu regales vndecim pro aureo ſufficiant: qui tamen tercẽtos ſeptuaginta & quatuor tantum marapetinos, numos vè valent: ſufficere exiſtimaſſem ſi aureos quis argenteos nõ adequaſſet: ſed vndecim regales argẽteos pro aureo vno ſoluiſſet. Naturaliter enim numus vnus in argenteis defficit: ſed conſuetudo id declarat, vt numus ille non ſuppleatur: niſi in numis promittatur, ſic dicendo: dabo. 80. ducatos qui valent triginta millia numorum. Vel niſi qui mutuaſſet vel annuum redditum emiſſet, argenteos cum numi augmento numeraſſet. Tũc enim nè minus promittere videatur quàm recæpit, videbitur argenteos cum augmento ſpopondiſſe quando promiſsit ducatos. et tenebitur ad rationẽ ſoluere numorum. 375. pro vno aureo. Conſue-

tudo

tudo igitur generalis in eo admittitur qui vineam, domum equum, pannum, linteum: vel quid simile emit dicens, dabo tercentos ducatos, vel ducentos: nam ducatus sufficit si impleatur cum vndecim regalibus, quorum vnius cuiusq; estimatio est.34.numorum: absq; eo ꝙ cum.ii.regalibus addatur numus qui deficit ad perfectioné ducati que ea est vt habeat.375.numos.eo ꝙ consuetudo proprietatem in his vicerit: et potuit actor apertius legem dicere si deducatis aureis voluit intelligere.l.veteribus.ff. de pact.

¶ NEC oberit siquis opponat ex.l.vlt. C. de his qui veni.ætat. impetra.& ex his que dixi supra versi.quæstionem facit.nu.7.vbi diximus ꝙ verba quæ possunt naturaliter et ciuiliter intelligi, debent in dubio intelligi naturaliter. Est enim id absq; dubio ubi intelligas ciuiliter perfictionem vt in.l.Statius Florus.§.Cornelio Felici.ff.de iure fis.vel per supplementum Principis.vt in.d.l.vlti. Secus vero vbi intelligas ciuiliter. idest secundum comunem consuetudinem præscriptam ciuium. Iam enim si supponimus talem consuetudinem, vt hic supponimus. est quid æque naturale: non ciuile. nam quod lex ciuilis de ducato aureo disposuit, ciuilis consuetudo deducato argẽteo etiam disposuit, derogans aureo in prædictis. In veterata enim consuetodo pro lege non immerito custoditur: et hoc est ius quod dicitur moribus constitutum. nam quid interest suffragio populus voluntatem suam declaret, an rebus ipsis et factis? l. de quibus.ff.de legib.l. 5. titu.2. par.1. Quod adijcite textui et gl.in.l.semper in stipulationibus ff.de reg.iur.&.l.si seruus pluriũ. §.fin.ff.de leg.1.vel id omne adducite huc: quia de imperialibus & alijs numis tractatur ibi, vbi sint simpliciter numi promissi. vt in.l.numis in distincte legatis. ff.de leg.2.

¶ ERGO vt ex semita ad itinerem redeamus: certior regula & magis efficax est verba esse naturaliter intelligenda: neq; esse aliter a significatione verborum recedẽdum quám cum manifestum sit aliud sensisse disponentem.l.non aliter.ff. de leg.3.
57 Nam quod contra, dicitur in.l. sicui.ff.de seruit.& in alijs supra dictis, vbi ostendimus exempla multa: omne ad tres reducitur fallentias, que ex tribus significationibus, verbi ciuiliter, elliciuntur. Prima est nisi verbum intellectum naturaliter inducat absurditatem vel annullationem cõtractus.l.sceuola.ff.ad trebell. Debent enim cuncta verba moraliter: vrbane: et iuxta præceptum

tum supra dictum quod tibi nō vis alteri ne facias. Matth. 22. interpraetari. Quod existimo tam naturale in vrbanis q̃; rigor inter rusticos. praehab. l. sicui. ff. de seruit. et praehab. l. Sceuola. ff. ad treb. cum ad notatione doctorū ibi, atq; Ias. in l. non dubium. C. de legib. quam citauit Aluarad. de coniectura tamente defuncti. lib. 4. cap. 2. nu. 6. versi. nono limi ta.

¶ Vnde infero ad. l. 6. moralitate abundantem Cod. de seruit. et a qua. in qua habentur verba haec,
58 † Praeses prouinciae vsum aquae quam ex fonte iuris tui pro fluere allegas, contra statutam consuetudinis formam carerete nō permittet. Cum sit durum et crudelitati proximum, ex tuis praedijs aquae agmen ortum: sitienti bus agris tuis ad aliorum vsum vicinorum iniuria pro pagari. Pondera crudelitati proximum, & ibi iniuria pro pagari. Non igitur ius est, nec aequm, verba intelligi naturaliter, sed iniuria atq; crudelitas: vbi ex tali intelligentia sitiat qui aquam habeat, & isbibat qui non habet. nam charitas bene ordinata incipit a se ipso, vt ex tex. notat Bal. de quo infra nu. 59.

¶ Qua ratione † agrorum com-
59 munitas soluitur, quoties agrorum compascua socijs omnibus non sufficiunt: sed sola ciuitas vel vicus qui proprietatem eorum habet pascuis fruetur. Quē admodum resoluunt Praeses. lib. 1. resolution. cap. 17. nu. 11. versic. his vero. et Auendanius in capitulis. 1. par. in. 4. cap. nu. 25. versic. Imo etiam. & nu. 27. per tex. optimum in. l. venditor. in fine. ff. cōm. pred. Pannor. in cap. dilecti. nu. 7. extra de arb. cui doctores ibidem suffragantur. Et Ysernia. in constit. Neapol. rubr. 37. nu. 3. lib. 2. et ibi Afflict. nu. 8. idemq; Afflict. decis. 290. Paris. consi. 27. lib. 1. num. 134. Roch. Curtius de consuet. fol. paruo. 46. col. 2. Et probatur vt ait idem Auendani. in d. nu. 27. ex sententia tex. in. l. siquis diutinam. Cod. de aquae. duct. lib. 11. vbi id ipsum notat Luc. penna. & in. l. diligēter. eod. tit. & Rip. in tracta. de pest. par. vlt. nu. 24.

¶ Vsq; adeo hoc quidem, vt probauerit Rebuff. in tract. de consuet. & vsu. in praefatione, sub nu. 51. quem citat sequiturq; Auend. vbi supra in praed. nu. 27. versi. et in tantum. non pollere consuetu dinem contra hoc.

¶ Ex quo quaestio apertissime decisa est, eius iudicis prouinciae Praeses: qui vt capiti prouinciae prouideat in anno sterili, vult oppidos ex pillare frumento cum praeiudicio dominorum. Non et enim id potest nisi abundet: sed debet dominis relinquere neces

C saria

saria aduictum pro eis & eorũ familijs. Nec potest dominos compellere frumenti vilius vendere. quod aufert.l.vlt.ff.ad.l. Iuli. de annona.l.Decuriones. ff. de admi.rer.ad ciuit.pert.l.non debere.ff.ad municip. Francis. Marc. decis.Parlam. Delphin. quæstio. 540.nu.27.&.53.cum seq. & quæstio.541.per totam. & Auendannus in cap.correctorum cap.19. nu.35.fol.127.Dixi in verbo Charitas versi.inde ad praxim.art.facit nequis cogatur. vbi satisfeci. Bar.in.l.2.§.cum in eadem.ff. ad l.Rod.dei.actu.

¶ Secunda fallentia est + nisi ali-
60 ter in aliqua lege sit cautum.vt accidit in vsuccapionibus. ff. de vsuccap.l.in vsuccapione.ff.de diuers.pres. vbi sufficit possedisse minimo momẽto vltimi diei vt impleatur vsuccapio.Idem in.l. adrem publicam.ff.de munerib. §.1.vbi dicitur:Annus autem.25. cæptus pro pleno habetur. Sed adstruit tex.quod sequitur. Hoc tamen in honoribus fauoris causa constitutum est, vt pro plenis inchoatos accipiamus.Et demũ in.l.74.incipit.qui filium.§. Sabinus.ff. ad treb. vbi habetur, in quadam restitutione cuidã Antonio facienda cum ad annum vigesimum peruenisset:satisfuisse decimum nonum expleuisse, & vigesimum cæpisse.Sed id accidit ex quadam æquitate Imperatoris vt ait tex.& postea dicam: ad similitudinem honorũ. quanq̃3 imperator ibidem fatetur, non excusari eum a tutela qui septuagesimum annum ingressus etatis suæ fuisset.ex.l. Ælia sentia.incip.excusantur.ff. de excus tut.

60 ¶ Tertia fallentia est, nisi verbis naturalibus communi consuetudine(quo ad aliquam priuatam rem,vel generaliter) sit derogatum.Quo ad aliquam priuatam rem.vt in.l.librorum.§.quod tamen Cassius.ff.de leg.3.ibi.Nam & in vsu plerięq; libros chartas appellant.et in.l.si chorus.§.1. eod. tit.ibi.et sæpe audisse rusticos senes ita dicentes, pecuniam sine peculio fragilem esse: peculium appellantes quod præsidij causa reponeretur.Et demum in.l. anniculus.134.ff. de verb. sig. iuxta restrictionem quam ei dedi:q̃ sit consuetudo in anniculo,ea quæ habet annum pro impleto statim q̃ attingatur dies vltimus anni,absq; eo q̃ expleatur et prætereat. Quod ad omnes quidem res et generaliter,vt in.l. labeo. ff.de suppell.leg.ibi, nec mirum est moribus ciuitatis & vsu rerum appellationem eius mutatam esse.et in dictis duabus.ll. anniculus:modo ibidem dicitur in earum prima: et consuetudo loquendi id ita esse declarat: et in secunda:quia annum ciuiliter

non

non ad momenta temporũ sed ad dies numeramus : referas ad omnes res. Quod probare frustra est cum regulam habeamus de parte ad totum argui posse et è contra.l.quæ de tota.ff. de rei uen.l.illud.ff.ad.l.aquil.

¶EX qua regula cum suis fallentijs, venimus ad legum interprætationes sequentes.In primis ad.l.vltim.Cod.de his veniam ætat. impetra.et ad regulam desumptam per nostros ex ipsa : quos coniunxi in versiculo, questionem facit num.7. Ex ipsa enim depromitur, quando verba possunt intelligi ciuiliter et naturaliter simul: debere intelligi natu-
62 raliter et non ciuiliter. Id nimirum verum est atq; procedit: vbi ciuilitas non consistat in vrbanitate & ciuilitate communi: taliter q si naturaliter ac nude intelligerentur rigor & rusticitas interuenirent. Item procedit vbi lege exprӕssa contrarium cautum non sit: et demum vbi consuetudo ciuilis legi scriptæ nihil deroget. Quid enim refert quòd princeps ad vnum negocium, vel simpliciter supplementum minori concesserit ætatis : si ille qui disponit dari vel fieri voluerit cum sit legitimæ vel perfectæ ætatis? profecto nihil refert, nisi addiderit ex venia ætatis velle aliquid procedere. vt in.d.l.vltim. cum per veniam perfecta ætas non sit neq; legitima presertim in substitutionibus & restitutionibus vt ibidem ait tex. igitur si deroget fortasis secus erit.

¶Deinde venimus in declarationem l.qui filium §.sabinus.ff. ad treb. In ea enim habetur in restitutione fideicommissi satis esse attigisse vltimum annum legatarium absq; eo q annum ipsum impleuerit: Sed in.d.l.vlti. Cod. de his qui veniam æta. impetr. legitima ætas perfectaq; desideratur: & id prælertim (vt ait) in substitutionibus et restitutionibus, vt prius docuerat nos Labeo in.l.non putabam.47.ff. de cond. et demonstr. et Celsus in.l.
100 acrius ille castigandus qui non noto illud obiecerit. argumento eiusdem.l.2.in.1. parte. nam & ibi statuta est certa pœna nobili conuitiatori: et addit tex. y demas desto el juez le põga la mas pena q̃ le pareciere: segũ la qualidad delas personas y delas palabras. Et ideo hodie existit praxis mutatus penes hanc chancellariam, post absentiam dicti præsidis: ab eo tempore quo cæpi ego defendere opinionem quam defendo, multo prius q̃3 Palaydorus scriberet. Nam habita consideratione qualitatis conuitiati: vel reus numis & exilio castigatur tantum: vel fucatê compellitur contradici & ferê cantare Palinodiam. Non quia cõpellatur dicere ꝙ fuit mentitus. sed quia compellatur dicere q; existimat conuitiatum bonæ opinionis hominem esse: & nõ esse capacem vicij quod sibi obiecit. Quod sepius & diuturno tempore iam vidimus practicari cum habet qualitatem honoratus: vel sibi infertur grande damnum, quia eius sit cõditionis vt posit magna petere si careat macula: prætendereq; collegium.

¶ Sed ex prædictis in aliam quæstionem incidimus: quid de articulis probatorijs, si vellit actor minuere qualitatem conuitiati vt pœnam item minuat: vellitq; probare ꝙ est conuitiatus Marranus, vel de iudeo descendens? Sepe enim vidimus iniurias multiplicari per libellos oblatos in iudicio: in quo Patroni Tirones sepe incidunt incautê: et illi qui postulant extra curiam: nimium

contra litigantes excandescẽdo: conmouentes vt tuba animos litigatorum ad prælium. id quod solet salubriter refrenari in Curia ista, mulctando incautos patronos & iniquos. Sed per hoc non est auferenda defensio quæ est de iure naturali, si residet in probatione qualitatis propriæ, & indiminutione alterius litigatoris.

¶ Veritas pendere videtur puncti huius ex alia iuris quæstione,
101 †vtrum releuet conuicij probare veritatem vt reus a pœna liberetur? Qua in quæstione non referam tot authores quot retulit in hoc Plaça in epitome delictorum cap.1.lib.1.nu.3. Sed breuiter exponam quod nostri doctores resoluunt. Distingunt enim cum Bar.in.l.eum qui nocẽtem. ff.de iniur.inter delicta quorum manifestatio nihil interest reipublicæ.& ea quorum interest manifestatio.vt in prima spetie non esse sine pœna adfirmant quãuis cõuicium probetur. Quid enim interest reipublicæ scire ꝙ maria est neq̃; suoq; corpore quæstũ facit? aut ꝙ Ioannes est auarus, giuosus, vel famelicus, vel q, aliud viciũ patitur? Quòd si hoc non interest reipublicæ: quid interit ꝙ obijciatur alicui viciũ patris siue matris, aui aut proaui? nihil vtiq;: sed intererit fortasſis ne id sciatur. Igitur quia detegere alterius defectus iniuriosum est.l.2.versi.quid enim tam durum tamq; inhumanum. C. quando & quib. quarta pars debe.lib.10. non excusabitur reus a pœna licet probet veritatem. merito nec admittentur articuli, quibus probatis non releuatur accusatus.

¶ IN alia spetie in qua interest reipublicæ ꝙ peccata patẽ fiant ita distinguitur: aut fit equo animo vt puniantur delicta. idq; nedum in iudicio denũtiando, aut accusando: et est conuitiator absq; pœna vt in ipsa.l.eum qui nocentem.ff.de iniur.quia non cõ animo facit vt viciosum conuitietur sed vt exprobet delictum. De quo sunt prædicta exempla in prefata lege regia nuncupata. vt proditor, leno, hæreticus & reliquo. Aut id iniqua animo facit: et prauus animus reuelantis rem efficit iniquam. cap. cum minister.& cap. relegẽtes.23. quæst. 5.in cuius confirmationem adfert Plaça in loco dicto ciceronẽ pro Roscio Amerino, vbi scripsit Accusatores multos esse in ciuitate vtile est: absq; prauo excandescentis animo, vt metu cõtineatur audacia: & alias eiusdem authoris non disimiles authoritates. Quibus & adijci brocardum potest quod habemus

voluntas & propositum distinguunt maleficia.l. si vxor.§. siquis plane.ff.ad.l.iul.de adult.l. fedissimam.Cod.eod.titu.& quod dicitur,semper inspicitur id quod principaliter agitur.l.siquis nec causam.ff.sicert. pet. l. verius.ff. de furt. Quæ scilicet opinio originem ab Oldraldo traxisse autumant in consil.53. & ex Ioann. Andr.in speculo, titul. de in iur. et ex Abb.in cap.vltim. extra eo. titu.ex Roma.in consil.96. Ripa. in.l.vltim. Cod. de reuoc. dona. Quibus subscripsere Martin. ab Azpilcueta in cap. inter verba. 11.quæstio.3.Corollar.63.et Præses lib.1.resolution.cap.11. num.6. et Plaça in loco prædicto. qnamuis postea recesserit abhac opinione.

¶ SED vê nostris qui malearguunt & litigant contra tex. et rationem.l.eum qui nocentem. nonne tex.est in titulo de iniurijs?non ne etiam de eo tractat qui aliquem infamauerit? tractat vtiq;.ergo de eo expræssim tractat qui non iure sed iniuria aliquem infamat;et tamen non esse bonum et æqum ob eam rem (ait) condemnari: per rationem:quia peccata nocétium nota esse & expedit et oportet. tantummodo ergo tex. vult ꝙ veritas exprimatnr, & non falsitas dicatur.& ꝙ manifestatio veritatis sit vtilis reipublicæ: ne veniat is plectendus qui oculta manifestauerit delicta. aliter de bono opere lapidaretur: contra ipsum ibi tex. non esse bonum et equum obeam rem condemnari.Quod probat non obscure regia lex.1.titul.9,par.7. ibi. Pero si aquel que demandasse a otro,por tales palabras o por otras semejantes dellas: las otorgasse:e quisiesse demostrar que es verdad aquel mal que le dixo, no cae en pena ninguna si lo probasse. Asignat tex.rationem. Esto es por dos razones. La primera es porque dixo verdad. La segunda es porque los fazedores del mal, se recelen de lo fazer por el afruento: y por el escarnio que recibieron del. Vides quomodo desiderat ist hæc lex veritatem et vtilitatem? vides quoq; ꝙ si hæc duo simul contigerint non est bonum & equm manifestatorem castigari. ergo castigari erit iniqum, & impeditiuum iustitiæ & purgationis reipublicæ.

¶Forsam dices ordinariê non est equm sed extra ordinariè est iustum ob excandescentiam & luxuriam iniuriantis? Quod repellitur ex text. in præd. l.eum: ibi,non esse bonum.& ex.d.l.regia

gia:ibi,no cae en pena ninguna si lo probasse. Si in nullam pœnā incidit. ergo nec in extra ordinariam quidem: siquidem qui totum dicit nihil excludit.l.3. ff. de offi. præsid. & cap. solite, de maiorit & obedien.id quod multo apertius in.l.vlt.probatur. tit. 9.ead.part.vbi generaliter de iniurijs et conuicijs tractans, tam de his quorum expedit reipublicæ puniri q̃3 de alijs, sic habetur. Pero si aquel que ouiesse infamado a otro, quisiesse probar que era verdad lo que auia dicho, probandolo non abra pena. Sub intellige ninguna: quia inde finita vniuersali æquipollet. l. si pluribus.ff.de leg.1.Ego tamen hanc per aliam temperarem. vt si reipublicæ expediat manifestationem delicti siue vicij fieri, non puniatur vt ibi. e contra si non expediat, vt tenet frequentia doctorum, cum.Bar.in præd.l.eum. Et quod dicitur de excandescentia, & de rancore: est iudicio interiori remittendum.

¶Ergo habemus & relinquitur ex supradictis: † admittendum
102 esse conuitiatorem adprobandū conuicium, quando releuat a pœna probatio veritatis conuicij, vt in.d.l.7.ibi, No caera en pena ninguna si lo probasse. & in. d.l. vlt.et.8.ibi, probandolo assi no abra pœna. In quo quamuis sub obscurê præses residet in præd. lib.1.resol.in ipso capitulo.11.nu. 6.versi.tertio ad præmissa. Quatenus dum tractat de coniectura praui animi, circa obiectionē conuicij, sic dixit: tunc demum ex iniurioso animo procedere coniectatur: quando absq; vlla causa, vtilitate vê ipsius negocij quod tractatur in iudicio, vel extra iudicium contigerit. Sed placa apertius id tenet latè id probans ante nos.

¶Igitur cum quis aliquem sit cōuitiatus appellans ipsum iudeū: aut contendit probare quòd est conuersus, seu Marranatha, vel Marranus eo quod ipse se conuerterit: et est vtiq; admittendus adprobandum: propter. d. l. regia nr.2.titu.10.lib.8. ordination. quæ tantum in numis condemnat. Aut vult probare ꝙ pater cōuitiati se ad fidem conuerterit: & minime est audiendus: quia non interest reipublicæ illud manifestari, neq; sciri. Proinde multo magis prohibendus is erit, qui antiquiores tentauerit conuitiare. Immo ex eo q, id probare sit conatus maiorem infert iniuriā. & ideo articuli delentur cum corrigitur interrogatorius exhibitus ad testes examinandos per ipsum.

103 ¶IN † contradictionibus atq; palinodie cantationibus excipitur homo nobilis, quem fidalgū appellamus. ipsa lex regia.2.tit.10. lib.

iuria vindicationem: quasi ipsi de aduersario pœnas sumpserit At, econtra qui diuindicat vindictam tribuit sumenti.

¶ DIC igitur q huarte prope veritatem extitit cum dixit q strenuissi me militantes describebantur in libris vt sciretur de quo genere descenderent & de quo loco natiessent. iuxta illud Saul. in primo Regum. cap. 17. nã tractando de Dauid quando Goliat interfecit interrogauit. De qua stirpe descẽdit hic adolescẽs Abner? Hoc nimirũ in vsu durat
107 adhuc: vt † miles strenuus qui strenuissimum actũ fecerit, describatur in libris, nomẽ eius atq; patria, vt remuneretur factum, & reliqui ad preliandum inuitẽtur. Hoc per acto et remunerato egregio facto, stigmata ei dababantur, quæ nos armas appellamus. quæ cum supra portam signarentur domus eius, quæ quoq; vocatur solar. Latine vero solarium. efficiebatur res notoria. Idcirco appellabatur filius de algo, idest facinoris sui & præmij. Notorius quia omnibus propalabatur eius factum per publicam impositionem armorum in solario. de deuengar. idest, de his qui diuindicant quingentos solidos iuxta Hispaniæ forum. Et iterum, idest, de his qui sinunt sumere alios vindictam de se ipsis in quantitate quingentorum solidorum, potiusquàm sibi ipsis contradicere & palinodiam cantare cum aliquem conuitiauerint, vel ex probrauerint. Hoc e-
108 nim est de vengare: nempe soluere vel satisfacere pro aliqua obligatione. Sic vulgo pænes nos audies. nam cum pictor qui ante cæperat mercedem tabulam depinxit vllam: congratulans cum suis amicis dicit: iam di vindicaui mercedem quam pro tabula receperam ex petro pingenda. idest iam liberatus sum ab obligatione pingendi tabulam quã Petrus contra me habebat.

¶ FORVS † Hispaniæ is est, ne
109 nobilis fidalgus notorius pro ex probratione alicui facta contradicat sibi ipsi. Nam mentiri repugnat nobilitati & fidalguiæ. merito ne nobilitatem in aliquo corrupisse videatur sibi ipsi contradicendo, adfirmans q mentitus fuit iniquè: a contradictione excusatur, & a pallinodie cantatione: sed loco huius gratie duplicantur sibi solidi: soluitq; quingentos solidos. l. 2. titul. 10. lib. 8. noue recollect. quæ olim fuit. l. 2. tit. 3. lib. 4. fori legum. ibi. (Y si fuere hijo dalgo el q̃ dixere los dichos donuestos, no sea cõdenado a q̃ se desdiga por ello, y pague quinientos sueldos, y por ellos dos mil marauedis. La

mitad

mitad para la nuestra camara: y la mitad para el querelloso. Y demas desto el juez le ponga la mas pena que le pareciere, segun la qualidad de las personas y delas palabras.) Ecce habes vt existimo probatum quare dicatur, (hidalgo de de vengar quinientos sueldos, segun el fuero de España y de solar conocido.

¶ VNDE sumus in non ineleganti quæstione quam accidere ex facto vidi. Princeps Petro et domui eius concesserat priuillegiũ ne solueret eidẽ tributũ. ex actor tributũ petebat nõ obstãte priuillegio: relicta habitatione tantũmodo a tributo immuni, eiusq; persona. nanq; ex bonis reliquis estimatis principis tributum exigebat. Pro ex actore erat q, verba sunt naturaliter intelligenda. vt in principio huius capitis probaui. ex. l. vlt. Cod. de his qui veni. etat. impetra. ideo cum ei et domui eius concessum sit priuillegium de domo materiali videtur intelligendum. Et hoc præsertim ex tex. in. §. quæ in adulterio legis palam. ff. de rit. nup. ibi, sed et si non domo mariti vel patris sui depræhenssa sit: erit notata secundum verba legis: Apertior tex. in. §. sed et lex Cornelia instit. de iniur. ibi. Domum autem accipimus: siue in propria domo quis habitet, siue in conducta, siue gratis, siue hospicio receptus sit. Similis isti in §. 1. inst. de vsu et habit. Qua propter in. l. 2. ff. eod. titu. sic dicitur: item is qui ædium vsum habet. hactenus ius habere intelligitur vt ipse tantum in habitet: nec hoc ius ad alium transferre potest. Quibus et id pro confirmatione istius partis adstrui potest: q, et si principis beneficium latissime sit interpretandum. l. beneficium. ff. de const. prin. id accidit et verum est vbi concedatur sine iniuria et damno alterius. l. 2. §. merito. ff. ne quid in loco publ. notant glos. atq; doct. in. d. l. beneficium. Sed in tali cõcessione cõciuibus fit iniuria quoniam damnum irrogatur. Grauantur enim tributo quod priuillegiarius non soluit. merito ad personam, & ad domum materialem comunitas petebat restringi priuillegium.

¶ PER contrarium: nam sunt verba ciuiliter intelligenda: non amarê nec strictê, l. si cui. ff. de seruit. l. si quid venditor. ff. de edil. edict. nam optimum esse pedius ait non propriam verborum significationem scrutari, l. cum delanionis. §. asinam. ff. de fun. instruct. Ideo in omni dispositione de mundo statur consuetudini cõmuni loquendi. vt supra dixi & prouaui in vers. ex quo

nostri

nostri.nu.36.Et vulgari consuetu dine præsertim procerum, domus pro familia sumitur.seu pro patrimonio Afflict.decis.106.nu. 3.quem citat Aluarad.de coniecturatamẽte defuncti.cap.2.lib. 4.nu.5.& familia appellatur plurium personarum quæ ab eiusdem vltimi genitoris proficiscitur:sicut dicimus familiam Iuliam:quasi a fonte quodam memoriæ.l.pronuntiatio.§.familiæ. ff.de verb.sig.Quasi domus et familia,ac patrimonium non differant in aliquo. vt item videtur probari ex.l.miles.§.socer.ff.ad. l.iul.de adult.quoniam in vehẽs contra eum qui pecuniæ causa pepercit adultero scribitur hac contextura:qui commodum dotis vindictæ domus suæ præponere non erubuit.quasi domus accipiatur pro familia.Vnde Esay. cap.7.dicitur. Et nuntiatum est domui Dauit.Et Lucæ cap.1.missus est Angelus Gabriel a Deo in ciuitatem Galileæ, cui nomen Nazaret:ad virginem desponsatam viro cui nomen erat Ioseph de domo Dauid pueri sui. Vnde Thom.vtiq; Grammati.voto.26 nu.5.&.6.cum de testibus tractaret inde finite deponẽtibus:probaretq; dictum ipsorum nõ equi pollere vniuersaliter deponentibus;exemplificat hoc modo, vt si testis dicat q, homines de illa casata fecerũt,quia pluralis præhabita loqutio verificatur in duobus.l.vbi numerus.ff. de testib.ideo reliquos non compræhendit quæ sint de dicta familia. perspicuê docẽs,domum seu casatam:(quod in supra proxima quæstione Hispani nobilis quem appellamus,fidalgum,alio nomine appellauimus, solar) pro domo accipi ciuili. id est pro tota vna cognatione seu familia. et patrimonio:quem admodum et ipsa familia,quæ si naturaliter intelligeretur:pro famulis et seruis pro filijs & pro libertis deberet tantummodo accipi: et tamen quia ciuiliter accipitur sæpe sæpius:dicitur in.l. pronuntiatio.§. familiæ.ff.de verb.signi.(tex.elegans & istud decidens)Variê accipi familiam.nam et in res et in personas deducitur. & idcirco titulum iniure habemus tam. Cod. q̃3 digest. familiæ hercis. qui tractat de rebus et personis inter heredes diuidendis.

¶ SED ne Bar.prætereamus ipse dixit eleganter in.l. tutelas.ff. decapit.dimin.Quid si statutum dicit,omnes de tali domo:an cõtineatur bastardus? presentiens verbum hoc domus,nõ tantum materialem,sed personas compræhendere quæ ex capite deriuantur habitantis.Quod expræssim postea dicit.Nam cum quærat,an appellatio prædicta iuris sit ciuilis an naturalis: dixeritq; appel

appellationem naturalem apud omnes esse vniformem, vt pater & mater: (nihil tamen ad id citans. cum posset citare tex. in. l. si quis in fundi vocabulo. 4. ff. de leg. 1. ibi, rerũ enim vocabula immutabilia sunt: hominum vero mutabilia) appellationem vero ciuilem esse difformem secundum diuersitatem gentium ciuitatum, sic ait: hec appellatio de domo, assumitur diuersimode. nam quãdoq; domus assumitur pro agnatione. vt Cod. ne liceat poté. l. 1. &. C. si quacũq; præd. potest. l. 1. in fine. Itẽ hoc videmus, hodie consuetudine inductum in quibusdam locis: ꝙ dicantur de eandem domo omnes qui portant eadem signa seu arma. Et qui volunt diuidere domum diuidunt insignia seu arma. Est ergo (ait) hec appellatio ciuilis. videndum tertio an hec appellatio cadat in bastardum? Respondeo (dicit Bar) secundum diuersos modos intelligendi potest cadere et non cadere. Aut enim accipis pro eadẽ agnatione et nõ cadit. aut accipis. &c. Ecce quisq; existimaret apud. Bar. existere quæstionem nostram decisam: sed non ita est. quia. Bar. determinat quæstiones iuxta interrogantis intencionem. quæstio vero nostra circa id tantummodo versatur, quesit intentio loquentis: tractare de domo materialiter & naturali, an de ciuili, et ex consuetudine inducta?

¶PROPTER quod vt possim tam difficilem, ambiguamq; diffinire quæstionem: existimo id breuiter memoriæ repetendũ quod diximus dudum ante versi. ergo vt ex semita ad itinerem. num. 57. regulam certiorem esse verba esse naturaliter intelligenda: neq; esse aliter ab ipsorum significatione recedendum q̃3 cum manifestum sit aliud sensisse testatorem. l. non aliter. ff. de leg. 3. Sed hoc tripliciter temperandum. Primo modo, nisi verbum naturaliter intellectum inducceret quid absurdum. l. sicui. ff. de seruit. Secundo modo nisi expræssum sit in aliqua lege contrarium. vt in. l. in vsuccapionibus. ff. de vsuc. et in. l. vsuccapione. ff. de diuers. præs. Tertio modo nisi verbis naturalibus communi consuetudine sit derogatum. l. si chorus. §. 1. ff. de leg. 3. l. librorum, §. quod tamen cassius. ff. eod. titu. Item est memorie repetendum quod respondi in illa quæstione de die & anno. nu. 52, quæ similis est huic quæstioni: (quia dies duas habet significationes naturales: vnam momentorum, aliam vero lucis) nempe toties ab altera naturali significatione recedendum esse: quoties ex verbis disponentis alteri adherere voluisse colligitur, ex

eo q̃ si de altera intelligeretur dispositio esset inanis. Secúdum hanc ergo distinctioné de domo materiali est intelligendum priuillegium: quia quo ad personalia tributa si qua sunt: et quo ad æstimationem materialis domus potest verificari priuillegium. et sufficit si in paucis consulatur amico. l. tutori. C. de neg. gest. Cæterum cum domus quadrupliceter accipi posit: pro materiali: pro familia: et pro agnatione erdemũ pro patrimonio vt primum probatur in. d. l. palá. §. quæ in adulterio. ff. de ritu nup. & in. d. §. Sed et lex Cornelia, insti. de iniur. Secundum in. d. l. 1. Cod. si quacũq; preditus potest. et Bar in. d. l. tutelas. ff. de cap. di minu. Tertium demum & quartum in. d. l. pronuntiatio. §. familiæ. ff. verb. sig. Et in Rubr. familiæ herciscundæ: non existimo principis beneficium: (presertim quod a diuina eius indulgentia proficiscitur quodq; ideo debet quam plenissime interpre pretari. l. beneficium. ff. de constit. prin.) tam vili modo interprætandum. Sed et in priuatis accidit mediocriter. l. siquis argentum, in fine principij. Cod. de don. ibi, Sed status mediocris & c. l. legato generaliter. ff. de leg. 1. ibi, ne optimus vel pessimus accipiatur. Ergo nec de materiali intelligemus: nec vtiq; de agnatione. Sed de patrimonio atq; de domo quæ significat familiá sumptibus suis substentandam, iuxta tex. in pred. l. 1. Cod. si quacũq; pred. potest. diuidendamq; iuxta titulum familiæ hercis. Quod hac ratione probatur: quia si in pænis sic accipitur in præd. l. 1. cur in beneficijs Secus erit, a principe presertim collatis? Ergo quia domus pro familia diuidenda, aut de loco ad locum ad libitum transferenda interpretandum est beneficium vt in d. l. 1. sequitur, in hac spetie quam plenissime interpretandum. præhabita. l. beneficium. Igitur hic multo magis substantiæ intilligitur cócesum beneficiũ et nó domui tantũmodo materiali. Nã in seruitute esset diuersum reali. secus vero in personali: vt concedo tibi viam veliter, Domuiq; tuæ per fundũ meum.

¶EX CAPITE SEQVENTI.

1 Potens est in cunctis consuetudo, vt excuset illicitum contractum, & qui contrahunt, a pœna.

2 Omnem dispositionem de mundo recipere interpretationem: & a consuetudine supplementum.

3 Clausulas consuetas scribi in bullis, censeri ac reputari esse scriptas: quemadmodum in reliquis contractibus scriptæ censentur. Et q. motus proprius nõ intelligitur concessus aliter quàm consueuit. Et huius farinæ non pauca.

4 In mulis locatis onerandis consuetudinem inspiciendam esse onerandi ipsos.

5 Qui conduxerit operarios, præstare eisdem teneri alimenta, ferramentaq; si ita in ea regione fieri cõsueuit.

6 Emptorem vel venditorem, cogẽdum esse facere scripturam de contractu celebrato, qualem fieri consueuit per manum notarij, ad probationem dumtaxat. non autem cum clausulis onerosis guarentigijs, summißione & renuntiatione fori: nec cum alijs his similibus.

7 Qualiter admittendi sint qui dicunt, intelligi contrahentes contraxisse iuxta loci consuetudines.

8 Procuratorem ad vendendum constitutum posse in cõtractu eas adstruere conditiones & pacta quæ consueuerunt in contractibus apponi licet sint pœnalia. At si simpliciter contraxerint, non cogentur: secus si dixerint quòd fiat scriptura. idem de procuratore constituto ad fide iubendũ. nu. 9. Et de ambasiatore. nu. 10.

11 Quando de scriptura mentio fit, contractum esse tacitè conditionalem, si fiat scriptura: nec habere antea vllam perfectionem: etiam in contractibus qui solo consensu perficiuntur, vt existimant nostri doctores.

12 Ostenditur Paul. sibi ipsi contrarius in l. contractus. Cod. de fide instrum.

13 Bar. voluit, & alij qui eum sequuntur, quòd vt contractus qui solo cõsensu perficitur efficiatur per scripturam conditionalis, opus sit quòd vltra mentionem scripturæ ex primatur, & nolumus quod aliter sit valida scriptura: vel quòd alijs istud constet voluiße coniecturis.

14 Non sufficit quòd fiat mentio scripturæ in contractibus qui solo consensu perficiuntur vt existimẽtur conditionales: nisi de scriptura mentio fiat, antequàm in præcio & in alijs pactionibus & conditionibus conuenerint contrahentes. quia si prius conueniunt, scripturæ mentio fit ad probationem rei gestæ, non autem ad suspensionem rei gerendæ.

15 Licet contractus sit redactus in scriptis, tamen non dicitur celebratus in scriptis: sed tunc cum ab initio sit actum.

16 Mentio scripturæ facta obiter inter contrahendo, intelligitur facta dumtaxat ad probationem, sed nõ ad substantiam contractus.

17 Si non discesserint ad alios actus contrahentes cum mentio fit de scriptura, etiam postquàm in precium conuenerint, non dici rem absolutam sed in continenti emendatam.

18 Breuitas temporis multa operatur.

19 Disceptatio redarguit in constantiam.

20 Simpliciter contrahens cogi poterit conficere scripturam probationis. Sed qui de scriptura fecerit mentionem: cogi poterit inserere clausulas consuetas scribi.

21 Multum interesse quis simpliciter contraxerit non facta mentione scripturæ: an quòd fiat de ea mentio per pactionem, etiam post perfectionem contractus.

22 Consuetudo efficit vt ciuitas posit imponere collectam trium millia numorum inter vicinos, & oppidi totidem inter opidanos.

23 Etiam proprijs necessitatibus absq; principis licentia collecta imponi non posse.

24 Consuetudo potens est vt pœna a iure statuta pro crimine commisso minoretur per iudicem. vt accidit in lamijs & lenonibus. & vnde pœna mitræ & impositionis cornuorum traxerit oreginem.

25 Lamiæ seu bruxes per laicos iudices comburentur, quia delinquere non possunt sine heresi vel apostasia & communicatione demoniorum.

26 In successione Maioratus introducti ex consuetudine succedendi idẽ esse ac si succederetur per instrumẽtum institutionis: etiam quod attinet ad. l. 40. Tauri.

27 Qui obtinet Maioratum ex sententia recipit interpretationem consuetudinariam.

28 An coniugi superstiti qui lectum attulit ad matrimonium, alius vltra illum dari debeat.

29 An pretiosior dandus sit cum dari debeat lectus.

30 In omnibus considerandam esse personæ qualitatem & consuetudinem.

DE POTENTIA CONsuetudinis in genere.

CAP.2.



OTENS est in multis consuetudo: ita vt glos. dixerit in cap. frustra. 8. distinct. et in cap. mos antiqus. 65. distin. & in cap. conquæstus. 9. q.3. tractans quando consuetudo præiudicet iuri cõmuni, esse consuetudinem obseruandam. Et vlterius affimetur, Consuetu-
1 dinem excusare illicitum cõtractum: esseq; qui contrahũt, a pœna excusatos tẽporali: ita vt contractus sua natura vsurarius pro licito propter consuetudinem reputetur. Oldral. in consil. 207. Bar. in. l. quis sit fugitiuus. §. apud labeonem. ff. de edil. edict. Abb. in consi. 15. lib. 1. Ias. in. l. 1. in. 1. lectio. Cod. de summa trin. nu. 62. Deci. in consi. 177. col. 3. nec nõ præses in epithome de spon. in. 2. par. cap. 7. §. 3. num. 5. contra Burgens. in cap. ad nostram extra de empt. et vend. nu. 20. qui tenuerat contra hoc: defendens dictum Burgens. in ea spetie, in qua omnes consuetudini non consenserint. Etenim si omnes consenserint existimat esse contrarium. citans Bal. Abb. Anto. & Imol. atq; Felin. in cap. cum. M. ferrariensis extra de constit. ibi, sicut consueuit. tex. et Abb. in cap. cum contingat de ætate et quali. Bar. in. l. si prius. §. placuit per tex. ibi. de aqua plu. arcen. Imo. in cap. cũ olim de verb. sig. quem Abb. citat, sequiturq;, in cap. certificari in prin. extra de sepult. asserentes, Omnem dispositionem de mundo recipere
2 interpretationem supplementumq; ex consuetudine. Ias. per tex. ibi. in. l. vt liberis nu. 7. Cod. de coll. plenius in. l. Certi condicio. §. si numos. ex versi. cum quotidie. ff. si cert. pet. vbi post Bar. notat, bonum esse argumentum quod sumitur a solitis. l. certe. §. vlt. ibi. quotidie. ff. ne quid in loco publico. l. licet, et. l. excepto et. l. circa. Cod. locati.

¶ EX Quo infertur ad Bullas.
3 vt clausulæ consuetæ intelligantur scriptæ. cap. accepimis, & ibi Anton. hoc perpendit de ætate & qualitate. Et ad alias scripturas. l. quod si nolit. §. quia asidua. ff. de edil. edict. Tertio quoq; ad motum proprium vt non intelligatur concessum aliter quàm consueuit Bald. in. l. fideicommissa. §. seruo. ff. de lega. 3. Iass. in. d. §. si numos, nu. 8.

8.citans tex.in cap.cum de beneficio, de preb.lib.6.et in cap.possessiones, iūcta glo.2.de rebus eccle.non alien. Quarto ad clausulam in suo loco non scriptam, ꝙ censeatur in loco congruo scriptam: et ad citationē indistincte factam, vt intelligatur facta ad locum consuetum. Anchar.in cap.cum episcopus.de offi.ordi.lib.6.tex.in.l.pen.ff.de iust.et iure.citatus per Ias.vbi supra sic item ad doctoris infertur conductionem: vt si legere per substitutum consueuerat ita intelligatur conductus. Bar.in.l.nemo est qui nesciat.ff. de duob.reis. Pannor. in cap.cū ad nostram.de reb.eccle.non alien.& in prehab.cap.cum M.gl.in.l.vnica.§. commissoria. ff.de lege commiss.Bal.in.l.1.in.2.quest.ff.pro socio.in quiés, si ita consuetum est intelligitur tacite actum, quia per consuetudinē tacitê pactum videtur.l.licet Cod.locati.Bal.in rubr.de consuet.3.col.& in.l. contractus in. 4. col. Cod.de fide instrum.dicēs quod consuetum est, quasi natum est. Sic item quoad concessionem officij magistratus infertur: vt intelligatur concessum iuxta consuetudinem communem.Bar.in l.magistratus per ipsum tex. ff. ad municip.& per.l.certi conditio.§.si numos.supra.d.ff.si cert. pet. Pariter infertur ad consuetudinem.seu vsum deferendi habitum, vt inspitiatur habitus cōsuetus deferri per clericos primæ tonsuræ.vt.infra.dico.cap.10.numero.41.et vsus defuncti mercatoris seu tractantis, in qua mercantia tractare esset consuetus: vt tutor filiorum ipsius in ea tractando excusetur, vt dicam infra.cap.4.

4 ¶ QVID nisi ꝙ consuetudo in mulis locatis onerandis inspiciatur: Ita vt si mulus pereat exonere consueto similibus mulis imponi nō teneatur conductor. Bar.argumento tex.inibi,in.l.publici.Cod.de cursu publ.Angari.lib.12.tex.a contrario sensu, in.l.9.si insulam.ff.locati.vbi Bar.perpendit contra eum qui locauit equm ad vehendum, et imposuit ei Ballisiam.sed ex priore declarabitur, nisi vulgo p alios fieri consueuerit.De quo videndus Corset.in notab. incip. muli debent.et hoc magis si dominus consueuit id facere,& relinquere in loco non tuto.gl.in.l.si negocia in verbo, sit solitus. ff. de neg.gest.Sed et hoc est temperādum alio textu.in.l.qua actione. §.si quis in colluctatione.ff. ad l.aquil.ibi, ꝙ aliud alij mortiferum esse solet.Quare etiam muli con siderabis qualitatem qui oneratur cum Ballisia.et muli etiā consuetudinem vehendi hominem absq; ballisia, propter e-

iūs pulchritudinem vel paruam sufficientiam ad idonus. vel aliam similem rationem, vbi aliquid circa vsum domini non prohibetur. Et, si conducantur simpli-
5 citer operarij, alimēta eis præstare tenebitur qui conduxerit: ferramentaq; vbi ita fieri consueuerit. Bal. in. l. liberti. 5. col. Cod. de oper. liber. quod bene notandū est ad declarationem. l. suo victu & duarum quæ sequuntur. ff. eo. tit.

6 ¶Et si domus vel res aliqua præsenti pecunia vendatur, nec de venditione aut solutione conficiatur instrumentum: adfirmat Bal. in. l. instrumentis. versi. quæro quidam vendidit Cod. de fide. instru. cogere is posse cuius interest alterum, qui renuit q; confitiatur instrumentū: q;q; fiat manu notarij: quia de venditionibus rerum confici consueuit instrumentum. per. l. quod si nolit §. quia asidua. ff. de edil. edict. & l. minime. ff. de legib. l. dedi. cum vulg. ff. de condit. sine cau. Quod est absq; controuersia in simplici scriptura ad negocij probationem tantum facta. ad id enim inuentæ fuerunt Scripturæ. l. cum res. Cod. de prob. at si vellit actor q; in scriptura clausula vlla inseratur: plus afferēs q̄3 probationē vt est Guarentigia clausula: renūtiatio proprij fori: summissio foro alieno: et similes non paucæ quæ adferunt non nullum damnum & ideo plusq̄3 monumentum & rei quæ gesta sit memoriam, res habet difficultatem. Regulam etenim testibus non paucis inutilter comprobauit Tiraqu. de retract. lignagier. §. 29. glos. 5. cum habeamus casum clarum in. d. l. cum res. Limitationem tamen posuit Angel. in. l. omnibus. ff. de iudi. & in. l. si pupillus in prin. ff. de nouat. et in. l. si finita. § eleganter, et ibi Alex. in fine. ff. de dam infect. Ias. & Rip. vterq; in fine. in. l. ex ea parte. ff. de verb. obl. idem Ias. & Rip. nu. 48. cum seq. et Parpa. col. antepe. in. l. 2. ff. sol. matri. & alij plurimi quos cumulat pred. Tiraq. vbi supra. id recusantes, quia per clausulas prædictas deterior efficeretur conditio contrahentis simpliciter, & quia potuit qui nunc agit apertius dicere legem. l. veteribus. ff. de pact. Quibus ego adstruere soleo regulam cum sua ratione. Nā si ad id inuēta est scriptura vt quod gestum est sciatur & propter id tantummodo cōpelluntur contrahentes. l. 2. C. de discuss. lib. 10. l. si cū exceptione. §. sed et si quis in fine. ff. quod met. cau. l. de di & ibi Bar. de cōd. sine cau. et si sine prædictis clausulis cōstat de re gesta: nō est cur cogatur contrahens vltra, si pactum non interuenerit. Quā motus ratione, & alijs quas tradūt DD.

estq; demum Auendanius. Licet Aluarus Valascus siue Vaez. lib. 1. iuris emphit. q. 7. nu. 37. dixerit, intelligi contrahentes contrahere iuxta loci consuetudines vt in l. si fundus venierit. ff. de euict. & ibi late Alberi. Alex. consil. 41. in fine. lib. 7. & Felin. in cap. 1. nu. 22. extra de spon. Tenuerintq; isthac ratione, contra opi. præd. Alex, et Ias. in. d. l. ex ea perte, in fine. ff. de verb. atq; alij relati per Tiraq. vbi supra defendentes cogendum esse contrahentem adijcere cuncta pacta, conuentionesq; in contractu quæ solent ex cõ
7 suetudine apponi. † Quos censerem admittendos iuxta intentionem ipsorum, & ll. quas ipsi citãt Nempe quia cum contrahitur sine scriptura censetur iuxta consuetudines contractum. vt in d. cap. 1. de spon. & cum agitur de scriptura, pariter intelligatur cũ clausulis consuetis apponi in præhabitis scripturis, tractatum fuisse inter ipsos. ita quidé, vt si qui promisit aliquid & facere de eo scripturam, recuset ipsam facere cum clausulis consuetis apponi in talibus scripturis cogatur ipsam facere cum eis. Cæterum si simpliciter contractum sit non facta mentione scripturæ: compelli posit consuetudines contractus obseruare illius loci vbi contraxit: sed non consuetudines scripturæ quam facere non promisit, neq; pacta quæ consueuerunt in eis apponi ad eius maiorem firmittatem, sed non ad eius maiorem memoriam. Merito si talis esset contractus qui cõsueuisset in quinquenio renouari: cogi posset contrahẽs promittere renouationem sub pæna, si in contractu talis clausula apponi consueuisset: quia est consuetum ipsam apponi ad maiorem contractus subsistentiam & probationem, cuius est naturæ scriptura.

¶ HINC Bal. & Angel. in. l. Bene Azenone. Cod. de quadrie. præscrip. Idem Angel. in. l. 2. de iur. omni. iud. & in. l. si quis hæredem in fine. C. de inst. et sub.
8 qui dicunt. † procuratorem ad vendendum constitutum posse in contractu eas adstruere conditiones et pacta quæ consueuerunt in contractibus qui fiũt apponi, licet sint pænalia: interrogandi erunt vtrũ quoq; cogi possint q̃ apponant? certe si simpliciter contraxerint non cogẽtur: sed si dixerint q; fiat de gestis actis vẽ scriptura cogi poterunt.
9 ¶ SIC item qui dixerunt † procuratorem simpliciter cõstitutum ad fide iubendum, renũtiare posse beneficio ordinis et cedendarum actionum, vbi sit ita consuetum renuntiari: Tabellionemq; scribere ipsas posse, & si contrahentes non expresserint nec pe-

tierint, vt sunt Bar. in l. si frauda tor. ff. de his quę in fraud. cred. Pannor. in cap. 1. col. 9. vt lite non contest. Bal. in Rubr. Cod. de reuocan. his quæ in fraud. cred. col. vlt. Imol. in cap. cum olim. 1. extra. d offi. iud. deleg. atq; Ias. in l. certi cõditio. §. si numos ff. si cert. pet. per tex. in. l. librorũ Cod. de agri. & cens. voluit tamẽ alegare. ff. deleg. 3. vel aliã: quia talis lex non est illic. interrogan di de eodem erunt de quo superiores interrogaui. carpendi q; erunt: vel interprætandi circa id quod dixerũt, scribere id posse tabelliones quamuis contra hentes non dixerint. vt interpræ tamur in cap. huic proxi. infra eo. num. 4. cum alijs.

¶ PAR Iter de ambasiatoribus mandatum simpliciter, idest si ne vlla præ finitione habentibus ad pacem faciendam id ipsum dicere possumus. Pannor. enim in cap. 2. extra. de præcar. posse facere pacta imponereq; pœnas ait in tali pacis cõtractu quæ ad scribi contractibus pacis consue uerunt, contra eos qui fallierint vel pacem fregerint. Etenim si dictæ non fuerint non habebũ tur pro expressis: nisi ad scriptu ram qui cõtrahit referatur.

¶ SED in quæstionem incidi mus omnimodo dificilimam: si dixerit quis argutè nostrã distin ctionem euanescere: cum certũ

11 sit, quando de scriptura mentio fit, contractum esse conditiona lem: ita vt si non placuerit con trahenti ꝙ clausula scribatur guarentigia, summissio ve appo natur, vel alia similis clausula po sit a contractu resilere. l. cõtra ctus. Cod. de fide instrum. l. 6. tit. 5. Iam enim si potest discedere a contractu qui tractauit de scrip tura, frustra erit nostra distinctio quæ de simpliciter cõtrahẽte & de eo qui retulit se ad scripturã tractat. Et semper respondendũ erit, cogi posse contrahentem conficere scripturam: & in ipsa clausulas ad scribere prædictas cõsuetas: vel rursum cogendum non esse, non tantum cum dictis clausulis, verum etiam nec sine eis. Propterea quod necesitas nos cogit tractare de dictis. ll. et obiter de. l. Regni. 1. tit. 16. libr. 5. noue recopilatio. legum, quæ ha bet: cum apparuerit quem se obligare velle, obligatum remane re, nec impedire ꝙ dicat, non in teruenisse stipulationem: aut fuisse contractum vel obligatio nem factam inter absentes: nec ꝙ fuit facta priuatæ personæ in ter absentes nomine alterius: nec ꝙ obligatio facta fuit vni de dando alteri, vel de faciendo. quia quomodocunq; se obliget efficax erit obligatio. Sed q̃3 bre uiter potuero non nihil de ipsis disseram.

¶AIT igitur tex. Contractus venditionum, Donatonum, vel permutationum, quas intimari non est neccessarium: Donationis etiam arrarum, vel alterius cuiuscunq; causæ: illos tamen quos in scriptis fieri placuit: Trãsactionum etiãquas in instrumẽto recipi conuenit: non aliter vires habere sancimus: nisi instrumenta inmundum recepta, subscriptionibus q; partium confirmata: Et si per tabellionem conscribantur etiam ab ipso completa: et postremo partibus absoluta sint, vt nulli liceat prius q̃ hæc ita processerint: vel a sceda cõscripta, licet litteras vnius partis vel ambarũ habeat: vel ab ipso mundo, quod necdũ est impletum vel absolutum: aliquod ius sibi ex eodem contractu, vel transactione, vendicare. Adeoq; nec illud in huiusmodi venditionibus liceat dicere, q; precio statuto neccessitas venditori imponatur. vel contractum venditionis perficere: vel id quod emptoris interest ei per soluere.

¶Littera hæc plusq̃ manifeste ostendit, cõtractus qui cõsensu tantummodo perficiuntur: si in scriptis fieri vellint, alterari: nec habere perfectionẽ donec scriptura facta sit & in mundum redigatur: approbeturq; abhis qui celebrant dictum contractũ in scriptis. In quo sensu intellexit tex. Bar. in auth. sed nouo iure. C. si cer. pet. Angel. Aret. in. §. 1. in. 2. q. instit. de emp. & vend. Fabian. de mon. in tract. de emp. et vend. q. 5. prin. nu. 54. Sucin. in cons. 120. numero. 17. vol. 4. Paul. in ipsa. l. contractus. col. 3. num. 9.

12 Ex diametro sibi contrarius ad num. 3. et. 4. nisi est q; legi ipsum oscitanter. In prædicto etenim num. 3. de contractibus modernis (vt vtar eius verbis) tractans, in quibus frequenter de scriptura mẽtio fit. facienda, se iudicem inter speculatorem et Bal. non multum imprudenter loquentes, sic dixit: mihi videtur q; ipsi non bene intelligunt. Nam in contractibus modernis licet agatur q; conficiatur instrumentum: statim q; notarius fuit rogatus et stipulatus fuit: contractus inter partes dicitur perfectus et consũmatus: licet ad huc scriptura non sit extensa, nec partibus cõmissa, nec inmundo redacta: Nec posset altera pars penitere. In nu. vero. 9. dicit Quæro quid in contractibus modernis? Pone partes concluserunt, mercatum de vna possessione præsentibus testibus, et expræsso precio: et dederunt sibi manus ad inuicem: et more solito dederunt denarium: hoc tamen acto q; notarius vocaretur et esset rogatus. Antequám nota-

rius fuerit vocatus altera pars pe nitet: altera vult agere ad obseruantiam contractus tanq̃ fuerit perfectus: et vult probare per dictos testes: an poterit? vidi hoc de facto Florentiæ: et dixi q̃ nõ: quia postq̃ egerunt a principio q̃ notarius deberet rogari, vidẽtur tacitẽ voluisse suspẽdere substantiam contractus in tempus rogationis: etq̃ prius contractus nõ esset perfectus, sed fuisset quodam ratiocinium de futuro contractu. sicut in simili habetur in l. fideicommissa. §. ff. de leg. 3. Procedit vltra Paul. alia adducens in confirmationem præhabitæ opinionis. inter quæ hoc vnum consideratione dignum est quod continet hæc quæ sequuntur. Patet euidenti ratione. quia si notarius adhibetur: non ponit in scriptura diem in quo partes inter se concluserunt: sed diem rogationis. ergo illa die perficitur contractus, et non erat per prius perfectus. Nec existimo defendi posse Paul. a contradictione, perpendens q̃ de scriptura prius tractauit, postea vero derogatione notarij. Non enim potest fieri scriptura saltem publica, de qua tractatur, nisi interueniente notario. Quæ vtiq; opinio prius fuit Accursij, in prin. inst. de emp. et ven. in verbo, conficiuntur, Azonis in suma de fide instrum. col. vlt. Placen. Cyni. Nichol. de Mataren. & Bal. in ipsa. l. contractus. existimantium, eo ipso q̃ fit mentio de scriptura, intelligi contractum celebratum in scriptis: esseq; collatam eius substantiam in id tempus quo facta sit scriptura, et non esse antea perfectũ contractũ. Cui opinioni arridet lex regia. 6. prædicta. tit. 5. par. 5. quatenus tradens formã vẽditionis factæ in scriptis tũc fieri in scriptis dicit, cũ dixerit qui cõtrahit, volo q̃ de hac vẽditione Charta fiat. & ibi Gregori. in gl. 1. adfirmat confirmare. d. l. regiam præd. opi. Azonis, & aliorum quos citaui. notandamq; esse in praxi. limitandamq; nisi ex coniecturis constet voluisse contrahentes q̃ sit contractus perfectus ante factam scripturam, Quasi corrigat communẽ opinionem illa lex,

13 ¶EST enim in contrariũ Bar. in ipsa. l. contractus. aperte volens q̃ contrahentes expresserint velle in scriptis contrahere: et q̃ aliter non sit contractus perfectus. idem voluit in. l. vlt. & in authen. ibi posita. C. si cert. pet. vbi id tenent Bal. atq; Salycet. latius. tenens opus esse q̃ alijs coniecturis cõstet præter mentionẽ scripturæ q̃ voluerint contrahere in scriptis. idem voluit in. d. l. contractus. & ibi idem tenet Angel. Aret. & Faber in princ. insti. de emp. et vend. col. 2. post Angel. in

in consil.156. Domina Angelina. Fabian. in tract. de emp. et vend. 9. quæstio. prin. versi. tertio quæritur.

¶ MIHI videtur inter. l. contractus et. l. regiam nullam esse dissonantiam, tantum habest vt sit inter easdem contradictio. parcat præd. Gregor. Parcantq; qui hactenus contrarium intellexerunt. Quod enim tex. dicit, nõ est aliud quàm monstrare, contractum celebratum inscriptis non habere perfectionem antequàm scriptura conficiatur & in mundum redigatur, (quod nos dicimus en limpio.) a partibusq; approbetur. propterea discedere posse a pactionibus. nec teneri ad id quod intererit alterius q perficiatur contractus. Quando autem in scriptis dicantur contrahentes contraxisse non aperuit lex contractus, sed nostri diuinant doctores multa coniecturis (vt lites ex litibus fiant) relinquentes. Lex vero nostra regia tradens duas species contrahendi, alteram sine scriptis, alteram in scriptis, dixit: tunc dici inscriptis contractum esse celebratum cum vnus ex contrahentibus dixit, volo quod fiat de hac venditione scriptura. Ex quo Gregorius & reliqui (male tamen) intelligunt: eo ipso q, fit mentio de scriptura dici in scriptis contractum. idq; nonnulli ex ipso tex. nituntur comprobare quatenus tradens alteram speciem sine scriptis contrahendi dicit: sine scriptis esse contractum, cum conuenerit inter contrahentes de precio & de alijs, nulla de scriptura mentione facta. Sic enim tâm ex principio, ibi, Quieroque sea desta vendida fecha carta: q̃; ex fine, ibi, no faziendo mencion de carta: nonnulli practici elliciunt cum Gregorio: statim q, fit mentio de charta dici contractus celebratus inscriptis. Nõ considerantes q nobis non lex aperit, vtrum debeat mentio fieri ante celebrationem contractus, vel incontinenti? & quid si post perfectionem contractus tractetur de scriptura?

¶ Cæterum cum emptio et vẽditio contrahatur simulatq; de precio conuenerit, vt in prin. inst. de emp. et vend. quia est de contractibus qui solo consensu perficiũtur. l. consensu. ff. de actio. et oblig. cumq; scriptura non fuerit inuenta ad substantiam horũ cõtractuũ, sed ad eorum probatione. l. cũ res. C. de prob. Sequitur 14 q non sufficit q fiat mentio de scriptura, seu de charta, vt dicatur contractus celebratus inscriptis: nisi d ipsa mẽtio fiat anteq̃ in præcio & in alijs conditionibus & pactis conuenerint cõtrahentes. nam post perfectum contractum per consensum nõ poterit

rit dici contractum fuisse in scriptis sed sine scriptis: addita eidem scriptura ad probationem vt in.d.l.cum res:nec poterit discedi a contractu per præhabitã mẽtionem scripturæ,post ipsius contractus perfectionem,magis quàm si alio modo ab ipso discederetur,vt in.l. ab emptione.ff. de pact.Sed si dicimus ꝙ a contractu disceditur,sequitur ꝙ contractus est perfectus ante discessum. Igitur anteq̃; pactionibus per contrahentes assentiatur, & precio:dicere contrahentes debent vel eorum alter:volo ꝙ de hac venditione vel cõtractu fiat scriptura:vt exinde inscriptis intelligatur contractus fuisse celebratus.quia in contractibus inicium est inspiciendum et causa. l.si filius famil.78.ff.de verb.obligat.Habetis expressam Bar. doctrinam hoc probantem,in.l. de quibus.ff.de legib.tam in lect.q̃; in rep.vtrobiq; nu.8.vbi ait:item quæritur vtrum postq̃; est redactum inscriptis desinat esse consuetudo?quod videtur,quia omnino non venit ex tacito cõsensu vt in.§.ex nõ scripto inst.de iure
15 natur.E cõtra.nã licet cõtractus redactus sit inscriptis:tñ non dicitur cõtractus celebratus inscriptis.Sed tunc cũ hoc abinitio sit actum.vt.C.de fide instr.l.cõtractus.Quãdoq; quis facit eam in scriptis redigi, non vt de nouo ius constituat,Sed etiam constitutum probet:et tunc remanet consuetudo sicut primo.licet sit facilior probatio .argum .infra . deposi . l . publia, in fine. & ita fuit infeudo.Habetis etiam præhabitam.l. Regiam, modo consideretis ꝙ posuit vtrunq; modũ contrahendi inscriptis & sine scriptura.Et ꝙ cum tradit modũ contrahendi sine scriptura dicit: tunc dici contractum celebratũ non in scriptis sed sine scriptura: cum conueniunt con trahentes in re et precio,non facta mentione scripturæ:ad ijciens, ꝙ in hac spetie cotrctus super est perfectus.Igitur ꝙ prius dixit adijciendum vt diceretur in scriptis, (nẽpe volo ꝙ fiat de hac venditione scriptura)ad id tempus referendum est inquo non sit perfecta venditio.Ergo ad inicium ipsius contractus,vt exinde intelligatur ex contrahentibus, aliquid voluisse dum fieret scriptura cõsiderare addendum vel detrahẽdum.Proptera in venditione quæ fiat præsente pecunia, & nõ habeat conditiones neq; pacta preter illas consuetas de euictione atq; de dupla , difficilius contractus celebratus intelligetur in scriptis:nisi ex præssim contrahẽs dixerit,volo ꝙ fiat in scriptis ad aliquid cogitandum vt dixerunt Bar.& alij cum conmuni. vel nisi vltra mentionem scripturæ

ræ aliquid additum sit: scilicet quia paciscatur de sctiptura ante contractum non obiter de ipsa tractando. Hoc nimirum est quod dicit tex. in d. l. cōtractus: illos tamen quas inscriptis fieri placuit. Et quod habet Regia lex: volo ꝙ de hac venditione scriptura facta sit. Pactionem enim et rem bene considerantá demonstrant verba predicta: nō quidem mentionem scripturæ tantum modo obiter factam.
16 ✝Ná ea facta obiter, de scriptura probationis dumtaxat intelligentur fuisse actum: non autem de scriptura substantiali contractus.

¶IGITVR, nec opinio Azonis substineri potest: volentis, ꝙ vbi fiat mentio scripturæ cum celebratur contractus dicatur in scriptis celebratus: nec opinio Bar. et communis opinionis simpliciter vera est: dicentis debere id agi inter ipsos contrahentes, vt aliter contractus, non valeat q̃3 si redigatur in scriptis. quid enim dubij remoueret lex contractus, vbi contrahentes tam perspicuè loquerentur. cum de dubio seruire leges debeant auferendo: l. labeo Cod. de carb. edicto: veritas igitur est quam dixi: inscriptis celebratum contractum vires non habere ante scripturam perfectam & a contrahétibus approbatam postq̃3 sit in mundum redacta, vt dispōnunt dictæ ll. Sed tunc demum intelligi in scripris factum: cum abinitio contractus, vel dum est in fieri tractatur q, conficiatur (de eo quod inter ipsos contrahitur et recitatur adinuicé) scriptura. Nam si ex his contractus sit qui solo consensu perficitur: post perfectionem ipsius nō impediet ꝙ de scriptura tractetur facienda: etiam si paciscatur de ea facienda. quia intelligetur de facienda ad probationem contractus. Nisi tamen testibus probari posset, non habuisse pro absolutis pactionibus contrahentes cum ad contractum scripturæ siue chartæ conferre se voluerunt. Sepissime enim hoc accidit quod partes in vnum conueniunt. Sed accidit id per momentum, nam antequàm discedatur ad extraneos actus verba conuentionis repetútur, disceptántq; contrahentes de ipsis quasi nunquàm conuenissent. In qua spetie quia de scriptura (licet obiter) tractari solet: difficilior quæstio insurgit an sit inscriptis contractus.

17 ¶Et ✝ nō dubito si non discessent ad alios actus contrahentes nō dici rem absolutam, sed incōtinenti emendatam. iuxta tex. in l. si voluntate. Cod. de rescin. vend. & l. lecta, si cert. pet. ✝Bre- 18

uitas enim temporis non impedit, vt in . l.. cum antiquitas. Cod. de test. Immo facit nequis natus censeatur si cõfestim mortuus est. cap. nam et ego de verbo. sig. & nequis pro mortuo habeatur, vbi statim reuocatus sit ad vitam Ioann. 11. vbi Christus, nosterq; redemptor dixit, non esse infirmitatem Lazari ad mortem. Item facit neqnis rem restituisse videatur, si auferat statim post restitutionam: ita quidem vt executor qui functus sit officio suo circa restitutionem, poterit iterum de restitutione cognoscere: quasi non sit ipso functus. Butri. et Guillel. Cugne. Bar. Bal. Saly. & Fulg. in. l. sed et si possessori. versi. proinde . ff. de iur. iuran. qui primum dicũt, & posse spoliatum agere coram. d. executore. glos. in. cap. quærenti in verbo, ad integrum annum extra de offi. deleg. per. l. non videtur. de acquir. possess. & . l. 2. §. peruenisse. & . §. illud. de hæred. vel act. vend. Multaq; alia operatur quæ meminime cumulasse in repertorio. in verbo, breuitas de qua feci non vtiq; breuem tractatum ad multa negocia vtilissimum. Vnde si post refricatum inter contrahentes sermonem venditionis . vel alterius contractus pacti fuerint de scriptura: dicerem mentionem de ea fuisse factam ob firmitatem

contractus, non ad eius probationé: quia prædicta disceptatio id videtur demonstrasse. Quia si abinitio firmi starent nihil decõtractu iá perfecto disceptassent.

19 Sed † quia disceptatio redarguit in constantiam, vt in. d. l. si volũtate: sequitur de scriptura dictũ esse ad disceptationem auferendam. Ergo ante chartam nonest contractus perfectus. Aliud ergo si abinitio de charta nihil tractassent, licet post perfectam vẽditionem, & nonnullum temporis interuallum corroborantem consensum de scriptura conficienda pacti sint . Nam exprimunt id quod inerat. Etenim inerat debere scripturam conficere, ad idq; posse compelli, iuxta. d. l. 2. Cod. de discuss. lib. 10 . & . l. si cũ exceptione. §. sed et siquis ff. quod met. cau. cum alijs supra cit. vt constaret de negocio. l. cum res. Cod. de prob. merito exprælsio eius nihil debuit operari. l. si ita legatum. §. illi si volet ff. de leg. 1. l. non recte. Cod. de fide. iuss.

¶IGITVR vt ad oppositionem suprascriptam reuertamur

20 † Simpliciter contrahens cogi poterit cõficere scripturam post contractum celebratum, ad memoriam tm̃modo conseruandá eorum quæ in cõtractu interuenerũt: quia pure cõtraxisse videtur, nõ sub vlla cõditione. Is vero qui

qui ante resolutionem pactionis et contractus de scriptura fecerit mentionem: non tantum cogi clausulas apponere consuetas non potuerit: verum nec conficere scripturam. quia conditionalis est cõtractus: si facta scilicet sit de pactionibus scriptura. præhab. l. contractus. Cod. de fid. instrum. cui conuenit. d. l. regia. 6. tit. 5. par. 5. et quibus impedimẽto non est præhabita. l. regni. 2. tit. 16. lib. 5. nouæ legum recopilat. tractat enim de contractibus cõditionem non habentibus. etenim cum puri sunt, & constat se obligare contrahentem voluisse de solennitate non curatur: nec consideratur cui se obligans promiserit. sed cum contrahit conditionaliter, ponens conditioné scripturæ: consensus et cõtractus deficit quia ab ipsius dependet voluntate ipsam conficere aut non.

¶ CÆterum cum posit simpliciter contrahi, ita vt a contractu iam resilire non valeat: et resoluerim posse cogi contrahentem conficere pactorum scripturam tantũmodo ad probationé, vt in d. l. cum res C. de prob. Non censeo id verum esse quod dixi in fine versiculi abhinc tertij, ex. d. l. non recte, de fide. &. §. illi si volet ff, de leg. 1. Nam si existimo post perfectionem contractus, pactionem de cõficienda scriptura nõ reddere contractum conditionalé, sed durare, vt erat, purus. per d. §. illi si volet: 21 At tamé quo ad reliqua quæ non erant in cõtractu cõpræhensa: multum interesse existimo pepigerint de scriptura contrahentes post contractus perfectioné. Id nimirum operabitur, vt clausulæ consuetæ in scripturis apponi vellit nollit qui pepigit scribantur: quod non esset si pactioni non subijceretur scriptura: Sed iure instãte cõmuni ipsam facere compelleretur. Aliud est enim iuris, si quid tacite cõtineatur: et aliud si verbis exprimatur, vt in. d. §. illi si volet. vbi hæc verba (quæ natura sua tacite inerant) efficiunt conditionale legatum, ob ipsorum expresionem.

22 ¶ Consuetudo ergo (vt cũ potentia consuetudinis pergamus) id efficit: vt collecta, quæ tñmodo imponi potest per regem cap. 1. quæ sint regaliæ lib. feud. l. 1. & ibi Bar. C. de super indicto. Bal. in. l. etiam. 4. C. de execu. rei iud. cum vulgaribus: imponi posit per ciuitatem & vicos. vsq; ad sex millia vtiq; numorum: cum de iure regio tria millia tantum diuidi inter vicinos posint. Probatur hæc adsertio in capitulis prætorum cap. 34. ibi, Saluo donde la tierra suele repartir por su parte, y la ciudad por la suya, que alli pueda cada vno dellos repartir los dichos tresmil matauedis

¶ Nam

Nam vt rem abinitio breuiter enarrem. Princeps solus indicere collectam potest, vt prædixi. Sed id ad ipsius cõmodum, vnde inferior id facere non potest, quia quod principi insignum supræmæ potestatis conceditur cæteris est denegatum. l. cum prætor de iud.

¶QVA ratione dubito de Bar. sententia in præd. l. 1. Cod. de super in dicto. & in. l. 1. de mulier. & in quo loco. lib. 10. & Alex. in. l. si se non obtulit. ff. de re iud. quos citat sequiturq; Auend. in capitulis: in. 1. par. cap. 14. num. 2. Existimant enim, iure cõmuni, pro proprijs necessitatibus vniuersitatis, concillia seu decurionum ordines imponere ac distribuere collectã posse. Quod multi comprobant alij quos congerit Auendanius vbi supra. Sed si principi existit hoc reseruatum, & inferiori non licet: quomodo concilium vel ciuitas id poterunt? Dic igitur + q̃ non possunt,
3 nisi Principis licentia præcedat. vt sensit glo. in. l. omnes. Cod. de operib. publ. Et quod in ea. l. habetur, incolas ciuitatis debere pro rata sui extimi conferre ad constructionem operis publici verũ est, postq̃3 Princeps id præceperit. vtiq; expræssim, vt in. d. cap. 34. Item non possunt nisi in contrarium existat consuetudo. Alexan. in appestill. ad Bar. in. l. 1. Cod. de super in dicto lib. 10. citans Bal. in. l. vltim. Cod. sine censu, vel reliq. Quod corrigit. d. cap. 34. ibi, Aunque digan que estan en costumbre de repartir algunos marauedis para sus gastos o para otras cosas. preterq̃3 in prædicta quantitate trium millium, vel ad sumum sex millium tria inter ciuitatis incolas, & tria inter incolas vicorum vbi consuetudo talis est. Auendanius tamen scripsit alias fallentias vbi supra nu. 7. & . 8. cum alijs. nempe si fiat iure pacti in collectatio.

4 ¶ITEM + consuetudo potens est vt pæna iure statuta pro crimine cõmisso per iudicem minoretur. Bal. in. l. data opera. col. 4. Cod. qui accus. non poss. Felin. citans Abb. in. cap. qualiter & quãdo. nu. 38. extra de accus. & Auenda. in. cap. pretorum. 2. par. cap. 16. nu. 15. Dicens ita practicari in lamijs, & intercessoribus lenonibus, seu alcahuetis. Nam de consuetudine vniuersali flagellãtur mitra imposita, seu veriori vocabulo, coroça, cum furca deberẽt suspendi inispecta. l. vlti. titu. 22. par. 7. quod prius notauit Barb. inuiator. iur. rubr. de sortilegijs circa fin. postea vero Iulius Clarus. lib. 5. sententiar. recep. §. hæres in fine. Dicens, sic fuisse decisum in senatu Alexandrino, vigessima die Augusti. anno. 1563. Sed non dicunt vnde sumpserit ori-

originem consuetudo prædicta? vos dicite traxisse originem ex cap. Episcopi. 26. quæst. 5. Nam cum alloquatur rectoribus parrochiarum, magicos, seu sortilegos habentes intra parrochias: iubet ꝙ expellant eos, scribens hæc quæ sequuntur: turpirer de honestatum de parrochijs suis deijciant. Quan vtiq; consuetudinem Canoniste omnes Sequntur vt ex Abb. colligitur in cap. 1. ex de sortillegijs Quod existimo notandum ad limitationem l. Regie 6. tit. 3. lib. 8. legum recopillat.. quæ quo ad irrogatione vltimi supplicij conuenit legi part. quamuis alias desiderat solennitates vt liget, quas obseruare nusquàm vidimus. nimirum si
25 in vsu non habeatur. Habetur tamen per laicos quo ad Lamias, quas nos bruxas appellamus. Nec est mirum eo quod cum mamona sæpe cõmunicent: nec possit crimen cõmitti sine hæresi, vel Apostasia. Paul. Grilland. de sortillegijs. Syluester. versi. hæresis. 2. Simanc. catholicarum instit. titu. 37. & postremus Palaydorus, quæstion. quotidianar. cap. 17.

¶ LENOnis pœna quæ ad mortem vsq; extẽdebatur per legem nempe. 2. titu. 22. part. 7. cum cõtra vxoris pudicitiam attẽtabat: (qui apud nos peculiari nomine cornutus appellatur) consuetudine, ad flagella & de honorationem, corona immensorum Cornuorum, imposita restricta est. Et forte originem exinde duxit ꝙ habetur in cap. de benedicto. 32. quæst. 1. iuncta glos. in verbo caluatos. Nam cum tex. de adulteris tractans hec habeat: Iubemus experientiæ tuæ vt cum ipsa quoq; adultera districtê nõ differas mactare, & caluatos ad inuicem separare. glos. addit: pannis abscisis, idest de honoratos, & tonsuratos, sicut moris est in quibusdam locis. quia vestis & capillum inciduntur eis in ignominiam, ante et retro. De cornibus tamen in tex. nec in glos. aliquid est. Sed habet maiorem historiam. quam scripsi in repertorio, in verbo Leno, & cornutus. Regia tamen pragmatica Philippi regis nostri legis partitarum & ordinationis rigorem temperauit, pœnam nouiter stabiliens his lenonibus, ne quæramus consuetudinem, nec mortem: qua determinat.

¶ SED vt ad ciuilia reuertamur
26 †in succesione maioratus introducti ex consuetudine tantũmodo succedendi: dicendum idem erit ꝙ de alijs qui constãt ex scriptura. Nam adfirmat summus Præses lib. 3. variar. resolution. cap. 5. versiculo, octauo hinc oritur vera interprætatio. nu. 5. in fine: legem quadragessimam quin

... auro, conditam, quæ censet. mortuo possessore maioratus possessioné omnium rerum tráſire ad primogenitum vocatum q; ad ſuccesſionem. absq; vlla apprehenſione vera aut ficta: ſic locum habere in eius maioratus translatione de cuius initio per ſcripturam non conſtat, vt locum habet in eo cuius ſcriptura oſtenditur. nec oberit. inquit. ꝙ quibuſdam viſum eſt Taurinam deciſionem tantum obtinere in primogenijs conſtitutis authoritate et licentia regis, non autem in his quæ abſq; regia authoritate iure aliquo permittente priuatim ſtatuta fuerint. quia et ſi ſolitum ſit in hac re dubitari, et varias a diuerſis tribunalibus pronuntiari ſententias: dubitauerit q; Ioãnes Lupi in. l. Tauri. 27. ad finem: frequentiori calculo in praxi receptum eſt Tanriná conſtitntionem etiam obtinere in maioratibus propria authoritate iure permittente priuatim inſtitutis. Quod probatur primo: quia indiſtinctè lex loquitur. Secundo ex eo ꝙ maioratus abſq; licentia principis inſtitutus, propriè maioratus dicitur. nam maior ſuccedit atq; primogenitus. Quod ſatis eſt vt ex propria ſignificatione maioratus dici valeat. Et tamen in quacunq; materia propria ſignificatio admittéda eſt: etiam ſi ſit odioſa. exorbitans et iuris cõmunis contraria. l. cum lege. vbi Areti. ff. de teſtamen. Ergo ipſa lex. 45. Tauri, etiá in hoc maioratu intelligenda erit. Deinde et tertio, ex. l. 41. et. 44. Tauri apparet, inſtitutioné hanc primogenij abſq; regis licétia factam maioratum dici. Et ſtatim in maioratibus ſtatuitur. lex. 45. Igitur ſignum maximum eſt eius legis, conditores eam legem intellexiſſe, etiam in maioratibus, quorum leges proximiores meminerant. Quarto hanc opinionem probare conabor (inquit idem Couarru.) ab ea conſtitutionis ratione quæ ea eſt, vt melius res vinculo maioratus ſũmiſſe conſeruentur per iſtá tranſmiſsionem. Hæc vero ratio adhuc militat in maioratibus abſq; regia licentia inſtitutis. vnde ob eandem rationem æquum eſt, et in his eidem legi locum fore. Qninto (inquit) hanc ſententiam probo authoritate Roderici Suarez in alleg. 19. verſi. præterea omnia iſta. quo in loco, maximus ille apud Hiſpanos in forenſibus controuerſijs alioqui vir inſigni eruditione præditus hanc opinionem veriorem cenſet. Hæc parum colericus ille doctor, et magna tentus patientia, et expectatione circumloquij. Quæ poſſent breuiter corroborari ex multis quæ congeſsi in primo libro meo qui tractat de

acquir.posses.cap.2.num.9. versic. quæ tamen dicta sunt. vbi eos omnes congessi qui dixerunt,ea posse principem adimere facilius quæ ipse idem concessit. Vnde merito,qui lege Tauri innititur de melioratione tractante tertij et quinti bonotum, tutior est quàm qui innititur in priuillegio,siue in principis licétia. Sed quid moror? Si de consuetudine hic tractatur succedédi vt in bonis maioratus,quia non constat de prima institutione nec de ad bona vocatione: quorsum hic de institutione absq; licentia aut cum ea?non ne id ipsum efficiet consuetudo,quod scriptura non fecit?

¶DIC igitur in spetie supradicta vbi de institutione non constet,sed de succedendi consuetudine:ita vt in bonis maioratus, etiam legem vigere. 40. Tauri, quatenus vult ꝙ nepos filij præ defuncti in vita patris excludat filium secundum neptis patruũ. vt tenet ipse idem Couarru. in loco supra. d. prope finem. inquiens ita esse in regni successione.l.2.titu.15.part.2.cunctos quoq; recitans qui dicunt,ita esse in quacunq; obseruandum successione quæ defertur iure primogenituræ. interquos incipiendo ab Oldral.in consil.224. Alberi. in proœ.ffff.§.discipuli,versi.decimo in ista materia.Paulo in consi.164.lib.2. Tiraquellum citat, in quæstione.40.tract.de primo genijs.num.11.qui cunctas auctoritates abradit.asserens in nu.12. hanc sententiam,ferè in toto orbe Christiano esse receptam, vt stetur succedendi consuetudini. quod fatentur Carol.Moline. in consilijs Alexandri,consil.4. lib. 4. Altia lib. 8. parergon. cap.5. Thom. Grammatti. decisio. 1. Cum et multi tenuerint oppositum, quos cumulat prædictus Præses vbi supra quos tanquàm repulsos hic non voco.

27 ¶NEC † intererit ꝙ aliquis sententia lata in suum fauorem,possideat aliqua bona iure et titulo maioratus. Nam et si verba sint sententiæ naturaliter interprætanda ac strictè.l.1.Cod.si plures vna sen.l. quicquid. ff. de verb. oblig.consuetudinariam tamen recipient interprætationem, vt prædixi supra in cap.huic vicino in fine.Sic itaq; quod cósuetum sit ad vnum per venire, dumtaxat possessorem:si ea ratione per aliquem obtineatur in iudicio: titulo iustissimo possidetur maioratus,ac si vere atq; realiter de institutione constasset: merito & sine appræhensione transmittetur:& maior masculusq; id ha-

bebit:& habebit cuncta illa singularia quæ notus ac probatus consueuit habere maioratus.

8 ¶ QVA ratione consuetudinariæ interprætationis† queri poterit de tex. interprætatione in.l.6 titu.6.lib.3.fori legum. habetur enim in ipso: lectum quotidianum altero ex coniugibus defuncto, ad superstitem pertinere. qui forus est in Hispania vsitatus. verum accidit ex facto, ꝙ vir lectum alium non habebat cum decessit, quàm quod vxor adduxerat sibi in dotem. Defuncto viro lectum petijt querebatur an deberet lectum dari?non quia sibi quod suumerat negaretur:(erat etenim dotale, quod idcirco retinuerat)sed quia ipsa aliud petebat. aut sui lecti æstimationm. consuetudinem dandi lectum, legemq; fori consuetudinariam supra. d. allegabat. Ego vero non negabam consuetudinem nec legem. sed contradicebam exeo petitionem ꝙ lex dicit ꝙ superstes habeat lectum quotidinianum: non auté ꝙ detur sibi vnum lectum: sed ipsa habuit quotidianum ergo non debetur aliud. Considerabam legislatoris etiam mentem: quæ ea fuit, ne inops et absq; lecto superstes reperiretur coniux amisso socio: quæ ratio cessat vbi quis vel suum lectũ habeat, quia duobus opus non est. Et itidem considerabam ꝙ lex loquitur et non testator. Etenim si testator relinqueret illi lectum:(cum non deberet de quotidiano intelligi sed de mediocre iuxta.l. legato generaliter. ff. de leg.1.&.l. idem Iulianus. eo. titu.&.l. qui lancem, de auro et argen. leg.) mirum non esset si petere estimationem lecti posset: nisi tamen dictionem, hoc, addidisset, quæ est ad occulum demonstratiua.l. hoc genus ff. de cond. et dem. Sed nec potest substineri vbi ipsa haberet lectum quod aliud censeatur legatum q̃3 quod attulit ad matrimonium: quia dote tota prælegata nihil aliud continetur q̃3 quod erat in originali actione.l. 1. de dote præleg. cum quadam representatione ꝙ debeat statim reddi non expectata anni dilatione. ipsa.l.1.§. verum est. Quia non intelligitur ex tali legato dupliciter velle hæredem grauari. l. qui dotem. eo. tit. Igitur qui voluerit in hac spetie obtinere: consuetudinem tenebitur ostendere inductam contrahas leges eo ordine quo dicam infra hoc libro cap.8. quia de hac nostra quæstione videtur quasi casus in.l. lucius, quæ est pen.§. impuberé. ff. de leg.2. ibi. respódi nó videri de dotis legato duplicando testatorem

rem sensisse.in quo casu expresse testator duplum dari a substituto præceperat eius quod reliquerat ab instituto: & verba habet suprascripta tractando in dote. Et est materia, auth·præterea.C. vnde vir et vxor.&.l.16. Tauri vbi Castell.

¶SED cum non semper lectum coniuges adferant ad matrimonium: sitq; lege regia cautum supra.d.6.titu.6.lib.3.fori legum superstiti præstandum esse quoti-
29 dianum: rectê quæritur qualem lectum superstiti præstandum sit quando constet q, voluit qui præmoritur alium lectum prælegare, ita vt cum quotidiano capiat alium, et ideo duos: an dabitur sibi mediocris vel præciosius? Etnim si hoc dixerit, vel illud: vel tale addiderit signum quod auferat difficultatem, iuxta.l.hoc genus.ff.de cond.et demonstr.&.l.2.incipit.nominatim.&.l.3.ff. de liber.et posth.et.l.quoties. §. siquis nomen.ff.de hæredib.inst.l.10.titu.1.par.6.super vacua quæstio erit.In ambiguo ergo sermone dixit.Bar.in.l.librorũ §. quod tamen cassius versi.sunt quidam ff.de leg.3.per tex. ibi. & in.l.vlt. §.vxori qui magis adhoc vrget. ff.de auro et argen. leg. perpendens ipsum tex. adhoc, præciosius esse præstandus.Quippe Sceuola sic ait: vxori suæ testanmento ita legatũ est: Semproniæ dominę meæ hoc amplius argentum balneare quæsitum est an etiam id argentum quo diebus festiuis in balneo consueuit vti, legato cedat? respondit.omne legatum videri.ideo Bar, cultra siue culcitra legata vxori, etiam deberi culcitra de serico defendit.Bald.vero (vti citatur) in.l.voluntas Cod.de fideicõm, & Angel.in.l.plenum.§.equitij.ff.de vsu et hab. contrariæ opinionis sunt: quia vt ex.d.§.notatur, verba disponentis debent secundũ conditionem personæ cui quid conceditur interpretari, quos sequitur Montal.super.d.l.6.ex ipsa.l.quæ iubet quotidianum dari.Ex quo multa congerit Felin. in cap.causam quæ col.10.num, 17.de res.Alex.in.l.stipulatio ista §.hæ quoq; nu.4.de verbor.&Ias. ibidem. nu.7.cum seq.Mouétur isti:& alij quorum meminit Bar. vbi supra quia tale legatum (vt dixi) nõ congruit personæ viduæ et testator visus fuit eidẽ legare ea quæ viduæ competebát. arg. l.pen.in princip.ff.de alim.& cibar.leg.&.l.deniq;.§.idem labeo iuncta glos.in verbo, oportere. et si dicitur ꝙ poterit nubere, respondetur non esse verisimile ꝙ testator hoc cogitauerit, Sed his omnibus occucit Bar.dicẽs: Sed quicquid dicant dico, ꝙ culcitra

de serico,& omnia ornamenta veniunt.casus est hic.& in.l.fin. §.vxori.de auro & argen.leg. & ibi dicitur.& in.l. instratum de verb.sig.hæc Bar.in præd.§.sunt quidam.

¶ MIHI videtur admodum errasse Bar.in præhabita opinione: minoris q; extitisse considerationis q̃3 solebat.Etenim rationi supra.d.(ꝙ videtur legare testator suæ vxori lectum ꝙ vxori viduæ competit) respődere nemo valet:nisi tamen ostenderet verbis contrarium,signis vê.Pariter nec ei quod dicitur ꝙ testator de secundis nuptijs mulierisnon cogitauit:cum certum sit ex secũdis nuptijs iniuriam pati defunctum . animam q; eius contristari.authen.de nup.§·nos igitur &ibi gl.coll.4.Ang.in.§.actionũ. col.26.in fine.inst.de act.&postremo Neuizanis,insua silua.in verbo,nonest nubendum.lib.2.in.1. ampli.nu.32 . Sitq; in prőptu ad prehabitũ.§.vxori apertissimum responsum.Namqui Balneare argentum legat:non vtiq; tristitiæ cogitat,Sed delectaméti.nec subuenit necessitati viduitatis dũtaxat:sed forte de futuris nuptijs cogitat qui vult ita instructam esse viduam: Merito cum. Bar. ego sentirem vbi auro prædicto legato,hoc amplius additũ esset & lectum quoq; ei volo dari.nã et Sericum præstandum dicerẽ vtiq; mediocrem,vt est in omnibus rebus legatis , demptis nummis, vt in supra proximo versi. probaui,non edepolpreciosioré. et hoc habet consuetudo bona hereditaria diuidentium , quæ legem interpretatur, l.si de interpretatione.ff.delegib.&in omnibus est obseruanda, vt dixi supra, tam in prin. q̃3 in vers. ex quo in fertur: num.1. et.2. nec non.3.

QVOD vtiq; ibidem potius tenerem , vbi recepturus coniux non est admodum illustris: nam frequenter in equalitas est inter coniuges & debet ad recipientem haberi consideratio .

30 ¶ Sicut † in omnibus consideratur persona.nempe procuratoris sotij,tutoris, & aliorum ansint nobiles vel rustici qui non equo sed pedibus ambulare et itinerare consueuerunt. vt est glo.celebrata in.l.idemq;.§.idem labeo. ff.man. Quod est in teste etiam considerandum. cap. statutum. §.pe.de ref.in.6.notatur in.l.quoniam liberi.Cod.de test.et ferra. in caut.46.idem in eo quidebet ire ad militiá.Bal.in.l. liberti col. 4.nu.13.Cod. de oper. liber. lup. in rub. dedon.§.11.col. 4 . multa hipp.col.9.in rubr.C.de prob.

EX CAPITE SEquenti.

1 Prauam consuetudinem euellendam.
2 Quod solet dici, quælibet causa licet iniusta et bestialis excusat a dolo: in præceptis decalogi negatiuis præsertim non habet locum.
3 Clausulas consuetas in contractibus scribi a tabellionibus: si non appareant scripte, non esse habendas pro scriptis. vt si ommittatur hypotheca: aut clausula guarentigia: vel exceptio diuisionis excusionisq; ommittatur, aut constituti. vt in nu. 5.
4 Tunc demum censeri clausulas consuetas scribi scriptas in contractu, cum in cõsequentiam alicuius peruenerint actionis bonæ fidei: non autẽ regulariter in omnibus contractibus.
5 Lex vlt. Cod. de fideiuss. quæ solet in oppositum citari penitus contrarium probat.
6 Notarium simpliciter rogatum quòd scribat contractum a partibus celebratum: rogatum credi quòd apponat cunctas clausulas necessarias et consuetas pœnas atq; summißiones: non quæ raro apponi cõsueuerunt.
7 Testatorem qui non valet loqui articulatè: non posse mandare quòd testetur aliquis pro ipso annuendo capite, etiam tabellioni interroganti an vellit id quod ipse exprimit tabellio. ideo ibi de lege. 31. Tauri. & de glo. in. l. iubemus Cod. de testam.
8 Quid de testamento nuncupatiuo, et de eo quod factũ est in scriptis.
9 Paria esse testatorem vocasse tabellionem ad testandũ et facere quòd alius vocet: vel ratam habere vocationem quam nec fecit nec iußit facere.
10 Testamentum eius qui habet linguam ingrossatam & incipit balbutiri nullius esse momenti, in qua spetie intelligatur.
11 Inutilius esse testamentum annuentis capite ad interrogationem institutionis: (quia hoc nihil valet) quàm respondentis verbis: licet paucis & sine heredis actiua nominatione: vt placet: volo: si, et similibus.
12 Discusso an laudanda sit consuetudo qua clerici de bonis intuitu beneficij ecclesiastici testantur: resoluitur non posse ipsam defendi. nisi in pios vsus disponant.
13 De quotidianis distributionibus libere testari posse clericos.
14 De bonis acquisitis occasione fructuum beneficij, sed industria beneficiati, posse clericos disponere in profanos vsus contra communem ostenditur.

DE INIQVA CONsuetudine.

CAP. 3.



HACTEnus decõsuetudine simpliciter est dictũ. Cæterum cũ iniqua cõsuetudo et perniciosa euellenda
1 sit radicitus. cap. mala autem cõsuetudo. 8. distinct. cap. nõ debet de consang. et affin. sitq; veritati postponẽda. cap. veritati. & cap. consuetudinẽ, ead. dist. vbi legas si placuerit: ego sum veritas et vita: et nõ dicit ego sum cõsuetudo: quæ hactenus scripta sunt de prædicta cõsuetudine tũc admitterem: quãdo vteretur cõtractu aut consuetudine tali φ manifeste nõ constaret id quod fieret esse illicitum. ambigua enim eius interpretatio efficeret illud licitum. gl. Ioan. Andr. Abb. et alij in cap. capellanus extra de ferijs Bal. in. l. 2. col. 2. in prin. C. quãdo prouoc. non est necesse. & ita theologi tenent, teste Ias. in. l. admonẽdi de iur. iur. col. 12. nu. 69. tractãte de lege habẽte plures lectiones. Quid enim cõtra præcepta decalogi cõsuetudo inducere

tur? forte dices excusabit: eo q, dixerit vlp. in. l. qua actione. §. 1. ff. ad. l. aquil. siquis in collucta tione, vel pancratio, vel pugiles dum interse exercentur alius, alium occiderit cessat aquilia quia glorie causa et virtutis nō in iurie gratia videtur dānum datum. Item homicida casualis libere ordinari potest. et presu mitur casualis. florian. in. l. dolo malo. ff. de dolo. Cæp. in cōsi. 30. et in seq. Deci. in consil. 9. Marsill. in pract. §. vlterius. col. vlt. et in cons. 9. et. 100. Carrer. multos citans in pract. §. homicidium cap. 6. nu. 355. propterea resoluē tes minorandam esse pænam. Mihi tamē non excusat peccan di consuetudo, Id quod vtiq;. quo ad deum, et quo ad iudici um interius nonhabebit contro uersiam. in his saltem quæ a iure
2 naturæ negantur. Nam quod dicitur q excusat quelibet ca usa licet iniusta. gl. in. l. 1. §. si pro curator in verbo hoc iudicium in fine. ff. siquis iusdice. non obtē per. & in. l. 1. ff. de Abige. Alex. in cons. 73. in. 3. vol. Ang. in. l. 1. ff. de eo per quē fact. erit. & Grām. in voto. 19. nu. 16. Quamuis dixe rint procedere etiam in his que sunt de genere prohibitorum in præceptis decalogi nō admic tetur. cap. vlt. extra de consuet. et ibi notant Doctores. Nec e-rit ad id admittendum, vt qui fecerit prohibitum ab omni pæ na excusetur propter causam sed non iustam: sed vt ordinariā vitet. Sic enim ipsi loquntur. Im mo, ex causa Princeps poterit penam temporalem remittere. l. Grachus Cod. ad. l. iul. de adult. l. qua actione. §. si quis in colluctatione. ff. ad. l. aquil. l. vt vim. ff. de iust. et iure. vbi traditur per ipsum tex. in ea spetie, interfectorem in culpatæ tutelæ non teneri in animæ iudicio, et est præceptum de calogi, non occides. verum tamen in. d. spetie prædictæ. l. vt vim non est consuetudo quæ interfectorem excuset: nec causa quælibet, sed talis quam approbant Deus et natura. Etenim cum aliter mortem euadere non posit sibi illa tam qui adoritur, quàm si mortem alteri inferat: debeatq; ex duobus iniuria vnus perire: melius est q, iure pereat qui vult al terum necare iniuria. nam post necem illius quem volebat interficere tenebatur ferro mori. proinde est magna iustitia q, im pune occidi posit vt vnus inco lumis subsit. Non sic est in consuetudine iniqua in qua deficit isthæc iustitia, merito a pena eterna in qua consuetudo contra præcepta de calogi non excusabit. cap. deniq;. 4. distinct.

Ias.

Iaſ. in. l. qui iuraſſe & in. l. ait prætor. §. iurari. colum. 4. de iur. iur. et in. l. ſingularia col. penul. ſi cer. pet. et in. l. de quibus. col. 2. ff. de legib. et Chaſſan. in conſuet. Burgun. Rubr. 4. §. 23. verſi. nono pro limitatione. nu. 34. ná ſi arguas ex. §. ſiquis in colluctatione ſupra dicto: (præter q̃ꝫ ꝙ diſponere contra diuina non poſſet) mors de qua ibi tractat, gloriæ cauſa et virtutis non iniuriæ gratia videtur facta. Igitur ſi iniuria deficit, et dolus item deficit: & merito eſt abſq; pœna etiam eterna. vt in. d. l. vt vim. ff. de iuſt. et iure, Ergo ſi in colluctatione dolus ad ſit ceſſabit ipſa deciſio. et in dolis non vigebit conſuetudo, nec faciet pœnam euadere.

¶ QVA propter quod præſcripſimus in cap. ſupra vicino, poſſe tabellionem clauſulas ſcribere in contractu conſuetas & ita ſcribere acſi eſſent ſibi iniunctæ haberi q; proſcriptis: ita vt duas partes continet duas exigit declarationes. prima an liceat eius ſcribere ꝙ non fuerit ſibi iniunctum: altera an habeatur id pro ſcripto: + quod firmiter negat
3 Ang. in. l. licet Cod. loc. ex codé tex. ibi. qui mihi bene probat. quippæ vulgo in locationibus caſus fortuiti cõſueuerunt renũtiari vti ipſe tex. innuit quãdo dicit, vt mos regionis poſtulat: et tamen quia renuntiati non fuerunt pro appoſitis non habentur: ſed vbertas vnius anni cum alterius vbertate compenſatur: id quod Iaſ. in. l. certi conditio. §. ſi numos. nu. 26. ff. ſi cert. pet. ex eo defendit q, in claris non ſit locus coniecturis. l. continuus. ff. de verb. obl. ſed ſi renuntiatio deficit quid coniecturis eſt opus? ſed illud aptius adduci poteſt ꝙ dicitur, in. l. itẽ apud labeonem. §. ait prætor. 2. ff. de iniur. & in. l. quicquid adſtringẽdæ. ff. de ver. & in. l. veteribus. ff. de pact. cum aliquid dici, vel ſcribi omittitur haberi tanq̃ꝫ neglectum: eſſe q; interprætationem contra ipſum faciendam qui legem apertius dicere potuit. quis nanq; caſus fortuitos: quis clauſulam guarẽtigiam: quis hippothecam, vbi ſcriptæ & renuntiatæ non appareant ſcriptas renuntiatasq; dicet? non obſtat. l. quod ſi nolit. §. quia aſsidua. ff. de dil. edict. quippæ motus ad actionem concedẽdam exempto cum red hibitoria actione extitit vlpian. quia videret in emptionibus duplam aſsiduê promitti. quæ eſt actionis exempto. qua conceſſa ſcilicet exempto venit id quod conuenit præſtari. & ſi nihil conuenit præſtantur ea quæ naturaliter in ſunt huius iudicij poteſta-

te.l.exempto.ff. de actio. emp.
Hac ratione dixit idem vlp.in.d.
§.quia aſsidua.In bonefidei iudi
cijs debere ea venire quæ ſunt
moris et conſuetudinis. vt rem
tradi:et de euictione teneri:et d̄
duple ſtipulatione.Aperte innu
ens,tunc demũ clauſulas conſue
4 tas haberi proſcriptis:cũ in con
ſequentiam alicuius per vene
rint actionis bone fidei: non au
tem regulariter in omnibus cõ
tractibus: nec cum venerint ab
extra:non ex actionis natura nec
cõtract.Ergo ſi ommittatur hip
potheca: ſi caſus non renuntien
tur fortuiti: ſi clauſula guarenti
gia ommiſſa ſit:et ſi de excuſsio
ne renuntianda nil dicatur:nec
de actione diuidenda ſcriptum
ſit: non habebitur proſcripto,
quicquid male noſtri dixerint.
Defenderitq; Olanus in Anti-
nomia iuris. littera .I. proce-
dit enim id in executione con
tractus publici.qui ex eo q, eſt pu
blicus habet iure Regio execu
tionem paratam tanq̃3 eſſet cũ
clauſula guarentiga.vt probat.
¶ NEC Quis putet inducen
dam.l.vlt.contra hoc. Cod.de fi
5 deiuſ.quam ibidem olim,Bal.in
ducebat: ſeu notabat in prin.et
in.l.huiusmodi. etiam in prin.ff.
de leg.1.item et in.l. ſiquis ſub-
conditione.ff.de cond. inſtit. ſi
credimus Iaſ.eum citanti,in.d.l.
certi.§.ſi numos.nu.24. Nec pu
tet quis inducendam: quia tex.
id non dicit,ſed contrarium. in
quit enim quia ſi pactis con-
uentis hoc fieri conceditur vſu
quotidiano ſemper hoc verſa-
ri aſpicimus: quare nõ ipſa legis
auctoritate hoc permittatur?
vides quomodo quod fieri erat
cõſuetum ad legẽ eſt redductũ?
ergo ſi nõ eſſet redductum,opus
eſſet conſuetudine,& propterea
facto.quia ex facto eſt conſuetu
do.l.vlt.C. que ſit longa. conſue.
l.de quibus.&.l.diuturno .ff.de le
gib.quod enim ibi annectit, vt
nec ſimplicitas ſuſcipicientium
cõtractus ex quacunq; parte poſ
ſit ius creditoris mutilare:id ip-
ſum probat.quia ne contrahen-
tes decipiãtur ignorantia tabel-
lionis clauſulam neceſſariam,
conſuetam q; committentis, lex
diſponit ꝙ habeatur proſcripta.
igitur,vbi lex id non diſponeret
nocuiſſet negligentia tabellio-
nis:et ommiſsio clauſulam con
ſuetam, neceſſariamq; ſcriben-
di,ſimplicibus contrahentibus.
¶ SED quod diximus procura-
torem ſimpliciter ad vendendũ
conſtitutum,poſſe in contracti-
bus clauſulas conſuetas appo-
nere quamuis in mandato non
habeatur Bald. & Angel. in. d.
l. Bene Azenone, alia ratione
procedit. nam cum aliquid con
cedi-

ceditur simpliciter: idquoq; tacite concessum intelligitur sine quo principale non valeret, l. 2. ff. de iur. omni iud. l. oratio. ff. de spon. l. item sic. §. qui habet. haustrum. ff. de ser. rust. præd. Sed fingamus procuratorem qui hoc posset, non fecisse: et esse absq; clausulis contractus celebratus: ausus eris ad firmare, haberi ipsas pro scriptis? Ergo et sine clausula constituti possessor ille esset, qui titulum haberet, sed non realem traditionem: quod absurdum, & ineptissimum est.

¶PROpterea ad aliud devenio: et videamus an tabellioni hoc licebit scribere in contractu quod contrahentes non dixerunt, eo quod dicisit consuetum? quippe vt diximus. Bar. et reliqui quos retuli in versi. sic et procurator simpliciter: respondent: tabelliones consueuisse ipsas scribere. sed id ꝓcedit quādo notarius simpliciter est rogatus ꝙ scribat: creditur enim rogatus ꝙ apponat cūctas clausulas necessarias et consuetas: pænas atq; sumissiones. Bal. in præd. l. vlt. C. de fideius. in prin. & in rubr. Cod. de reuoc. his quæ in fraud. cred. col. vlt. et in. l. ita demum Cod. de procur. nec nō in. l. huiusmodi. ff. de leg. 1. Specul. de instrum. editio. §. instrumentum col. 2. identidem et

6

Bal. in. l. 1. ad finem. ff. sol. matri. adfirmans in indiuiduo: debere notarium in instrumento dotis apponere obligationem expræssæ hippothecæ pro muliere dante dotem: etiam si ab ipsa id non petatur quia vulgo fieri ita consueuit. Nam quæ raro consueuerunt non poterit notarius simpliciter rogatus scribere in contractu. Bart. in. l. Seyo. §. medico occasione tex. ibidē. ff. de annuis leg. Ias. in. l. certi conditio. §. si nummos in. 4. col. num. 26. ff. si cert. peta. citans ad idem tex. in cap. quod translationem. versi. sæpe, de offi. delg. & in. l. preciarerum, iunctis notatis per Bar. ff. ad l. fal. Sed considera quod legatur contrahenti contractus vt recipiat, seu ipsum approbet: et erimus extra dubium. Potuit enim impartiri officium suum in substantiando negocio, publicæ vtilitatis ratione: quemadmodum đ iudice infra dicemus, in. 2. par. cap. 23. quod tractat de his quæ desunt aduoc. par. ꝙ iudex suppleat. quo perfecto atq; perlecto si placuerit erit, validum et approbatum a partibus. At fingamus nunq̄3 dictum neq; scriptum poterit ne postea consuetudine id admitti quod tabellio mētiatur dum scripturam impleuerit: non profecto vt supradixi atq; probaui.

¶QVA

¶ QVARE olim quendam carpebam notarium, accusabamq; in iuditio. quia vocatus vt scriberet mandatum Titio dandum ad testandum pro homine qui egrotabat: iuxta. l. nostram Tauri primam supra trigessimam: cum testatrix loqui articulate nō valeret, sed capite tātum annueret, idq; cum difficultate: multa scripserat a testatrice non dicta. cōsueta tamē dici abisqui articulate loqui possūt. videlicet quia licet egra corpore tamē sana mēte sum: item. quia virū meū multum diligo, estq; deme benemeritus. instituo eum heredem. Absit hoc scribi per notarium fidelem ac legalem. quia mentitur scribendo & instituendo. & consuetudo non releuat. nam ea est vbi loquitur articulatê testator: aut relationi descriptorū sibi factæ per notarium quando refertur consentit: idest quando scriptum recitatur. non autem in alio casu. item et si aliter fieret mala est: & euellenda. cap. mala auten. 8. distinct. & apaucis introducta. & idcirco non tenēda. Bar. in pred. l. Seyo. §. medico dudū a nobis citatus. nec defendendum est mendacium, vti dixi in repertorio. in verbo mendacium: eleganter de ipso scribens
7 ✝ vnde cū lege regia habeatur ꝙ si dederit mādatum ad testandū proprio ore exprimat nomen hæredis: testatrixq; eo tempore loqui articulatè non valeret: institutio nulla fuit per capitis annuitionem. falsumq; tabellio scripsit quando dixit ꝙ virum ipsa instituerat. quoniam debuit verbis fieri: quæ tabellio nō audiuit: scilicet nūcupationis proprij nominis vel appellatiui: vel demū indubitabilis signi, quod pene nihil a nomine prædicto distet. l. 9. Quoties. §. siquis nomē. ff. de hæred. instit. per quam. l. valde declaratur. l. iubemus. Cod. de testam. quæ de nomine tātum tractauit. sic præhab. l. regia. 31. per præhab. §. & l. regiam. 10. titu. 1. 6. part. quæ ei conuenit. vt nos aduertit satis prolixe Peralta in rubri. eod. titu. nu. 32. cum duob. sequi. Et Aluaradus de coniectura ta mente defuncti. lib. 3. cap. 2. §. 2. nu. 2. et. 3.

¶ NEC me moueram ex gl. celebratissima in. l. iubemus in verbo quemadmodū. C. de testam. quæ determinat valere institutionem, ad alicuius interrogationem factam: modo qui testatur, verbis institutioni consenserit. per. l. hac consultissima. §. at cum humana. Cod. qui testam. facere poss. quam post omnes ibidem, sequntur Bar. & item omnes in. l. hæredes palam. ff. de testam. vbi Angel. communem eam

eam appellat, et Boeri. decis. 35. in. 1. parte. identidem Alexan. in consil. 12. in. 1. quoq; parte. Est nimirum glos. falsa & contra tex. qui dicit: iubemus nomen hære dis, vel hæredum in sua subscrip tione, vel in quacunq; parte testamenti ponere. in quo innuitur ipsum personaliter debere nomen ponere. Et post pauca: sin autem forsitan ex morbi acerbitate: vel literarum impericia hoc facere minime potuerit: testibus testamenti præsentibus: nomen vel nomina hæredis vel hæredum ab eo nuncupari. ab eo dixit nó ab alio pro eo. quemadmodum et vbi litteras caluisset: deberet nomen scribere, nec sufficeret scribere per aliũ. Quod in fine manifestat in versi. quemadmodum: cum dicit: necesse est testatorem voce exprimere nomen vel nomina heredum.

¶ Sed nomen vel nomina non exprimit cum interrogatis dicit, sic: ergo falsa est glos. illa. Præterea additur tex. in. l. diuus ff. de milit. testam. ibi, ita locutus est vt declaret quem vellet sibi hæredem esse. Nam si dixeris q; declaratur per præhabitam dictionem. si: obstat huius tex. ratio in eo quod dicit: Nec vllorum magis interest quàm ipsorum quibus id priuillegium datum est eius modi exemplum non admitti. alioquin non difficulter post mortem alicuius militis, testes existerent qui affirmarent se audisse, dicentem aliquem relinquere se bona sua cui visum sit: et per hoc iudicia uera subuerterentur. Ecce ibi probatur: quamuis multum amet Imperator testamentorum obseruationem, authen. de nup. §. disponat coll. 4. l. in conditionibus primum locum ff. de cód. et demonstr. & hoc in testamentis militum multo magis quibus liberam concessit testandi facultatem. l. 1. ff. de mil. testam. At tñ constare prius velle testamentũ factum esse, hæredemq; institutum, & id per expresionem nominis actiue non passiue vt probant iura prædicta. l. iubemus. C. de testam. & præhabita lex diuus. quia interest ipsorũ testatorũ ne institutio aliter fiat. quia si talis est testator qui neq; scribere neq; articulatè loqui potest mortuo similis est, & falsitas in elogijs committitur. præhabita lex iubemus. versi. si enim. sed ille articulatè non loquitur qui tantũmodo respondet, si, & aliud non valet exprimere: ergo et testamentum nullum est: et est falsarius tabellio. quasi dolose in tam necessaria causa aliter versatus. d. versic. si enim. & versi. postremo legis, in fine. nec

exi

existimarem tot vicibus verba supradicta repeti a consultis: nisi vt id ostenderent quod dixi. nam & in. §. vltim. instit de testam. sic dicitur: siquis autem siue scriptis voluerit ordinare iure ciuili testamentum: septem testibus adhibitis et sua voluntate coram eis nuncupata: sciat hoc perfectissimum testamentum iure ciuili. firmumq; constitutum. nuncupata dixit text. et est oratio actiuæ vocis, vt ostenderet ipsius debere nuncupare, non pati nuncupationem. vt perspicuius probatur. in. l. hæredes palam. ibi. ita vt exaudiri possint nuncupandi sunt. ff. de testam. et clarius ibi. licebit ergo testanti vel hæredes nuncupare vel scribere. testanti dicit. vt in. l. iubemus neccesse est testatorem voce exprimere. Quare, cuncti qui tenent non sufficere nuncupationem factam a notario inter quos sunt Alberi. Bar. & ferè omnes in ipsa. l. iubemus. Cod. de testam. rectius dicunt quàm priores. & eis conuenit etimologia vocabuli testamenti nuncupatiui. & multo melius lex regia. 6. titul. 3. part. 6. quatenus aperte dicit. Deue el hazedor del testamento nombrar a aquel a quien quiere establecer por su heredero diziendo: fulano quiero que sea mi heredeo. Quæ enim aliter fit nuncupatio ad interrogationem notarij suggestio magis est quàm voluntaria nuncupatio. text. elegans in. l. 1. §. in causa. versic. qui quæstionem. ff. de quæstio. Qui quæstionem habiturus est (inquit) non debet spetialiter interrogare an Lucius Titius homicidium fecerit: sed generaliter quis id fecerit: aliter enim magis suggerentis quám requirentis videretur. et ita diuus Adrianus rescripsit. Hæc ædepol est ratio quæ mouerat imperatores et consultos vt nuncupationes heredum ab ore testantium desiderarent, non ab alio suggerente testatori hæredem. Nec hoc corrigit authen. Et non obseruato Cod. eo. titu. cum inquit. Et non obseruato eo subuenitur testamentis: si ue per se siue per alium quis inscribat nomen hæredis. Procedit enim authen. in testamento in scriptis vt ibi aduertit glos. & Roderic. Suarez in prædicta prima allegatione fol. 124. versic. nam hoc non probat. qui quoq; citat text. in. §. quia vero ante hanc legem in authen. vt spon. largit. coll. 9. & mihi probat tex. in. d. authen. et non obseruato, quatenus dumtaxat tractat de nominis hæredis inscriptione, & non denominatione seu eius nũcupatione.

¶SED

¶SED si vellis hanc falsam cómunem tenere, tutari seu defendere. † Dic tantummodo procedere in testamento nuncupatiuo. quia in testamento condito in scriptis id nõ sufficit: cum possit in manu habere notarius aliam Chartam quàm testamentum defuncti. Ioann. Andre. super specul. titul. de testam. §. in primis, & alij Doctores quos citant Matthæ. Afflict. in decis. 143. vtrum testamentum num. 3. et Suarez in alleg. 1. fol. 124. & alij ex multis quos referam confestim. Item in nuncupatiuo. Dum modo testator articulatê valeat loqui dum interrogatur per tabellionem de hærede: quia si articulate loqui non valeat similis est mortuo. d. l. iubemus. versi. Si enim. et ibi Alberi. Papien. Bar. et omnes Doctores præsertim Ias. num. 1. Et Suarez vbi supra. Couarru. in capit. cum tibi, num. 4. de testam. & Gregorius in d. l. 6. titu. 13. part. 6. tradens cũ Ias. in d. num. 1. quando quis loqui articulate dicatur ex Angelo in d. l. iubemus. et ex Alexan. in consil. 33. in 3. volumine. 4. col. incipit consilium Ponderatis verbis vltimi testamenti. cui addendus est Sucin. in consil. 20. libro. 4. Item et secundo. dummodo de suggestionis, timore et de fraudis suspicione non constet. Sed quod testator libere ac deliberate testari voluit. Secus si testator grauiter ex morbo laborans interrogatur a notario qué ipse non vocauit. Paul. Castren. in. l. hac consultissima. §. ad cum humana fragilitas Cod. qui testam. facere poss. Corne. consil. 73. lib. 1. colu. penultim. et in consil. 261. col. 8. lib. 4. et consil. 232. volum. 1. Sucin. in. l. 1. §. siquis ita col. 1. & ibi Ioan. Crotus. ff. de verbo. oblig. Alexan. consil. 12. lib. 1. et ibi Carol. Moline. Boer. decisi. 35. Aymon. consil. 17. Zasi. consil. 3. lib. 1. num. 37. Carol. Ruin. consil. 8. num. 9. volu. 3. Anto. Imol. & Barbati. hic col. 3. iste col. 2. in cap. cum tibi supradicto. dicentæs hunc intellectum communem esse: quemadmodum testatur Couarru. ibi, in. d. num. 4. citans quoq; Rom. consil. 203. col. vltim. vol. 2. et Suarez in prædicta allega. 1. fol. pen. Quod vltimum an verum sit tuipse di iudica, qui cernis, quasi nusquàm testatorem vocare posse notariũ, quia infirmitate grauetur.

¶DIC igitur † satis esse q; de voluntate testatoris tabellio sit vocatus. nam est idem ac si ipse eum vocasset. quia omnia nostra facimus quibus actoritatem nostram impartimur. l. 2. §. omnia nostra Cod. de veteri iure enuclean. Pariter sufficiet si absq; mádato testatoris tabellio sit vocatus: modo ipse vocationem ratam

tam habeat:quia ratihabitio re
trotrahitur et mandato compa-
ratur.l.ratihabitio. ff.de reg. iur.
Sic intellige cunctos doctores
quos paulo ante citaui,affirman
tes:non valere testamentum,vbi
de suggestione,& aliqua illibera
litate constet testatoris circa te-
stamenti confectionem:quia te-
stator grauiter ex morbo labo-
rans interrogetur a notario quẽ
ipse non vocauit.Etenim adden
dum est,nec vocare fecit:nec ha
buit ex post facto ratam vocatio 10
nem.quia ex tribus vnum suffi-
cit.vocare quidem et hoc est si-
ne scrupulo.item facere ꝙ alius
vocet:et hoc poterit vllam ambi
guitatem habere:non circa vo-
luntatem testandi,sed circa hæ-
redis institutionem. Vltimum suſ
pitione existit plenum,tam volũ
tatis testandi,quàm hunc vel il-
lum hæredem instituendi . Pro-
pter quod est necessarium ꝙ arti
culate loquatur:et integram ha
beat memoriam.Sic intellige Al
beri.Papien.Bar.et cunctos om-
nes in.d.l . iubemus. Cod. de te-
stam.qui adfirmant debere te-
statorem loqui articulatê, vt te-
neat institutio ad interrogatio-
nem notarij facta. vt tenuerunt
Angel.et Imola in . l . aduersa.ff.
eod.titu.Angel.in.l. in fraudem.
§.sicut.ff.de testa.mil.Rom.cons.
206.proposita cõsultatione hoc
solum quæritur.& Angel.in prin.
prin.instit.eod.tit.col.vlt.ex quo
manifestissimê constat,testamẽ
tum eius qui habet linguam in-
grossatam , & incipit Balbutiri
nullius esse momẽti. prout Ang.
voluerat in.d.l.iubemus.Cod.de
testam.Alex.in consi.3.in.3. vo-
lu.col.4.idem Ang.post glo.fina.
in verbo non potest.Imol.et mo
derni in.l.mulier.ff.de verb.obli.
asserentes,testatorem Balbutiẽ-
tem non posse facere testamen-
tum.vt in ipsa.l . iubemus . licet
pôsit stipulari vt ibi.†Sederit de
claranda isthæc adsertio:et adcũ
casum omnimodo restringenda
in quo constet,non vocasse testa
torem tabellionem:nec mandaſ
se ꝙ sibi adduceretur ad testan-
dum.Item in ea spetie erit quoq;
intelligenda vbi ad alterius in-
terrogationem et suggestionem
vt supponimus in spetie supradi
cta sit facta institutio hæredis.
Nec isti repræhensionem mere-
buntur qua carpit ipsos Ias.in.d.
l.iubemus col.1. adfirmans non
esse differentiam inter testãtem
et stipulantem.quia sicut stipu-
latio fieri potest (inquit idem)
lingua Balbutiente vt notat glo.
in.d.l.mulier.ff.de verb.sic et te-
stamentum.l. quoniam indignũ
Cod.de testam.Profecto Ang.et
Imola non differunt a Ias.quan
quàm ipse ostenderit se illis op-
positum atq; cõtrarium. Quia si
cut stipulatio fieri per balbutien
tem

tem potest, modo intelligatur id quod loquitur: sic per testatorem Balbutientem fieri potest testamentum modo intelligatur institutio. verumtamen ad hoc vt intelligatur quod dicit, debet qui testatur voce heredem nuncupare. prehabita. l. iubemus, & alia iura citata. quemadmodum et minor Balbutiens maior ve interrogat cum stipulatur. vt in. d. l. mulier. non sic si Balbutiens se alicui obligasset ad interrogationem alterius. et id præsertim si ex eo quod esset in discrimine vitæ constitutus propter morbi grauationem in cæpisset balbutiri. Tunc enim eandem solemnitatem exigerem in promissore quam postulo in testatore. nempe quod ad id rogasset stipulatorem, ratum ve habuisset aduentum eius ad id et postea in cepisset balbutiri, vt de testamento adfirmo. Non obstat. l. quoniam indignum, in qua Ias. in ipsa. l. iubemus valde innittitur, dicens sufficere quomodocunq; constet testatoris verba testes intellexisse validum esse testamentū: nam est verum si loquatur verbo actiuo, vt est instituto: non vero si pasiuo aut responsiuo: vt est cum inteterrogationi responderit dicens, si, ad in terrogationem alterius: nisi tamen cūcta quæ dixi præcedant. etenim præhabita lex quoniam, de aljis verbis tractat vtiq; non passiuis, sed inflexis vel directis. vt sunt facio, instituo, volo, vel mando quorum differentia quo ad irritationem testamenti magis vanitatis sunt q̃3 vllius vtilitatis: sicū per hæc explicite declaretur volūtas testatoris qualis fuerit. Sed lex iubemus loquitur de actiuis et de pasiuis, inter quæ valde magna est differentia. cum in vltimis fastidiosa interrogãtis suggestio ad sit. d. l. 1. §. qui quæstionem. ff. de quæst. Alberi. papiens et omnes in ipsa. l. iubemus. Sua. in præd. alleg. 1, cum omnibus supra citatis.

11 ¶EX quo † capis quanto sit inutilius testamentum balbutientis, qui non responderit, si, sed capite ad interrogationem annuerit, q̃3 eius qui dixerit si. Nam et si voluntas exquirenda est testatoris. l. in conditionibus. ff. de cond. et demonstr. l. hæredes palam. §. sed si notam. ff. de hæred. inst. l. proculus. ff. de verb. sig. & auth. de nup. §. disponat. coll. 4. Et idcirco legari posit nutu. l. nutu. ff. de leg. 3. At tamen, quia sine verbis nemo dixisse existimatur. l. labeo. ff. de suppellect. leg. (actiuis scilicet, vel pasiuis, declaratis vti supra dictum est) testamentum nullum est, nec hæredis institutio, quamuis testator articulatè loqui valeat: quia testamentum nutu factum nullū

 erit.

erit.et nutu est testamentum factum cum capite tantum annuitur. Quod bene præsensit Præses in cap.cum tibi.nu.4.extra de testam.quando dixit:satis enim erit si ad interrogationem alicuius nominantis hæredem, testator respondeat, verbis se ita velle.citans glo.in.l.iubemus,communiter receptam, vt fatentur Cyn.Ange. & Ias. ibi, post alios col.pen.&c.et iterum dum prius dicit,debet enim hæres ore testatoris nominari.l. iubemus.C. de testam.Paul.in.l.hæredes palam.& probatur.l.regia.6. citata ab ipso præside.tit.3.par.6.nã verba nominationis lex perpendit: quam vtiq; testator fæcisse non potest dici cum alius nominat: quoniam alius est qui nominat. l.aliud est vendere, & aliud vendenti consentire. ff. de reg.iur. Quod obsecro notãdum ex prædicto summo præside. Nam habet authoritatem non minimã. & multi existimassent voluisse ipsum contrarium in verbis supra relatis. Nec quem mouerit contra hoc,quod additur in prædicta.l.labeo:nisi forte etcos qui loqui non possunt, conatu ipso, et sono quodam,et in articulata voce dicere existimamus. In legato enim id dicitur quod potest nutu relinqui.l. nutu. ff. de leg.3.& nuda quoq; tolli voluntate.l.3.§.vlti.ff.de adimen.leg. non vero in institutione,vbi è cõtra tex.vult articulate ipsum loqui.præhabita.l.iubemus cum alijs supra citatis. & quod loquitur articulatê nõ obiter dictum esse.l.diuus.ff.de mil.testam.Propter quod recte tabellionem repræhendimus qui occasionem nobis dedit punctum istum scribendi.

¶QVA propter in hoc loco cõueniens erat inferre ad eas quæstiones quæ tractant, vtrum pro vno furto enormi fur sit furca suspendendus? et vtrum is qui ciuilia (vt ita loquar) commiserit delicta tria, criminaliter sit castigãdus: debeatq; propterea interfici? Sed quia longior est materia quàm ꝙ possit illatione interprætari: multoq; elegantior quàm hæc de qua existit tractatum: ad proximũ cap.remitto uos, quod totum his quæstionibus complectitur,& alijs sibi similibus.

12 ¶SED videamus† an sit consuetudo laudanda vel possit iniqua appellari, qua clerici frequenter vtuntur, de bonis intuitu ecclesiæ lucratis libere testando ac disponendo? nam cum in cap.relatum.2.extra de testam. illa consuetudo approbetur et laudetur, quæ clericis testari permittit in pios vsus: aut in præmium alicuius ministerij sibi exhibiti dum viuerent a suis ministris

ſtris et famulis, videtur generalē excluſiſſe conſuetudinem, iuxta regulam. l. cum prætor. ff. de iud. & cap. nō ne extra de præſump. quarum infra latiſsime ego diſſero, in tract. de ſtilio curiæ. cap. 22.

¶ QVARE ꝙ non valeat tenent Rochus Curtius in cap. fin. de conſuet. fol. paruo. 49. col. 4. Doctores in præhabito cap. relatum. & in cap. cum in officijs extra de teſtam. & in cap. vlt. de peculio cleri. Abb. in cap. cum eſſes in relect. in. 14. col. de teſtam. Frācus in rubr. eod. tit. lib. 6. col. 32. Barb. in tract. de preſtan. Card. 1. parte quæſt. 4. Ioann. Maior, in 4. ſenten. diſtinct. 24. q. 20. Angel. in verbo, clericus. 2. §. 13. Syluest. in verb. clericus. 4. q. 2. Alua. Pelagi. Archidia. & alij, quos cumulat ſupræmus Preſes, appellans magis cōmunem, in cap. cū in officijs, num. 9. col. 2.

¶ QVOD vero teneat et valeat exiſtimat Hoſtiens. in cap. vlt. col. 2. de pecul. cleri. Faber in §. his vero inſt. de rer. diuiſio. Palud. in. 4. ſenten. diſtinct. 15. q. 3. art. 6. Florenti. 3. par. tit. 10. cap. 3. §. 14. Guido Pape dicis. 115. Guillel. bened. in cap. Rainutius, in verbo et vxorē, nu. 164. extra de teſtam. Ioann. Andre. in reg. nemo plus. de reg. iur. lib. 6. Ioann. Gallus. q. 139. ad fin. in. 6. & alij quos refert Philippus probus in cap. preſenti. de offi. ordin. lib. 6. teſtante hoc dicto preſide, in loco dudum citato, col. 3. ad initium. In quiens his textum adſtipulari in cap. cum tibi extra de verb. ſig. vbi Abb. ex eo tex. idē probat. et eſſe tex. egregium in extrauaganti ſuſcepti regiminis Ioannis. 22. de elect. in quo habebetur valere cōſuetudinem qua inductum ſit, fructus beneficij vacantis per tempus aliquod ad defunctum pertinere. ex quo infert dictus Præſes: eadem ratione qua ideffici poteſt, poſſe effici vt de ijsdem teſtetur, et relinquat ea hæredibus. Nam ſi cum Pannor. dixeris in cap. cum in officijs, ex hoc quod dictum eſt præiudicium ſucceſſori inferri, cui bona prædefuncti, ex redditibus eccleſiæ pertinent acquiſita. cap. præſenti. de offi. ordin. lib. 6. & cap. relatum. 2. eod. tit. de teſtam. pariter infertur preiudicium ſuceſſori in præd. extrauaganti: et tamen ſubſtinetur ibi præhabita conſuetudo. Eandem (vltra hanc ſatiſfactionem quam èdocuit dictus preſes vbi ſupra) Paulo ante defendit idem Preſes: ex eo ꝙ animaduerterit bona iſthæc data clericis, ab alijs ſeparari ad fabricā cōſignatis, & ad

vestes, et ornamenta ecclesiarū quasi habeant ab alijs diuersam naturam. conditionemq; bonorum. Et quia tacite approbata sit per principes totius orbis. Pōtifices et Cardinales. Episcopos & seculares. Nam ex presim lege lata consuetudo predicta approbatur penes nos. Pincie scilicet anno. 1523. in commicijs totius Regni. cap. 47. Id quod etiā Galli obseruant, quemadmodum gl. testatur, in prag. Sanct. tit. deannatis. §. item quod. verbo, adquisitos. Maxime quia vt Preses ait: consuetudo cuius inicij memoria hominum non est (vt est isthec de qua loquimur) idem efficit q̄ principis licentia et preuillegium. l. 3. §. ductus aque. ff. de aqua quotid. et estiua cap. Super quibusdam. de verb. sig. & cap. 1. depres. in. 6. Vnde cū resoluerit ibidem, nu. 7. vers. vltimo hinc potest deduci: per Pontificem concedi posse licentiam clericis testandi libere: (cōtra Abb. atq; alios de quibus infra meminero) recte ellicit, id ipsum prescribi posse prescriptione immemoriali habente vicem tituli.

¶ EGO vero ad questionis decisionem vellem vos animaduersos: eundem ipsum presidem, in ipso eodem cap. cum in officijs, nu. 2. sic incæpisse notare, ac dicere elliciendum: Primum inquit exactè ac deligenter (scilicet notate) clericos beneficia habentes ex eorum redditibus, eos tantum expendere posse, qui ad eorum honestum victum vestitum, Cæterosq; vsus neccessarios, aut congruos sufficiant. cap. fin. 12. q. 1. et cap. videntes. ead. q. et inprin. 44. dist. Tibi o sacerdos inquit Hierominus viuere de altari permittitur. non luxuriari. Bona etenim ecclesiarum sunt proprium Christi patrimonium. cap. cum exeo, de elect. lib. 6. notant Felin. et Deci, in cap. constitutus, derescrip. Hinc Diuus Bernar. epistola. 2. scribit hoc: deniq; quic quid preter necessarium victum, ac simplicem vestitum de altario retines, tuū non est.

¶ DEIN de ait: Secundo hinc infertur, clericis omnino permissum esse antiquis canonibus, reditus ecclesiasticos qui ad præfatam congruam substentationē neccessarij nonsint: in optima vel aduersa valetudine, in pios erogare vsus. iuxta illud Luce. 1. Quod superest date pauperibus cap. fin. 16. q. 1. cap. Cassellas. cap. episcopo. 10. q. 2. Noua enim lex. (inquit prehabitus summus preses) dedandis decimis ecclesiæ ministris, ex eo iustitiam præsefert, quod procongrua ministrorum substentatione, & pro pauperibus alendis, datur ipsa decima

ma fructuum pars. Caiet.in.22. quest.87.arti.1.et quæst.185. arti. 7.cap. decimæ.& cap.fin.16.q.1. ¶SED nec istis est cōtentus Couarru.nā prosequitur sic dicens: tertio ex eadem ratione apertū fit clericum habentem beneficium ecclesiasticum, posse libere disponere de illis redditibus qui essent neccessarij ad eius honestum sumptum, inspecta cuiusq; qualitate: si eos præcipuos is habeat, qui aliū de victum et neccessaria sibi ministrauit. Hæ etenim pars bonorum ecclesiasticorum ministris, per canones antiquos constituitur.cap.ecclesias. 13.q.1.tex.et ibi Abb.in .c.de his de ecclesi.benef. Thom. in.22.q. 185.arti.7.in respon.ad secundū. Ioann.Mayor in.4.sen.distin.24. q.17.&.q.20.Et idem ipse dicerē in his reditibus Ecclesiæ & beneficij quos dignissima mercede industriæ & laboris impensi in ecclsiæ regimi ne recipit ipse qui ecclesiæ curam gessit.ex Bolognino, in Anani.consi .87. vbi ipse Anania hoc ipsum probat.

¶QVID nisi, ꝙ idem preses hanc materiam prosequutus, versi.quartum quod ex præmissis: dum disputat an clericus beneficiatus qui vltra sibi neceßaria, reditus sui bene ficij in vsus profanos expēdit mortale crimē cōmittat: simulq; vtrū ad restitutioné teneatur cōsumptorū? dixerit post citationem multorum qui censent restituendos: Sed hæc atq; alia á dictis doctoribus adducta, cōtendunt frequētius vt si illicita hæc ecclesiasticorum redituum distributio: nō tamen vt sit restitutio neccessario facienda. Quasi approbet expræssim eos peccare clericos qui fructus beneficiorum male expēdunt in profanis, licet ad restitutionem eos non damnet. Quod præterea manifestat cum reddens rationem sic dicit: præterea redditus ecclesiastici qui supersunt vltra ministrorum victum alieni dicuntur non proprie, sed ex quadam metaphora eo ꝙ pauperibus essent erogandi. quod authoritate Hieronymi comprobatur. is etenim scribit, bona ecclesiarum dici bona pauperum, quo ad debitum, quia eis debentur: non quo ad dominium, nec quo ad proprietatem. Sicut refert Cardina. a Turre Cremata, in cap. videntes, num.2.12.quæstio.1. Prosequitur et dicit: Canon autem primus.12.quæstio.3. id tantum probat: adquisita ex reditibus ecclesiæ aut beneficij ad ecclesiam pertinere, quod omnes cōcedunt. Nec inde sequitur, prælatum reditus sibi designatos per luxuriam consumentem ad restitutionem non teneri. Quā

ob rem, licet concedant hanc consumptionem absq; mortali crimine non fieri, negant tamen restituendi obligationé. Thom. et Caiet. 22. q. 185. arti. 7. Præpo. in suma. 44. dist. col. 5. Tho. quod lib. 6. arti. 12. Sylueſt, in verbo, clericus. 4. quæſt. 20. & in verb. restitutio. 3. q. 5. Adria. in. 4. senten. c. incip. pro clariori. 4. conclu. Ioã Arbore. in Theosophia part. 1. cap. 25. ad finem. & Ioann. Driedon. de libert. Christiana. pag. 199. quorum sententia benignior est (præhabitus preses inquit) et nostris hisce temporibus admittenda ex totius Christiani orbis consuetudine, qua plurimum adiubatur.

¶ SED QVID recitando moramur? ipse idem in versi. quinto ex principali. num. 4. in præhabito cap. cum in officijs extra de testam. colligendum dicit.

130 In quotidianis distributionibus ecclesiastici beneficij id animaduertendum esse, vt earum dominium ad quisitum céseri debeat habenti beneficium et eas percipienti. per tex. in cap. vnico de cleri. non residen. in. 6. ad fin. & ibi Dominic. & Frãcum. Guillel. Barb. & alios quos ibi licebit videre. Quasi in reliquis sit secus quem admodum in prædictis plane sensit, expræssim q; decreuit.

¶ ET IN num. 5. sic ait: Sexto ex his constat ratio decretalis ad hæc, isto tit. qua probatur: clericum posse, etiam in egritudine constitutum causa donationis inter viuos, reditus ecclesiæ in piam erogare causam: modo in hac donatione moderamine vtatur, si ex ea egritudine decedat. Sed si in bona valetudine velit in pios vsus aliquid expendere de bonis mobilibus id agere poterit libere nulla præ finita quantitate. Quod etiam probatur in cap. quia Ioann. iuncta gl. 12. q. 5. notant Abb. Anchar. Imol. et Barb. in. d. cap. Ad hæc, vnde oportet a viuente fieri traditionem horum bonorum quæ sic donantur. Barb. in. d. cap. ad hæc col. 2. Nonne hic sepe repetit præhabitus sumus Præses, in pios vsus? ergo negat in profanos.

¶ SED EXpecta eundem ipsũ, audiq; quod illico ibi dicit: Septimo, clericum beneficium ecclesiasticum habentem: proprio testamento non posse disponere de bonis occasione ecclesiæ adquisitis. tex. in hoc capitulo, cũ in officis: etiã si illa bona acquisierit occasione reditus ipsius beneficij. tex. in cap. relatum, 2. isto titul. vbi Abba. idem Abb. latius in cap. cum esses, eod. titu. in lect. nu. 23. cuius opinio omnium consensu recepta est, inquit

om

omnes etenim iuris vtriusq; professores hoc verum esse iure fatétur. licet Palud. in. 4. sen. distinct. 15. q. 3. arti. 6. clericis permittat libere testari de reditibus beneficij. quod manifeste conuincitur per dicta iura, et communem sententiam. quæ procedit, non tantum in reditibus collectis ex beneficio: sed etiam in rebus emptis pecunia que ex eisdem reditibus fuerit collecta. Barb. in cap. in quirédum, de pæcul. cleri. nu. 7. Stephan. Bertran. cons. 58. vol. 2. quod probatur. (inquit ipse idem præses) in cap. relatum. & in hoc capitulo. et id passim sétire vidétur Doctores.

¶ IGITVR qui docet. (epilogata materia) clericos ex reditibus beneficiorum tantum expédere posse quod sufficiat ad ipsorũ honestum victum et vestitum, ad ceterosq; vsus congruos et neccessarios, et quod superest, licere in pios vsus erogare: et qui docet, tunc posse libere de fructibus seu reditibus disponere, cum se alunt aliunde: id q; ꝙ distribuunt atq; id de quo dispo nũt si aliunde nó se alerent erát in propios vsus cõsumpturi: ita vt si vltra distribuant ad vsus tamen profanos, mortale crimen incuriát quamuis ad restitutionem non teneantur faciendam. Et dum moriuntur teneantur quas fecerint donationes in pios vsus cum moderamine facere: nec se posint excusare si iam reditus non sint de quibus in testamento disponunt, sed de bonis occasione redituum acquisitis vel ecclesiæ: nec habeant ius disponendi libere vt voluerint, præterq̃; de quotidianis beneficij distributionibus: quia ecclesiarum bona patrimonium christi sunt: quo pacto ê regione docet, his posse põtificé priuilegio derogare: et idcirco id ipsũ posse cõsuetudo inmemorialis si cõsuetudo est iniqua. nonne euellenda est iniqua? est vtiq; vt im prin. huius capituli docui. tátoq; deteriora & grauiora sunt peccata quanto diuitius in felicem animam habét alligatam, nec minuit quidem diuturnitas pecatum sed illud magis auget. cap. non debet de consangui. & affinit. cap. fin. de cõsuet. et quid nisi ꝙ ecclesia non patitur consuetudinem etiam immemorialem contra se sed eã repellit, quo ad bona. cap. pæn. extra. de consuet.

¶ Quomodo ergo quæ animã respicit tuebitur ac defendet destruendam: si bona (vt fertur) ecclesiæ patrimonium christi sunt cap. cum ex eo de electio. Felin. Decius & alij in cap. constitutus de rescrip. quomodo in profanos vsus quin pecetur cõuertentur? quod si absq; peccato cõuerti in vsus profanos non possunt vt cõ mu-

muniter resoluitur: & notauit summus præses vbisupra quāuis restitutioné negauerit: quomodo hoc peccatũ defēdetur consuetudine:cōtra tex.in cap.pē.& fin. extra de cōsuetudine? quod autem ita consumendo crimen mortale incurratur ex Hieronimo colligitur dicēte. aliena rapere cōuincitur, qui vltra neccessaria sibi retinere probatur .in .§. ordinādus.42. distinct. per diuũ Tohm.21.q.43.arti.8.Alex.halés 3.par. quest.36.mébro.5.Gabriel in.4.distinct.15.q.8. florentin.3. par.tit.15.cap.1.§.19.Ioann.Maiorem distint. 24. quest. 17. dicentem esse hāc cōmunem opinionem.Quā tādē probasse Paludanũ in.4.distinct. 24.q.3. arti. vlt. asseuerat Couarru.in prehabito c. cũ in officijs extra de testam. nu.3. versi.quartũ quod ex præmissis inquiens suffragari tex.optimũ in cap.Episcopus. 12. q.1.& in cap.1.12.q.3.Et pulchrê diuum Bernardum Epistola. 42. col.3. qui verba huiusmodi scripsit: clamant pauperes, nostrum est quod efunditis:nobis crudeliter subtrahitur,quod inaniter expēditis. Addit præhabitus summus præses:huic opinioni accedunt Abb.in cap.cum secundum, de præben.3.col.Archidia.et Domini.in summa.44.distinct. Felin. incap.postulasti,nu.6.de rescrip. Et in cap.de quarta.nu.33, extra de pres.nec nōn Anton. Burgos. in.c.1.nu.28.de emp.& vēd.quo modo vero non teneatur restituere qui de alienis disponit nō intelligo. nam quod nostrum est sine facto nostro a nobis auferri non potest. l. id quod nostrũ. ff.de reg.iur.& species furti est de alieno largiri:& beneficij, debitorem sibi acquirere: vnde et is furti tenetur, qui ideo rem amouet vt eam alij donet. l. si pignore. ff.de furt. Nam si dixeris,improprie bona sunt pauperum de quibus beneficiati largiuntur:(quoniam domini non sunt, sed sibi debetur superfluum:quemadmodum ex Hieronimo notauit Cardi. a Turre Cremata in cap.videntes, num. 2.12.quæstio.1.)nemo dicet fraudatos non esse pauperes spe; prædicta certissima, quæ in considerationem venit.l. spem. Cod. de don.l.fin.§.sin autem subconditione, Cod. commu. de leg. Cum ad ipsorum commodum, non autem ad vsus profanos Christus cuius patrimonium est quiq; penitus religiosissimus & in nihilo profanus pattimoniũ destinauit.

¶ Durius argumentum est quod considerauit summus Præses in præhabito cap.cũ in officijs nu. 7.versi.vltimo hinc potest deduci:in quo versi.ait:ipse cōsidero bo-

bonorum ecclesiasticorum administrationem ipsi romano Pōtifici & eius canonicis, constitutionibus cōmissam esse. cap. venientes, & cap. percepimus. 12. q. 1. quibus quidem canonibus separatim ab ecclesiæ ærario conceditur episcopis et clericis ecclesiarū ministris, certa ex reditibus eclesiasticis portio. cap. de reditibus. cap. mos est, & cap. sancimus. 12. q. 2. Thom. 22. q. 185. arti. 7. & quot lib. 6. arti. 12. Ad hec accedat etiā ꝙ prohibitio testādi clericis inducta est iure humano, quod cōstat ex hoc capitulo et alijs, que in præcedentibus cōclusionib. adduximus: alioquin si iure diuino esset prædicta prohibitio inducta, non posset permitti vllo pacto dispensatio romani Pontificis. quā Abb. Frācus & alij passim cōcedūt, sicuti probaui in epitome de spons. 2. par. cap. 7. §. 9. nu. 4. q, si Papa dispensare potest &c. Hactenus præhabitus summus preses arduā difficultatem opponens. cui illud adstipulatur, quod collegeram ex Bal. in cap. vlt. in. 7. col. extra de consuet. ex alijsq; quos congessi infra in. 7. cap. versic. quinimo. num. 14. qui adfirmauit: nullum ius esse mere positiuum quod consuetudine mutari non possit. nam contraria dispositione mutabitur. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. verum tamen si cōsideres non est ius mere positiuum de quo loquitur tex. in cap. cum in officijs extra de testam. Sed potius declaratiuum iuris naturalis. Propterea tex. inquit: cum in officijs charitatis primo loco illis teneamur obnoxij, a quibus beneficium nos cognoscimus recepisse. Et reliquis intersectis: nos indemnitati ecclesiarum prouidere volentes: siue intestati decesserint: siue alijs conferre voluerint pænes ecclesias eadem bona præcipimus remanere. Audis quomodo deciderit Romanus Pontifex nisus in ratione naturali? Ergo id circo prohibuit alienationes testamenta q; prædicta ecclesijs præiudicatura: quia ab ecclesijs clerici recipiunt beneficia & eis correspondere tenentur iuxta. l. sed et si lege. §. consuluit. ff. de pet. hæred. Et quia vt ego supra ostendi bona ecclesiæ non sunt clericorum, præterquàm ad ipsorum substentationem. Et sunt Christi patrimonium: qui existit religiosissimus damnans penitus profana. Qua propter licet fateor præhabiti patrimonij Pontifici et canonicis administrationem esse concessam, seu commissam: id fatebor iuxta præceptum mandantis. l. diligenter. ff. mand. sed qui mandat seu concedit religionum Princeps est, & qui profana non amat,

nec edificia animosa. hæc enim nõ includuntur sub nomine pietatis. Bal. in auth. in gressi. nu. 19 Cod. de sac. sanct. eccles. sed nos pauperes precepit diligeremus: Ergo sine causa et illa maxima non valebit summus Põtifex concedere licentiam ꝙ clericus de bonis sui beneficij libere possit testari etiam in profanos vsus. Abba. in relect. cap. cum esses nu. 30. extra de testam. Barb. in cap. cum in oficijs col. 5. eod. tit. Franc. in Rubr. eod. tit. lib. 6. col. 32. Propterea nec predicta cõsuetudo generalis valida est, quia rationi naturali, legiq; vel dispositioni contraria. cap. vlt. extra de consuetu. quia demum causa illa legitima testandi in vsus profanos, cunctis clericis non valet adaptari: & vnus non potest sibi inducere consuetudinem: nec est contra quem prescriptione procedatur. De quo latius infra hoc libro. cap. 8. vers. ergo quod ibidem. nu. 41.

14 ¶ Sed † quod fertur tenere doctores cõmuniter (cuius memini in versi. sed expecta) id quod occasione fructuũ seu redituum beneficij est adquisitum alienari libere non posse, in testamẽto per clericum beneficiatũ existimo temperandum. Quid enim si per industriam acquisita sint non pauca cum fructibus beneficij Quod industria est nẽ acquisitũ de beneficio esse dicetur? Dic ꝙ non. Sed tamen occasione beneficij iuncta industria non negabitur quæsitum. et hoc est quod nostri dicunt libere alienari per testamẽtum non posse. Sed nec mihi oberit hoc. quia etiam de dote (quæ faborabilis est. l. 1. ff. de dot. promiss.) tractando, res empta ex pecunia dotali non efficitur dotalis. l. ex pecunia. Cod. de iure dot. Nec fructus dotis acquisiti per maritum ab vxore vẽ dicantur, si industria propria acquirantur. quem admodũ post Bar. in. l. et ex diuerso. ff. de rei vẽ. §. vbi autem: et post Abb. in cap. grauis extra de restit. spoliato. reliqui omnes notãt. Nam depositarius si non fallor. (vt alibi quoq; probaui.) non tenetur restituere quod fuerit cum deposito acquisitum ea ratione, quia generis depositarius non clausi neq; signati, effectus dominus est: nec id ipsũ quod extitit sibi depositum, sed tantundem tenetur restituere deponenti. l. in naue Saupheli. ff. locati quaproter consumere potest depositum vt ibi, Sed non morosus ostendi in depositi restitunione: ex mora enim delinquere iam incipiet. l. 4. Cod. depositi. Vnde est ꝙ dicitur in. l. incendium Cod. de. reb. cred. alias si cert. pet. incendium ære elieno non exuit debitorem Nam cum sit debitor generis in cen-

cendio non liberatur ruina neq; naufragio. nec alio casu fortuito vt aduertit ibi Accurs. Igitur si quia genus debet non liberatur per casum sed imminet sibi periculum: consequens est ne quod acquisierit cum genere vllo restituat. Quamuis contra hoc tractãdo in depositario collegerim ex Archiepis. Floren. in confesionario par. 2. super octauo precepto Decalogi. Azpilcueta tamen Nauarrus: in manuali confessorum. cap. 18. super septimo decalogi precepto, super questione quid restituetur? incipiẽ. Lo segundo. Disertissime distinguit rem fructuosam apecunia. Ex inde inferens non esse restituendum quod acquiratur in dustria, quod mihi procedere exeo videtur ꝙ de spetie ad genus differẽtia cõstituatur magis q̃3 ex refrutifera. Quid enim si pecunia in saculo deponeretur signata? Delictum profecto in deposito cõmiteretur. l. 1. §. siquis tabulas, &c. §. si cista. ff. depositi. merito cum non iure, manus pecuniæ applicauerit non iure aliquid ex pecunia deposita retinebit, nec exalio genere tradito sibi in spetie. Et hoc presertim si adomino repeteretur Lucratũ rei depositæ. Etenim si in restituendo non fieret vlla mora, Sed dominus forte ignorasset id quod depositarius fecisset: aut sciens facto consensisset restitutione non grauarem: eo ꝙ damnum aut iniuriam non reciperet depositarius. Nec nocebit quod dicitur in. l. 1. §. est autem. in fine. Hanc actionem bone fidei esse dubitari non oportet: et ideo fructus in hác actioné venire: et omné causam & partũ dicẽdũest ne nuda res veniat. Nec in quã id nocebit: quia nõputamus causam esse quod prouenit ex diligẽtia vel industria: quemadmodũ nec quod ex malitia augetur crescẽs per infitiationé. iuxta. l. cõtra negãtem. C. de lege aquil. Nec Impediet quod in. §. ibi proximo cauetur: si rem depositam vendidisti, eamq; postea rede misti in causam depositi; etiam si sine dolo malo postea perierit teneris depositi: quia semel dolum fecisti cum venderes. Ibi enim damnum accidit inre post secundum depositum adomino ne vtiq̃3 factum: hic vero commodum extra rem accidit: merito quod non fuit sine culpa adquisitum retinetur sine culpa si cessauerit domini depositi scãdalum: aliter cõmmunicabitur inter ambos. sic Florenti. defendo qui dixerat vbi supra generaliter cõmunicandũ. Quod si hoc defẽdimus in depositario: cur in clerico nõ idẽ qui vere dominus est. l. vlt. §. sin autẽ sub cõditione C. cõmu. delegatis? Quod si dixeris ꝙ non licet negotiari: intramus diuersam materiam.

¶EX CAPITE SEQVENTI.

1 ¶Quandoq; rusticos introducere sibi vocabula.

2 Prouerbium quod cōtinetur in.l.si chorus.§.fin.ff.de leg.3 vbi pecunia pro peculio ponitur: consuetudine receptum et approbatum esse. Sed in initio varie a sapientibus licere interpretari.

3 Maioratu ab eo simpliciter instituto, qui filium secundum vel minorem, consueuit maioratum (verbo tenus) nuncupare: ad filium maiorem pertinere non obstante patris consuetudine contraria.

4 Si vt plerunq; sermonibus fieri solet quis dixerit alicui ego te heredem facio, aut bona mea tibi relinquo: non oportere hoc pro testamento obseruari.

5 Maioratu instituto iuxta formam in nu.3. scriptam, ad secundum vel minorem filium pertinere si constet hunc, in preteritis institutionibus maioratus instituisse: non autem si variasset.

6 Consuetudinem patris familias inspiciendam legantis palafrenos vel quartadgos, quibus equis vteretur pro quartadgis seu palafrenis.

8 Rusticos de suis rusticitatibus tractantes nomina primeua rerum relegare posse & introducere noua: ita vt eorum interpretationi standum sit, quamuis eidem prudentes nusquàm consenserint.

9 Manifestum non esse aliud sensisse testatorem, in casu l.non aliter.ff de leg.3.ex eo tantum, quòd in consuetudine fuisset, dum viueret, rem aliquam nō proprio nomine sed alieno appellandi.

10 Errorem in corpore, vel in nomine appellatiuo vitiare legatum.

11 In ambiguo sermone non vtrunq; dicimus sed id dumtaxat quod volumus.

12 Non esse rē in ambiguo quādo duo sunt titij: quia de titio testator sentit sed probationem deficere.

13 Annalogum per se sumptum stare pro famosiori significato.

14 In legatis, annalogum per se sumptum pro exiguiori, vel saltem pro medriocri stare significato.

15 In postremis voluntatibus famosior illa res erit quesit coniunctior testanti.

16 Tres leges concordantur, & ad inuicem interpretantur.

17 Verbum liberos simpliciter et annalogice prolatum: de dilectioribus defuncto aut contrahenti intelligendum esse.

18 Si ita cautum sit, ne luminibus officiatur: humanus est, verbo generali omne lumen significari: etiam quod nunc non apparet.

19 Lapidicinis in venditione fundi exceptis, que non apparent non comprehenduntur.

20 Lex veteribus, ff. de pact non procedere vbi equitas aliud suadeat: natura vē vocabuli deducti in pactione et contractu. vel vbi nemo sane mentis id spetialiter promitteret, quod ex generali promissione vult interpretari qui litigat.

21 Deciditur questio que fuit inter duas sorores: quarum vnam pater dum viueret: aliam mater eo defuncto (ad vsum fructum domus coniugibus pro vita propria concesse eius quem nominassent.) nominauit. quia se quelibet alteri preferre volebat. Et ibi similis questio.

22 Quando duo aliquid sibi reseruant facturi inuita eorum: intelligere debet quòd alius est priusquàm alter decessurus.

23 Tantum valet genus quo ad omnia quantum enumeratio spetierum: & omnis pluralitas resoluitur in suas singularitates.

24 Si duo post mortem eorum restituere rogantur: vno mortuo, statim pro parte competit fidei commissi petitio.

25 Leges.17.et.44.Tauri, procedere quo ad variationem: etiam vbi duo simul fecissent maioratum.

26 Impeditur variatio in casu dictarum legū, vbi ob causam matrimonij, vel alterius contractus onerosi respecta tertij celebrati maioratus factus sit: aut quia res donata, vel eius loco sit tradita scriptura.

27 Non est satis quòd sit inter viuos donatio in casibus superioribus vt impediatur reuocatio: sed opus est q, accedant supradicta.

28 Si vellit aliquis simul cum vxore testari: vel cum alio absq; timore future deceptionis, & pænitentiæ cōtestantis: vtatur cautela Suarez in.l.9.tit.5.libr.3 fori legum in.5.limitatione.vt de suis bonis testetur: & simul de alienis cum domini eorum consensu.

29 Reditur ad quæstionem eius qui legauerat Golethā, Margaritam, vel gallum.

30 In legatis duo esse necessaria: scilicet quòd testator sentiat de re quam legat, seu legatario relinquit: et quòd loquatur quod sentiat. Immo et quòd tertio loco, ex sensu verborum ille sensus colligatur quē sensit & fuit loqutus.

31 Semper velle testatorem minus heredem grauare.

32 Rerum vocabula immutabilia esse: hominum vero mutabilia.

33 Non aliter a significatione verborum recedendum est quàm cum manifestum sit. aliud sensisse testatorem.

34 Id quod colligitur ex testatore, quandoq; ex verbis colligitur: quandoq; ex precedentibus et ex sequētibus.

35 Consuetudinem patris familias non esse inspiciendam circa mutationem vocabulorum rerum. quia nō ex

opinionbus singulorum sed ex communi vsu, nominarerum sunt exaudienda: inspiciendam tamen esse in rerum ambiguitate.

35 Eum qui legauerat Goletham, si vineam voluit legare quam appellabat Goletham inanem legatũ fecisse: quia mutare vocabulum rerum non valuit.

36 Pro nomen hoc meum, tuum, suum, pronomen est possessiuum adimens difficultatem.

37 Si ante legatum testator pro testetur, cum dixerit Golethdam intelligere velle de propria, & sic de vinea vtiliter vinea legabitur.

38 Quod diximus in nu. 29. mentem: verba: & quòd ex verbis mens valeat colligi, in legatis esse opus, quarto loco interpretatur.

39 Regulã legis quoties in actionibus. ff. de cond. et dem. interpretatur procedere: nisi statuat lex contrariũ vel propter pietatem: vel propter reuerẽtiam: vel demum ob aliam causam.

40 Cum testator Golethdam legauerit signo addito possessiuo, vel alio demonstratiuo: si duas habeat non vitiabitur legatum: sed dabit hæres quam vellit.

41 Interpretatur. l. cum certum pondus. ff. de trit. vineo et oleo leg. quæ ait, vini certo pondere relicto, non esse inspitiendam consuetudinem patris familias, cuius generis olei vti soleret dum viueret: neq; regionis.

42 Scribitur distinctio Bar. dicentis, aliud esse in qualitate intrinseca, vt est in vino et tritico et aliud in qualitate extrinseca, vt in numis: & in palafrenis & in alijs.

43 Gloriatur Bar. se melius et latius quàm alij circa materiam qualitatum distinxiße. Sed distinctio eius damnatur, quod attinet ad intentionem consultorum.

44 Verum sensum præbabit legis cum certum: et concordiam inter ipsam, et legẽ numis de leg 3. exeo procedere: quòd in prima fuit certum pondus relictum in alia vero incerta numorum quantitas.

45 Numus genus erat monetarum, non species: vt sunt genus monetarum apud nos minuti, qui ex non puro argento componuntur, neq; ex auro, sed ere sibi adiuncto.

46 Quæ differunt in quantitate non differunt spetie.

47 Qui dixerit relinquo Titio minutos, similis ei erit q[...] dixerat olim numos.

48 Si in ea consuetudine testator fuerit, vt omnes monet[...] non puras, sed ere contaminatas, aut ferro mixta[...] minutos appellauerit, vt in frequentissimo vsu [...] mus: tam maiores quàm minores, et exiguiores de[...] bebuntur.

49 Cum dixerit testator lego vinum: certum est deberi i[...] omne quod ex vinea natum est, atq; permansit.

50 Si fiat ex vino mulsum, consuetudo inspitietur testato[...] ris, an mulso vteretur pro vino, vt veniat in legat[...] vini: non sic in Crezuphim, ceruisia, aut hidromell[...] (quod puto Aloxa appellari nostro idiomate) qu[...] diuersæ sunt nature ex diuersis componuntur sim[...] plicibus spetiebus, quam ex vlis.

51 An sub genere speties comprehendantur, annon: co[...] suetudinem patris familias inspiciendam.

52 Inclita Garnatæ ciuitas, non paucis immunitatibus, a c[...] tholicis regibus Ferdinando et Elisabet ornata du[...] rat.

53 Licet de vino gabella nõ debeatur, de mulso deberi qu[...] dam dicunt: vt cum de pane cocto non debetur, de Alfaxore deberi dicunt, quod componitur ex pan[...] et melle. & alijs spetiebus.

54 De armis Gabella non debetur, dum tamen armadurẽ[...] At si corrumpantur et destruantur: et in alijs spe[...] tiebus que arma non sint conuertantur debetur ga[...] bella.

55 Farma copola (quem dicimus Boticario) ex simplicibus et ex compositis, collirijs et medicinis, gabellam sol[...] uere cogitur.

56 Beneficium principis, quod a diuina eius indulgentia proficiscitur, quam plenissime esse interpretandum.

57 Si melli preuilegium datum sit ne debeat soluere gabellam, composita ex eadem melle nõ debere gabellam dum duret mel. Et idem in saccaro, & confectis bellarijs ex saccaro, que confites nos vocamus.

58 Consuetudinem patris familias mercatoris sequtus tutor pupilli filij mercatoris, vtiliter negocium dici fecisse: qnamuis exitus contrarium ostendat.

¶ DE VSV PRIVATO PATRIS FAMILIAS TAM CIRCA VOCABULA, QUAM CIRCA NUMOS ET ANNONAM.

CAP. IIII.



POST quam in cap. I. resolui naturam vocabulorũ ex vsu & consuetudine mutari cõmuni: Dixerimq; in nu. 35 versi. Sed vt cõsuetudinis materiã: Seruiũ dixisse, non ex opinionibus singulorum sed ex communi vsu nomina rerum exaudiri debere. l. labeo. ff. de suppell. leg. Tubero nemq; etiam dixisse in. l. Librorum. §. quod tamen Cassius. ff. de leg. 3. quorsum sũt nomina nisi vt demostrarent voluntatem dicentis? Resoluerimq; in nu. 92. vsui communi Imperitorum standum non esse: Sed vsui communi in quo periti quoq; consentiant: Consentaneum

1 est videre, + Quandoq; rusticos introducere sibi vocabula. iuxta illud quod habetur in. l. sichorus. §. 1. ff. de leg. 3. ibi, Et Sæpe audisse rusticos senes ita dicentes, pecuniam sine peculio fragilem esse: peculium appellantes quod presidij causa reponeretur. Ex quo est quod aliquando, arguitur a vulgari locutione. Archid. in. cap. 1. §. porro. in. 3. col. destat. regul. lib. 6. citans quoq; text. in. c. 1. extra de iur. iur. Adduciturq; prouerbium ad decisionem causarum. vt in. d. l. sichrorus. et in. l. solent, in fine. ff. de offi. pro consul. et leg. & in. c. si iudeos. & ibi Hostiens. & doct. extra de iude. Idem hostiens. Ioann. Andre. et doct. in cap. inter corporalia de translatio. præl. Doctores in. l. quem admodum de iur. iur. Ioãn de fano, in cap. nihil. decõsecrat. dist. 5. & Ias. cũ alijs doctoribus in. l. 1. ff. Si cert. pet. col. 5. nu. 36. & 37. dicens prius. col. ipsa. nu. 31. authoritates poetarum posse adduci ad decisiones causarũ. per l. in tantum. §. vlt. & ibi Bar. post, gl. ff. de rer. diuis. in quo loco congerit pred. Ias. per totam illam colum. an sacra scriptura, Decisiones q; sãctorum trahi posʃint ad decisiones predictas: et alia huius farinæ non pauca.

¶ SED non propterea regulæ illatum esse preiudicium dicã.
2 Nam et + si in eo prouerbio rusticorum senium peculiũ intelligimus pecuniam esse que presidij causa reponeretur: ideo est quia in eo prouerbio sapientes quoq; ex consuetudine consentiunt

tiunt, supposita voluntate rusticorum sic loquentium. propterea quod aliud foret, si cum primus præhabitum prouerbium edixisset, non interprætaretur suum dictum. variè quippe a sapientibus liceret interprætari: et si alia ei congrueret interprætatio peculio magis apta, eidem esset standum, propter dictum Tuberonis vbi supra.

¶ EX quo ad praxim inferebam: cum (vt non te latet) pater non posit regnum dimittere filio suo secundo genito, neq; primogenito primam genituram auferre. Ioann. Andre. et alij in cap. licet heli extra de simo. Abb. in consi. 3. lib. 2. nitar in præsenti casu. in. 2. dubio. Ias. in prin. in. l. nemo potest. ff. de leg. 3.

3 Multo minus pater poterit qui habeat duos filios: ex eo solo ꝙ diceret in testamento in alia ve scriptura, in qua nouiter institueret maioratum, instituo maioratum. &c. prodesse filio secundo, quem, âdmodum diligebat, si nomen non expræsserit eiusdem. Quamuis vsu suo priuato dum viueret, extra scripturam, appellasset ipsum, maioratum, dicens: veni maioratus meus: hic est meus maioratus. Debuit enim apertius verbis docere præferre secundum voluisse filio eidem primogenito, vt a significatione maioriæ recederetur. vt in. d. l. non aliter. ff. de leg. 3. vel probare id voluisse. l. quidam cum filium. ff. de hæred. instit. ibi, respondit. etiam si manifestum sit scriptum hæredem fidem suam interposuisse: non tamen aliter ab eo fideicommissum peti, ꝙ̃ȝ si et ipsum testatorem fidem eius sequutum esse probaretur. Bona etiam doctrina Bal. & Imol. ex eodem tex. ibi, item et Socini, in. l. in ambiguo. num. 6. ver. quinto et vltimo. ff. de reb. dub. vbi ait. Quinto et vltimo nota, ꝙ quantumcunq; testator voluerit vnum disponere: si tamen in dispositione non expræssit, dispositio in mente retenta nihil operatur. Sed est tex. elegantior istud probans. in. l. diuus. ff. de milit. testamen. quatenus dicit: Cæ-

4 terum si, vt plerunq; sermonibus fieri solet dixit alicui, ego te hæredem facio, aut bona mea tibi relinquo: non oportet hoc pro testamento obseruari. In quo tex. bene ostenditur, vltra verba oppus esse voluntatis disponentis probatione: vbi vel verbis natura vocabuli pugnet: vel forma sibi adstrui debeat vt operentur effectum. Nam quod dicitur in. l. labeo. §. 1. ff. de suppellect. leg. Sed de his quidem de quibus dubitari potest, suppellectilibus potius, an argéti, an vestis sint? seruius fatetur, sententiam eius qui

lega

legauerat aspici oportere, in quã rationem solitus sit referre: si vigilas: ad vsum est referendum testatoris circa vocabulum. & ministerium. Etenim quia res erat promiscua ambigua, seu amphibola circa vsum, neutri ministerio omnimodo applicata: aspici oportere seruius dixit, in quam rationem cum testator vti vellet illa re solitus esset referre. Nos vero in ea spetie loquimur, vbi nomen certum est: et vbi testator cum effectu animum non applicauit rei diuersæ: vel contrariæ: nec applicare voluisse probatur testibus: nec aliquo actu formali quo verba operentur effectum. Etenim in vocatione extitit vsus appellandi maioratum filium suum minorem, vel secundũ: sed non in institutione. Sic illud nihil nocebit, sed proderit mihi omnino quod habetur Math. cap. 17. hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacuit: ipsum audite. Deus siquidẽ pater omnipotens, ad occulum demonstrauit filium suũ de quo loquebatur, dicens, hic est filius meus dilectus. nam articulus hic: hæc, hoc, est demonstratiuus ad occulum. l. meuius. §. duobus. ff. de leg. 2. & ibi Bar. de filioq; iam loquebatur formato: ideo forma verbis præstabat effectum: vtiq; probationis ꝙ ille erat filius patris, & ꝙ de ipso loquebatur ob præsentiam. 5

¶ VNDE existimo. si appareret ꝙ in præteritis institutionibus, quas mutasset circa bona et eorum conditiones: secundum vel vlteriorem filium, proprio nomine (vel signo tali quod res clara efficeretur, iuxta. l. 2. ff. de liber. & posth.) instituisset: debere ipsum præferri maiori natu fratri: vbi post institutionem (etiã mutatam circa res et conditiones) vsus esset eo vocabulo cum ipso: quamuis in postrema institutione aliud non diceret, q̃3, volo ꝙ res istas maioratus meus habeat titulo maioratus quem circa ipsas instituo. Quod nõ dicerẽ vbi in præteritis institutionibus quoq; circa personã variasset. In prima etenim spetie forma data, ad structaq; vsui verborũ patris familias eisdem præstat effectum: facitq;, vt eisdem id conueniat quod habetur in. l. si seruus plurium. § fin. ff. de leg. 1. ibi, ante omnia ipsius patris familias consuetudo. & in. l. numis. ff. de leg. 3. ibi, sineq; ex consutudine patris familias. & c. iunta. l. in stipulationibus. ff. de reg. iur. & id quod dicitur in. d. l. non aliter. ff. eodem. nempe de leg. 3. ibi, quam cũ manifestum est aliud sensisse testatorem. quia in conditionibus primum locum voluntas testatoris obtinet. l. in conditionibus. l. Pater Seuerinam cum vulgaribus. ff. de

ff.decond.et dem.

6 ¶ QVOD vtiq; + optime declaratur ex exéplo Bar.in.d.l.labeo ff.de suppell.leg.de eo qui palafrenos, quartadgos ve legauit. quia cũ omnes eandem habeãt naturam, alius alio vtitur equo pro palafreno. et alius cacabis proeneo quod supra focum pendet: inter quæ nonmultum in te rest.l.cum delanionis.§.asinam, defun.instructo. Merito seruius fatetur, sententiam eius aspici oportere qui legauerat: inquam rationé solitus sit referre. d.l.labeo.et latius ex infra dicendis patebit.

¶ SED si finxeris (vt redeam ad propositioné prædictá) rusticos de suis rusticitatibus tractántes nomina rerũ primeua relegasse: et vulgari ipsorum consuetudine alia nomina diuersa introduxisse: (quamuis noua significent quid diuersum)

7 + non negarem consuetudini rusticorũ esse standum, quamuis eidem prudentes nusq̃ consenserint. Possunt enim apud se consuetudinem introducere, vt potest vna pars populi.iuxta Bar.in nu. 15.&aliorum doctorum ad sertioné comuniter receptá.in.l.de quibus. ff. de legib. et hoc est quod celsusdixit in.l.labeo.ff.de suppellect.leg.nec mirũ est moribus ciuitatis et vsu rerum appellationem eius mutatam esse.

Quodq; Acurs. ibidem notat per hũc versum: multa renascentur quæ iam cecidere cadentq;: nunc sunt in honore vocabula si volet vsus: quem penes arbitrium lex est et normaloquendi. Et hoc item est quod idem celsus determinat in.d.l. si chorus. §.1.ff.deleg.3. His verbis, que ibi mobilia erunt mea dolego: numus ibi repositos vt mutui darentur in legato non contineri. At eos quos præsidij causa repositos testator haberet, vt quibusdá bellis ciuilibus factitasset eos legato contineri .annectens quod supra dixi. Et sæpe audisse rusticos senes ita dicentes: pecuniam sine peculio fragilem esse peculiũ appellantes quod presidij causa reponeretur. Et hoc demum est quod dicitur in.l.cum delanionis.§. asiná molédinariá quatenus consultus ibi ait. optimum ergo esse pedius ait non propriam verborum significationé scrutari: sed inprimisquid testator de monstrare voluerit? Deinde inquá presũptione fiat. Inquaq; regione cõmorantur. manifestissime docés mores et cõsuetudines regionis expectádos, vt illi prudentum interpretationi præferantur. Sed vt dixi istud est verum, vbi interpræta tio rusticorum sit in consuetudiné redacta: non si pendeat significatio ex opinionibus. quia

H vt

vt in.d.l.labeo celsus refert, seruium dixisse,nō ex opinionibus singulorum,sed ex cōmuni vsu nomina ex audiri debere.

¶EX quo perspicue deducitur, nō aliter a significatione verborum recedere oportere q̄3 cum manifestum sit aliud sensisse testatorem.l.non aliter.ff.de.leg.3

8 .Et manifestū non esse aliud sensisse testatorē, ex eo tm̄, q, in cōsuetudine fuisset dum viueret, rem aliquam non proprio nomine sed alieno appellādi. Opinio enim eiusdem tātum,eius ve cōsuetudo nominandi non derogat nomini proprio.nisi iuri promiscui vsus.Ideo vt eidem derogetopus est protestatione præābula:vt quia dixerit cum fundū legauero,protestor equm legare velle:aut quid dixerit huic simile gl.cōmuniter recepta. in.l. 4.ff.de leg.1.quam sequitur et di ctitat hoc nomine et honore, Sucin.in.l.in ambiguo in.9.limit.ff de reb.dub.vt hinc illud confirmetur quod diximus de maioratu.Et de eo dubitetur qui legauerit Goletam:cumvellet vineā legare quam appellabat Golethā.de quo quæsij in.1.cap.nu.6.

¶INfertur item ad tex.probantem hanc cōclusionem in præd.

9 l.4.quatenus ex eo deducitur er rorem in corpore:vel in nomine appellatiuo vitiare legatum. nam post quædā,hæc verba habet.Quòd siquis cum vellet vestē legare, suppellectilē a scripserit,dum putat suppellectilis appellatione vestem contineri: Pōponius scripsit vestem nō deberi. Quemadmodum siquis putet auri appellatione electrū vel auricalcum contineri.vel quod est stultius, vestis appellatione etiam argentum contineri. Rerū enim vocabula (inquit) immutabilia sunt.hominum vero mutabilia.cui conuenit.l. regia. 28. titu.9.part.6.

¶TERtio infertur ad tex.in.l. si seruus plurium.53.§.vlt.ff.deleg. 1.quia videtur innuere contrariū eius conclusionis quam proposui.quatenus dicit: si numerus numorum legatus sit,neq; appareat quales sint legati,ante omnia ipsius patris familias consuetudo: deinde regionis inqua versatus est exquirenda est.Is etenim tex.non probat consuetudinē patris familias derogare proprio nomini:Sed legatū obscure relictum declarari ex coniecturis in præd.l.scriptis. nempe ante omnia ex ipsius consuetudine patris fam.quales sint legati.Deinde regionis in qua versatus est.Item mens patris familias:legatarij dignitas: et charitas,& necessitudo.Item earum quæ præcesserunt, vel quæ sequuntur summarum scripta esse spectanda.

¶QVA

¶QVarto venitur ad tex.in.l.in ambiguo.ff.de reb. dub. inquit
10 enim: In ambiguo sermone nō
vtrunq; dicimus: sed id dumtaxat quod volumus. Itaq; qui aliud dicit q; vult, neq; id dicit quod vox significat quia non vult: neq; id quod vult, quia id non loquitur. Nam vt ex prædictis colligis q; ambigua voluntas loquentis non potest ex ipsius consuetudine (nec ex alijs coniecturis) interprætari loquendi: quia non dicit id quod vox significat: neq; id quod vult quia id non loquitur, vt in.d.l. 4. ff. de leg.1.

¶QVINto etiam de venitur ad legem duo sunt titij ff. de testa.tut. Duo (inquit) sunt titij pater et filius: datus est tutor titius nec apparet de quo sensit testator: quæro quid sit iuris? Respondi: is datus est quem dare se testator sensit. Si id non apparet, non ius deficit sed probatio: igitur neuter est tutor. Ex quo. Paul. vtriusq; legis author. nempè huius, et legis in ambiguo, nos do-
11 cet nihil obscure: non esse rem
in ambiguo quando duo sunt titij: quia de titio testator sensit, expræssitq; verbis titium: sed probationem deficere de quo senserit titio? annalogum est enim nomen.

¶QVINto infertur ad declarationem.l.1.cum vulgaribus similibus.ff.si ager vecti.inquibus di-
12 citur, annalogū per se sumptum
stare pro famosiori significato: Cessare enim videtur in vltimis voluntatis famosior significatio naturalis vel appellatiua et imposita. Etenim si teneret in vltimis voluntatibus pater filio esset præferendus titio, cum et ipse titius sit: sed non ita est vt ostēditur. Item numis in distinctê legatis, maiors essent dandi, et nō dantur sed minores.l. numis.75. ff.de leg.3. si neq; ex consuetudine patris familias: neq; ex regione vnde fuerit: neq; ex contextu testamenti aliud posit apparere. vt ibidem: et in.d.l. si seruius plurium.§.vlt. quæ in eo videbatur huic contraria: quia in prima exiguiores deberi dicitur: in alia vero recurrendum prius esse ad consuetudinem patris familias: deinde ad alia quæ ibi sunt. Sed vtiq; contrariæ non sunt. Nam exiguiores debentur: si ex consuetudine patris familias aut ex regione in qua versatur: aut ex mente tastatoris, vel ex dignitate legatarij: et ex charitate, aut necessitudine nō probet contrarium legatarius. Quēadmodum legato fundo corneliano abeo qui duos fundos eiusdem nominis habebat: minorem legasse testatorem deciditur in.l. idem Iulianus. 41.§. pen. ff. de leg.1. Si maiorem non pote

rit docere legatarius voluisse testatorem legare, vt ait ibidem tex.

¶ V T Ex his ellicia regulam cõtrariam regulæ deductæ ex.l.1. prædicta. ff. si ager vectig. vel emph.pet. Quia vt cernis et colligitur ex dictis. ll.¹ in legatis

13 annalogum per se sumptum stat pro exiguiore, vel saltem pro mediocri signoficato iuxta genus quod legatur. quia nummis in distincte legatis exiguiores debentur: si ex coniecturis supra dictis, oppositum non probetur. legato tamen seruo generaliter nec optimus nec vilissimus, sed mediocris debetur l. legato generaliter. 36. ff. de leg. 1. quem admodum et lance legata generaliter, mediocris, etiam est danda. l. qui lancem ff. de auro et argen. leg. modo dixerit minorem cum legauit, vt litera ipsa nos docet. & notat gl. ibidé: nec nó clarius in pred. l. legato generaliter. ná si maximam non habeat: neq; dixerit minorem sed duas habeat: vel generaliter leget ita vt apparere non posit de qua senserit testator, debitoris est electio: et dabit heres quam vellit, etiam minimam vt est de numis. præhab. l. legato generaliter in finc. et vt est de fundo. ipsa. l. legato generaliter in prin. et vt demú est de domo. l. si domus. ff. eod. tit. ita vt in seruo tantummodo decisum sit mediocré dádum in reliquis vero viliore nisi tamen plures res sint et dixerit minoré quia ꝑ media interpretatur: nó pro maxima nec minima. vt in stit. de cap. dimi. §. 1. & gl. in ipsa. l. legato. in gl. vlt.

14 ¶ E R G O in postremis voluntatibus famosior illa res erit quæ sit coniunctior testanti. l. si fuerit. ff. de reb. dub. ibi. si sempronio amico fuerit relictú que q; habeat maiorem dignitaté vel exigat maiorem Charitatem. d. l. si seruus plurium. §. vlt. ff. de leg. 1.

15 ¶ H I N G tres leges cócordantur, et ad inuicem interpraetantur nam in. d. l. duo sunt titij de testamen. tut. quia probatio defecit de quo titio senserit testator, (quia æque amici fortassis erant pater et filius, æque pares honore atq; facultatibus) ius extitit obumbratum vtiata q; fuit ideo tutela, vt & in. l. si fuerit. ff. de reb. dub. legatum quoq; vitiatum fuit: quia relictum erat vni ex cognatis testatoris qui primus capitolium ascédisset, vel qui monumentum prius fecisset: vel qui maximus natus esset: et simul duo venissent. plures vt fecissent monumentum: duo vt demú pares ætate essent Et e contra fundo Corneliano abeo relicto qui duos fundos cor-

Cornelianos habeat non fuit legatum vitiatum: sed dabitur ex Cornelianis vnus quem voluerit tamen heres. præd. l. idem Iulianus. 41. §. pen. & l. legato generaliter. 37. §. si de certo fundo ff. de leg. 1. At si ademerit simpliciter quod dederat vni, alteri ad emptionem in vtrunq; valere. eadem. l. si fuerit, in fine. ff. de reb. dub. In prima etenim lege nó constat de quo titio testator sensisset. In secunda vero constitit de fundo Corneliano dixisse atq; sensisse: sed non constitit de quali: propterea quod quia constit datur fundus Cornelianus, sed electio qualitatis relinquitur debitori: idest heredi. Inde ademptio libertatis vel legati tenet contra vtrumq; legatarium, quia de ipsa constat, verbis: et non constat quis eorum dilectior esset. Etenim si alter charior sibi esset: vel cum altero inimicitias post legatum contraxisset: quis dubitat legem cessare? lex ex parte. ff. de adimē. legat. sic enim de titijs tutoribus dixi. In quibus, licet constet de ipsis testatorem sensisse: quia nō cadit inter eos exiguitas nec vilitas, vt in seruo et fundo nec est qui possit eligere, datio tutoris vitiatur. d. l. duo sunt titij.

¶ PROpterea ex prædicta regula infero ad. l. si vir vxori. 60. & ad. l. sequentem. ff. de cond. et demōstr. & ad Boerij decisionē 276. Dicunt etenim prædicta iura: si vir vxori ad tēpus liberorū legauerit: potest dubitari an de his dumtaxat filijs sensisset testator, qui post mortem eius nati essent: an de his qui viuo eo, ab eo suscepti fuissēt post testamētum factum: cum manente matrimonio decessissent? verum et equm est proficere siue viuo marito siue post mortem nascantur. Hec vlp. Addit Neratius, sed si hoc spetialiter expresserit testator: etiam si ex alio post mortem suam liberos procreauerit nihilominus eam ad legatum admitti. hactenus Neratius. perspicue nobis ostēdens si id testator non diceret, non esse vxorem admittendam ad legatum quamuis liberos ex alio suscæpisset marito. 16 Verbum etenim illum liberos simpliciter et absolute seu annalogice prolatum: de famosioribus, idest dilectioribus defuncto accipiendū est vel contrahenti. quicquid contra hoc voluissent quidam quorum meminit Boer. vbi supra per. l. solemus dicere. 9. ff. eod. titu. contra quos bene pugnat ipse Boer. Quod enim tex. ait in pred. l. nona: solemus dicere eum qui in tempus liberorū vxori legat: de his non sensisse quos iam tunc vxor habuit cum

testaretur maritus:non pugnat alijs legibus ,sed conuenit legi si ita scriptum. §.vlt.ff. deleg.2. quæ est.45.ibi,si enim hoc pater non ignorabat videtur de alijs nuptijs sensisse. volunt enim leges iste quod de filijs vel nuptijs futuris conditio intelligatur iniuncta, si filiorum susceptionem,nuptias ve iam factas testator non ignoret. Sed leges superiores determinant : de quibus filijs sit intelligenda conditio de propijs an đ alienis a predicto testatore? & determinát de proprijs.de natis ante morté, an de alijs? & determinát ꝙ de omnibus nam de omnibus est eadem ratio.

17 ¶ SIC enim est in luminibus quia,si ita cautum sit ne luminibus officiatur.(Pomp. ait . ff.de seruit.vrb.pred.l.si seruitus.)ambigua est scriptura,vtrum ne his luminibus officiatur quenũc sũt an etiá his quæ postea quoq; fuerint?Et humanius est verbo generali Omne lumen significari. siue quod in presenti,siue quod post tempus conuentiones contigerit.

¶ SED in lapidicinis non est
18 sic.nam cum in.l.fundi venditi. ff.de contrah. emp . dicatur : In lege fundi venditi Lapidicine in eo fundo vbicumq; essent exceptæ erant : et post multum temporis lapidicinæ in eo fundo repertæ erant:eas quoq; venditoris esse tubero respondit.statim dicitur:Labeo: referre quid actum sit.Si non appareát non videri eas lapidicinas esse ex cæptas.neminem enim nec vendere nec excipere posse quod non scit. Et lapidicinas nullas esse nisi quæ appareant et cedá tur. aliter interprætantibus totum fundum lapidicinarum fore:si forte in toto eo sub terra esset lapis.et hoc probo ait Iabolenus Diuersæ profecto rationes in præsenti lege fuerunt q̃3 in.l.superiore.In hac quippe vẽditor pro omnibus lapidicinis litigabat præsentibus & futuris cum de futuris non diceret:et idcirco obstaret ei lex veteribus đ pact.et rationes dictæ in tex.sed in alia, agebat emptor contra venditorem indistinctê promittentem luminibus non oficere:qui dicebat de presentibus intelligendum.sed quia clare id non exceperat contra eum interprætatur : vt non teneatur officere nedum præsentibus, sed vtiq; neq; futuris ob dictam l.veteribus.Item quia nemo sane mentis id promitteret in prima spetie.argum . l. i . Cod. in quib.caus. pig. tacitè contrahitur.& . l . obligatione generali, cum.l.seq.et sequenti.ff. de pig.

Li-

Licet enim in vtraq; promissione generalitas, in discretaq; existat promissio: et idcirco tam in lapidicinis q̃3 in luminibus ea dē ratio generalis promissionis militare videatur: at tamen deriuatio lapidicinarum contra promissionem militat quod attinet ad lapidicinas futuras. vt ex tex. illic ad paret quatenus dicit: Et lapidicinas nullas esse nisi quæ appareant et cedantur. Et equitas quo ad futuras non militat vt militat in luminibus. Immo æquitas suadet contrarium vt de lapidicinis futuris non intelligatur. vt patet ibidem: aliter interpretantibus totū fundum lapidicinarū fore: si forte in toto eo subterra esset lapis. Ex quo in

19 terim † lex veteribus. ff. de pactis, restringitur. vt non procedat vbi equitas aliud suadeat: natura vt vocabuli deducti in pactione et cōtractu: vel vbi nemo sane mentis id specialiter promitteret quod ex generali promissone vult interpretari qui litigat.

¶ QVIBus male non conuenit quæstio sequens. relicta domo, concessa vē cōiugibus vt dum viuerent fruerentur: eo addito ꝙ ambo possēt vel ipsorum quilibet vnum ex hæredibus nominare elligereq; vt frueretur: quia ad aliam postmodū redire debe ret personā: vir dū viueret cōmunē filiā ellegit. vxor quæ ex secundo viro susceperat aliam filiam: hanc postremam nominauit at, q; ellegit vt frueretur illa domo.

20 † Questio fuit inter sorores quæ esset alteri præferēda: & an vitiaretur ob in certitudinē relictū? Prima titulum priorem allegabat; & ideo ipsum existimabat potiorem. l. qui prior. ff. de iud. secunda dicebat nullum esse, quia simul coniuges non elegerunt quibus fuit eligendi concessa facultas. quod vtriq; ius in superstite iam esse omne resolutū dicebat. EGo dicebam. quòd voluit concedens vtriq; coniugi consulere simul. vbi vterq; in vna voluntate conuenissent quia dixit Concedo Petro & Mariæ eius vxori. Item voluit cō sulere vtriq; separatim: quia dixit vel ipsorum cuilibet. Sed nō hoc si discordarent: sed vbi negligentia aut casu vnus eorum non elligeret. Quasi diceret, cō cedo vobis, in vnum conuenientibus, & cuilibet vestrum superstiti, vel non superstiti, qui ellegerit altero ei non contradicēte. Propterea primam electionē nullā esse vt pote quia cōtra dictā. licet expost facto atq; post mortē quia non costabat id vxorē approbasse ad quā simul expectabat electio. l. vnus ex socijs. ff. de ser. rust. pred. In concedendo. ff

de aqua plu, arcen. merito postremam electionem præferendam. quia tamen concedens, vel promittens per contractum cum liberos nominauit, creditur de liberis prioris matrimonij, cum coniugibus sensisse, iuxta.d.l.si vir vxori.&.l.sed si hoc. ff.de cond.et dem.nec potuit vxor filijs prioris matrimonij in bonis eo constante acquisitis damnum facere.l.regia.15.Tauri quæ hodie est.4.tit.primo lib.5.nouæ legum recopillació Regni huius.casus in ambiguo ponitur. Quinimo certissimum est vxorem eligere non posse vltimam filiam propter leges supradictas.Ideo electio erit ambigua si mater filium eligat communem:quia duæ inter se pares electiones contendant.ideo vna alteri erit præiudicium.Sed prima in dubio erit vtilior si non constet ab initio per matrem fuisse contradictam:quia potuit cõtra dicere et tacuit,tacite eidem cõsentiendo.argum.l.filio præterito.ff.de iniusto rup.l.sicut.§.venditionis.ff.quib.mod.pig.vel hip pothe.Sol. Non obstat ꝙ vnus tantum elegit:quia cum dixerit cõcedens:vel ipsorum cuilibet: non dicitur nullus actus. Aliud esset si diceret,ambo eligant et non vnus sine altero.tunc enim electio prima esset nulla: & postrema non valeret quia de bonis reseruatis filijs prioris matrimonij.Sed si postremum non diceret sed tantúmodo hoc quod sequitur,quem prædicti nominauerint:esset idem ac si diceret & ipsorum quilibet:cum distinctione prædicta.quia omnis pluralitas resoluitur in suas singularitates.l.omnes.Cod.de præs.30.vel.40.annor.l.falsa demonstratio.57.§.vlt.ff.de cond.et dem. vbi gl.plures congerit.notat gl. in.l.si plures.Cod.de cõd.insert. non sic vbi collectiuè dictum esset.

¶ Huius etenim regulæ occasione Olim respondi (cõtra opinionem multorum qui de quæstione interrogati fuerunt) vxorem eius qui simul condiderat cum ipsa testamentum, instituerat q; pariter capellaniam ea addita conditione: vt capellanus non posset habere aliam capellaniá, nec beneficium, quin ipso iure vacaret quam relinquebat:posse mutare et alterare præhabitá conditionem mortuo viro: propter quandam testamenti clausulam quæ ita dicebat:et volumus (substantia capellaniæ relicta in muni) posse duráte vita nostra mutare, addereq; & minuere circa reliqua capellaniæ.Dicebamq;, non obest q, ambo simul instituerint de proprijs bonis et cõmunibus:et ꝙ ideo videatur debere ambo ad destructionem

con

concurrere, iuxta regulam. l. ab eo ff. de pact. &. l. nolumus. C. de testa. nam cum dixerint durante vita nostra duas vitas cõpræ
21 henderunt, singulatim. † Debuerunt enim intelligere ꝙ alter erat priusq̃ alius decessurus, et quæ futura erant præuidere. vt alio intentus: Bar. notauit, in. l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verb. obl. dum dicit, debuerat considerare ꝙ erat decesurus relicto hærede. Ad idem. l. si quis domum. §. idem quærit. ff. loc. cumpluribus a glosa. adductis. Bar. & moder. in. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb.

¶SIC et de illis quoq; respondi qui cum duceret, genero in dotem promisserunt mille aureos dandos cum decederent. Nam altero ipsorum defuncto, dicebam, quingentos generum exherede defuncti petere posse, tã quàm dies mortis iam venisset. id nimirum quod in definite di
22 xerunt tanquàm generaliter dixissent habetur. Sed † tantum valet genus quo ad omnia quantũ enumeratio spetierum. & omnis pluralitas resoluitur in suas singularitates. d. l. omnes Cod. de pres. 30. vel. 40. ann. cum. l. falsa. §. vlt. ff. de cond. & dem. suptadictis. ergo est ac si dixissent mille dabimus cum moriamur. quingentos cum ego moriar: quingẽtos q; cum ego moriar. Diuiditur enim pro partibus promissio et obligatio. l. reos. §. cum in tabulis in fine. ff. de duob. reis. Et dilatio ad mortem dicta præhabitam non auferet diuisionem.

¶QVA forte ratione motus Sceuola (quem fateor, et verum est, nondum videram cum hoc respondi) id ipsum in fideicõmisso determinat, a pluribus heredibus post mortem ipsorum relicto alicui. per hæc verba. Fidei autem vestræ mando Gai. Sei, & lucia titia, vt post obitum vestrũ reddatis, restituatis titio & sempronio semissem patrimonij et portionis eius quam vobis dedi. in. l. Lucius. 78. §. Gaio. ff. ad treb. vbi. Bar. verba ponit hoc cõpen
23 dio. † Si duo post mortem eorũ restituere rogatur: vno mortuo statim pro parte competit fidei commissi petitio. istud addens: et est notabilis casus. Idem supra de leg. 2. l. fin. §. filiam, ait idem vbi supra istud quod sequitur adstruens. Inducitur ad quæstionẽ: duo obtulerunt se monasterio, vt monasterium habeat bona post mortem eorum: vnus decessit: an statim debet habere bona illius, vel debeat expectari mors alterius? De hoc per Dy. et per Cyn. in. l. pen, Cod. de impub. & alijs substit. Sed Bar. latius tradit, sed obscurius, in. l. heredes mei. 57. §. cum ita. ff. ad treb.

¶SIC Quod dixerat Oldrald.

cons.174.quod q; Corn.tenet cōs. 159.in.4.vol.col.2.quodq; identidem præsenserat Suarez in rep. l.9.tit.5.lib.3.fori.in.5. limit. col. 12.& in sinuat Altiat.in.l.licet inter priuatos Cod.de pact.quorũ præses meminit in.2. par. Rubr. extra de testam.nu.8.erit pærspicuum & verum, testamentum scilicet a duobus cōditum simul in ipsa eadem charta: mortuo altero posse ab altero reuocari. Duo etenim seu duorum testamenta sunt in vna charta contẽta: Ita et duorum primogenia, si de primogenijs sit scriptum.) vt ex hinc duæ. ll. Regiæ. (nempæ. 17.et.44.Tauri que hodie sunt. lex.1. tit.6. lib. 5. nouæ recopillation.et.l.4.tit.7.præd. recopillation.Regni huius.lib. etiam.5. hanc extensionem recipiant:

24 +vt quod dicitur in ipsis: Primogenium, etiam principis authoritate constitutum, et etiam inter liberos celebratũ, libere posse vsq; ad mortem reuocari: etiã obtineat, vbi duo simul, vir scilicet et vxor, aut alij duo id fecissent. vt notauit dictus præses vbi supra. nu.7. vers. hinc de duci potest.

¶ NEC impediet quod tenuerint contra hoc doct. pauci, tractantes de maioratu, aut primogenio. inter quos prius vocatur Bolog.in cons.62. col.4. deinde Tiraq.in tract. de primogenijs col.8. per rationem: quia fieret illusio defuncto qui conmuni adductus consensu præhabitum actum fecit. vt in donatione causa mortis quam fecerant duo simul, respondit Bal.in.l. prohere ditarijs col. vlt. Cod. de hered. act. Ias.in.l. que dotis ff.sol.matr. nu.45. Sed ibi Alex.dubitat. nu. 8. et respondet Couarru.eod.numero, in præhab.2.par.Rubr. extra.de testam. nullam ei iniuriam fieri qui potuit id præuidere cum leges existãt perspecuæ supra dictæ. 17. &.44. manifeste permittentes variationem. Et id idcirco magis, quod, vt existimat Ias.in eo. Bal.innititur: q incasu ab ipso deciso fuit inter viuos donatio, quamuis cum mentione mortis.et ea facta ob dotem et ob causam matrimonij: Inquo casu et leges Regiæ variationem Impediunt. Ergo superest q tenet reuocatio viuentis:

25 +nisi ob causam matrimonij. vel alterius contractus onerosi, respectu tertij, præhabita donatio facta sit, aut melioratio. vel nisi aliud reuocationem Impediat: quia res donata, aut loco eiusdem, sit tradita scriptura donationis donatario, vt in.d.l. 17.statuitur.

26 + Nõ enim id satis erit q, sit inter viuos donatio vt ex Bal.colligebat Ias. ad reuocatione Impediendã: sed opus erit q res donatario tradatur: aut loco

eius

ius scriptura donationis: vel ꝙ cum ipso accedat extranea persona, cuius gratia, et ex onerosa causa, matrimonij: vel ex alia, melioratio facta sit aut primogenium. quod non est in priuatis donationibus quæ valent solo pacto. l. si quis argentum. Cod. de don. sic nimirum tollitur iterum ratio doctorum qui existimabant exeo esse impeditam variationem ꝙ defunctus confecisset primogenium, aut aliam meliorationem tertij & quinti bonorum allectus per superstitem, qui postea quasi dolore vocat: non facturus si intelligeret superstitem reuocaturũ. debuit enim intelligere cum fecerit cũ aliquo testamentum duo esse testamenta: & variabilia vsq; ad mortem. l. cum hic status. ff. de don. inter vir. & vxo. cap. cum Marthe, de celebra. missar. Cumq; meliorationem fecerit vel primogenium, id ipsum esse vt in. d. l. 44. nisi accesserit traditio. aut aliud ex supradictis, in præhab. l. 17.

27 ¶ IGitur. si vellit aliquis simul cum vxore sua testari: vel cum alio. absq; timore futuræ deceptionis, et penitentiæ contestantis: vtatur cautela Suarez, in præ d. l. 9. in. d. tit. 5. lib. 3. fori legum in. 5. limitatione quã dixi. col. 15. vt testetur de suis bonis, de q; etiam alienis, domino bonorũ præsente. tunc enim morte ipsius testatoris testamentum cõfirmabitur, & reuocari per superstitem non peterit. vnum est enim tantunmodo testamentũ, de bonis proprijs et de alienis. merito ab ipso tantum qui fecit reuocari viuens poterat: propter quod et eodem mortuo iam reuocari non valet, vt ait prædictus Rodericus. quia nõ interest ꝙ de bonis alienis disposuerit vt liceat domino alienum reuocare testamentum. nam exeo ꝙ disponere de proprijs bonis testatori permisit, visus est qui patitur, eidem concedere q, a licnet. l. sicut. §. venditionis. ff. quib. mod. pig. vel hippoth. sol. quem tex. ad hoc laudant. Bal. in. l. nec fratris. C. de don. cau. mor. Ias. in. l. cum alienam col. 2. Cod. de leg. et in. l. cum proponas. 1. in vlt. col. Cod. de pact. aperte quod dixerat Suarez ex eo notantes. nempæ testamentum quo quis de re aliena ex consensu domini disponit, morte testantis vsq; adeo confirmari, vt reuocari non posit, etiam quo ad dicta bona aliena, licet domino pæniteat. Ergo in casu legum Regni id ipsum erit si vtamur eadem cautela. vnicum maioratum ex duabus portionibus, componẽtes, cum

cum consensu alterius domini. ¶ QVIbus illationibus præ visis incidentibus, conueniens 28 est quod redeamus ad quæstionem supra positam in nu.6. quam prius tetigi in cap.1. num. etiam.6. eius qui legauerat Goletham vel Argelum: et eius qui Gallum legauit: cum tres sint. seruus scilicet nomine Gallus: Maritimus: et gallinaceus. Et demũ eius qui margaritam legauit: cũ margarita lapis sit. et ensis, & ancila margarita proprio nomine vel appellatiuo, vel forte impositiuo ab eius domino, vt vinea vocatur Goletha. Etenim si verba sunt naturaliter intelligẽda. l. vlt. Cod. de his qui veni. ætat. impetra: et si non aliter a significatione verborum recedere oportet q̃3 cum manifestũ est aliud sensisse testatorem. l. nõ aliter de leg. 3. & manifestum non est ex eo tamen, quod in vsu ipse fuisset vocandi lapidem equũ, aut equum lapidem: aut quia vestem appellasset suppellectilem vel e contra: vel auri appellatione intelligeret electrũ. l. 4 ff. de leg. 1. bene sequitur vitiatum. id quod iterum laudandum cuiq; videbitur propter. l. in ambiguo de cond. et demõstr. quia in ambiguo sermone non vtrunq; dicimus (vt ibi habetur) sed dumtaxat quod volumus. Et ideo qui aliud dicit q̃3 vult: neq; id dicit quod vox significat quia non vult: neq; id quod vult, quia non loquitur. verumtamen est ẽ contrario, quod in. l. quoties. 2. ff. de rebus dub. habetur: quoties in actionibus aut exceptionibus ambigua oratio est, commodissimum est id accipi, quo res de qua agitur magis valeat q̃3 pereat. Itẽ quod præscribitur in. l. in conditionibus, & in. l. pater seuerinam. ff. de condit. et demo. in conditionibus primum locum obtinere voluntatem testatoris, eas q; ipsam regere. Itẽ quod habetur in. l. numis. ff. d leg. 3. & in. l. si seruus plurium. §. vlt. ff. de leg. 1. si numerus numorum legatus sit, nec appareat quales sint legati: ante omnia ipsius patris familias consuetudinem esse exquirendam. ideo in dubio exiguiores deberi: nisi ex consuetudine eiusdem aliud possit apparere: quasi aperte dicant iura consuetudini patris familias legantis esse standum. Demũ contra superiorem partem est quod dixit Pedius, optimum esse non propriam verborum significationem scrutari. l. cum de lanionis. §. asinam molendinariam. ff. de fundo instruct. & instrumen. legato. & parum referre inter cacabos et æneum quod supra focum pendet.

¶ IDEO

¶ IDEO ad quæstionis examinationem plurima conuenit aggregare principia: non nulla q; interpretari, et in primis est notandum quod dixi in numero.8 in ambiguo sermone non vtrunq; dici sed id dumtaxat quod volumus.l.in ambiguo .ff.de reb. dub.Ideo cum duo titij sunt, aut duo fundi corneliani, & titium dicimus, aut Cornelianum fundum: non esse ambiguum sermonem, sed certum: id circo ius nõ deficere sed dumtaxat probationẽ.l.duo sunt titij, de testam. tut. Proinde tam vbi deficiat probatio dispositionem vitiari. vt in.d.l.duo sunt titij: q̃3 vbi deficiat ius, vt in.d.l.in ambiguo. nisi tamen in rebus legatis sit vbi deficiat probatio: quoniam ibi, eo ꝙ senserit de vtraq; datur electio ipsi hæredi.l.idem Iulianus.41.§.pen.ff.deleg.1.quæ de duobus tractat Cornelianis fundis legatis.l.numis deleg.3.cum alijs supra adductis num.13.

29 ¶ DE inde notandum est, †in legatis duo esse neccessaria scilicet quod testator sentiat de re quam legat seu legatario relinquit: et quod loquatur quid sentiat.l.nepos proculo.versi.nam qui ambigue, et ibi notat gl.ff. de verb.sig.nam et si potior atq; potentior est mens q̃3 vox dicẽtis: tamen nemo sine voce dixisse estimatur. nisi forte et eos qui loqui non possunt: conatu ipso et sono quodam.& in articulata voce dicere existimamus. l.labeo, in fine.ff.de suppell.leg. sed et tertium requiritur in legatis: nempæ ꝙ ex sensu verborum ille sensus colligatur. id quod colligit Acurs.vbi supra ex.d.l. labeo, in fine: sed existimo ꝙ voluit dicere, ex verbis colligatur, cũ ex sensu dixit. quid est enim dicere q, hoc senserit, & ꝙ ex sẽsu verborum ille sensus colligatur: nisi vnum et idem bis, terq; quaterq; repetere? Acursius igitur voluit ꝙ sentiat testator quid vult.& ꝙ id quod sentit loquatur: & q, demum id quod loquatur significet id quod sensit. nã si quis cum vellet vestem legare suppellectilem a scripsit, dumputat suppellectilis appellatione vestem contineri: Pomponius scripsit vestem non deberi. quẽadmodum si quis putet auri appellatione electrum, vel auricalcum contineri: vel quod est stultius vestis appellatione argentũ contineri.l.si quis in fundi vocabulo.4.ff.deleg.1. Tria igitur necessaria esse Accurs. dicere deberet, & non duo tantum vt dixit. quod tamen interpretor infra numero.37.

¶ Tetio loco erit notãdum †semper velle testatorem in minus heredem grauare. vt colligitur ex.l.numis.ff.deleg.3.l.legato gene 30

neraliter.l.idem Iulianus.§ pen. ff.de leg.1.l.qui lancem.ff.de auro et argent. leg. l. cum certum pondus.detriti.vino et oleo leg. l.si domus.74.ff.de leg.1.

¶Quarto loco est aduertẽdum,
31 †rerum vocabula immutabilia esse: hominum vero mutabilia. l.siquis in fundi vocabulo, in fine.ff.de leg.1.

¶Quinto loco prænotãdum est quod dicitur in. l. non aliter.ff.
32 de leg.3.† non aliter a significatione recedendum verborum quàm cum manifestum sit aliud sensisse testatorem.

¶Sexto et vltimo est notandum
33 †id quod colligitur ex testatore, quandoq; ex verbis colligi: quãdoq; ex præcedentibus & ex sequentibus.ff.de leg.2.l. vnum ex ex familia.§.si ommissa.l. si seruus plurium.§.fin.ff.de leg.1.

34 ¶SED et semptimo est notandum† consuetudinem patris familias non esse inspiciendam circa mutationem vocabulorũ, vt dicitur in.l.labeo de suppellect.leg.quia non ex opinionibus singulorum sed ex communi vsu nomina rerum sunt exaudienda, vt ibi.Inspiciendam tamen esse eiusdem consuetudinem in rerum ambiguitate.tex. elegans in indiuiduo. in ipsa eadem.l.§.1.vbi dicitur: sed de his quidem de quibus dubitari potest, suppellectilis potius an argenti, an vestis sint? Seruius fatetur, sententiam eius qui legauerat aspici oportere, in quam rationem eam solitus sit referre. cuius occasione intulit Bar. ad legantem palafrenos: vt inspitiatur quibus equis solitus sit vti pro palafrenis: quod accidit quia omnes sunt vnum genus. nempe equorum: sed alij ad diuersum vsum parantur. Vnde tex. supra dictus: verum si ea de quibus non dubitaretur quin in alio genere essent: vt puta escarium argenteum aut penulas, et togas, suppellectili quis a scribere solitus sit, non id circo estimare oportere suppellectili legata ea quoq; cõtineri. Adstruit rationem quam dixi, non enim ex opinionibus singulorum, sed ex communi vsu nomina inquit exaudiri debere. Hoc ipsum (licet dormites) rectê colliges ex.l. cum delanionis. § . asinam molendinariam.ff.de fun. instruct. Et nunc intelliges in quo casu id sit accipiendum quod in tex. habetur postremo, dum dicit: optimum ergo esse pedius ait, non propriam verborum significationem scrutari, sed in primis quid testator demonstrare voluerit: deinde in qua præsumptione fiat, in quaq; regione cõmorantur.

Qui

¶QVIbus breuiter pre visis, cõ
35 stat † eum qui legauerat Golètham, si vineam voluit legare quam appellabat Goletham. inanem legatum fecisse: quia nõ vineam, debuit Golethani nun cupare vocabulum vinee mutá do: cum mutare illud non valeat. l. 4. siquis infundi vocabulo ff. de leg. 1. etiam si eo nomine sit vsus, vt in. d. l. labeo. §. 1. & in. d. l. cum delanionis. §. asinam. Nisi
36 tamẽ diceret meam † Pronomen etenim hoc possessiuum est adimens difficultatem. l. si ita legatum. ff. de auro et argen. leg. l. Iulianus. §. vltim. de leg. 3. l. si cognatis. ff. eod. tit. Idem si legato addiderit talesignum quo efficiatur res clara. vt quia dixerit quam emi. vel plantaui. l. nominatim. & . l. 3. ff. de liber. et
37 posth. Tertio † si ante legatum protestetur cum dixit Golethá intelligere velle depropria. idest devinea. gl. communiter approbata in pred. l. 4. siquis infundi ff. de leg. 1. & Soci. in. d. l. in ambiguo. ff. de cond. & dem. col. vlt. vers. nona cõclusio. Quarto loco legatum erit vtile, si ex præcedentibus aut ex sequentibus valeat id interpraetari quod legatarius desiderat. l. siseruus plu
38 riũ. §. vlt. in fine. ff. de leg. 1. † Licet enim supradixerim, in versi. deinde notandũ est, in legatis tria esse necesseria: mentem scilicet & verba: et ꝙ ex verbis colligatur id quod senserit testator: existimo temperãdum ex. d. l. si seruus. §. vlt. nã satis est ꝙ ex verbis præcedentibus, vel ex sequentitibus, verba illa interpretentur. vel vocabulum quod diuersum nomen habet.

¶NON impedit resolutioni prædictæ quod Iulianus ait. ff. de reb. dub. l. 13. Quotiens in actionibus aut in exceptienibus ambigua oratio est: cõmodissimũ est id accipi, quo res de qua agitur magis valeat q̃3 pereat. quia in ipsa. l. Accursius verba hæc po
39 suit † Hæc vera nisi statuat lex cõtra. vel propter pietatẽ, vel reuerentiam; vel aliam causam. ut infra eod. l. quod de pariter &. l. fi. cũ alijs quæ ibi citat. Sed lex determinat ꝙ vnus nõ possit mutare rerum vocabula. & ꝙ a significatione non recedatur eorũ, nisi vt supradictũ est. ergo lex ista nõ nocet præhabitæ resolutioni.

¶Hæc cum nõ dixerit meá: nec aliud signũ addiderit extra supra dicta: et cum habeat vnam tm̃.
40 † Quid ergo si meá dixit vel titij, vel adiecit aliud signũ: reperiuntur tñ duo eiusdẽ nominis apud ipsum, vel apud eũ quẽ nominauit? Erit vtile legatum: sed quam vellit dabit hæres. l. idẽ Iulianus. §. scio. ff. de leg. 1. quia semper vult testator leuius hæredẽ grauare, vt dixi supra versi. tertio loco.

¶EX

41 ¶ EX Qua ratione† inferimus ad l. 4. ff. de trit. vino et oleo legato, in qua sic dicitur: Cum certum pondus olei non adiecta qualitate legatur: non solet quæri cuius generis oleo vti solitus fuerit testator: aut cuius generis oleum istius regionis homines in vsu habeant: & ideo liberum est heredi cuius vellet generis oleum legatario soluere. Vt enim heres minus grauetur existimo id esse decisum: vt cum numi indistinctæ legantur exiguiores debentur. l. numis de leg. 3. & cum fundus Cornelianus relinquitur: si duo sunt, quem voluerit dabit heres. l. idem Iulianus, §. suo. de leg. 1. vt cum domus simpliciter legatur nec adijcitur qualis: dat hæres ex domibus testatoris quá vult. l. si domus. 74. ff. eod. titu.

¶ SED est quæstio inter has. ll. cur numis indistincte legatis exiguiores legati videntur, si neq; ex consuetudine patrisfamilias: neq; ex regione vnde fuerit: neq; ex contextu testamenti possit apparere contrarium: sed legato oleo non inspicitur cuius generis olei vti solitus fuerit testator? cui multa respondet Accurs. in præd. l. 4. quæ incipit, cum pódus. Sed in fine ita resoluit. vel dic vsus loquendi, non vtendi. licet sit argumentum contra infra eo. l. ex vsu. Sed si legeris prædictam. legē solutionem relegat prædictá ait enim. Ex vsu testatoris legatum estimabitur. idest, quot annorum vino pro vetere vtebatur. Ecce vsus vtendi rebus inspicitur vt vsus loquendi. vt etiam probatur in sepe. d. l. cū de lanionis de fundo instruct. & in. l. labeo de suppellect. leg. & in exēplo palafrenorum quod Bar. ibi posuit. merito ergo. Bar. super gl. ipsam reprobat. † Et

42 ille ait: aliud de qualitate intrinseca vt ibi, aliud de extrinseca vt in reliquis. Sed istud plenius declarat, dicés in prin. eum Accurs. ꝙ in numis est speciale ꝙ exiguiores debeātur: et ꝙ contra hoc inspiciatur consuetudo testatoris. propter magnam numorum varietatem, quæ est in forma & in materia et in pódere. Sed in alijs dicendum esse existimat modo sequenti. quandoq; testator legando, mentionem facit tantum de substantia et nō de qualitate: et tunc si dubium est, seu emanat circa substantiam: præsumitur quid voluerit ex vsu defuncti, siue vsus sit loquendi siue vtendi. citat. l. 1. de triti. vino et oleo leg. cuius breuissima verba hæc sunt. Vino legato acetú quoq; continetur, quod pater familias vini numero habuit. Sive ro dubitatio non est de substantia quam testator nominauit, sed de aliqua substantiæ qualitate: tunc quædam est qualitas

in

intrinseca rei, vt bonitas: dulcedo: asperitas, & similia. & in istis non inspicimus defuncti consuetudinem, quia ab ipsa rei natura in est, & non ex defuncti consuetudine. casus est hic. scilicet in ipsa. l. 4. incipit. cum certum pondus. Quædam est qualitas extrinseca quæ a rei natura non in est: vt puta qualitas alimentorum: et in ista inspicimus consuetudinem defuncti. vt in. l. cum alimenta. ff. de alim. et cibar. leg. & in. l. si domus stichum, de penu leg. & in. l. si cui annuum in prin. de annu. leg. Et prædicta vera ait Bar. quando testator nullam qualitatem expresſit. S E D si testator expresiſſet qualitaté: tunc si aliquod dubium emanat circa illam qualitatem expræssam: recurrimus ad vsum testatoris. vt in. l. si quis vinum. §. fin. & l. sequen. Et hoc vult dicere iurisconsultus hic dum dicit, nō adiecta qualitate: quia tunc esset secus. Sic Bar. interpretatur has. ll. et defendit a contradictione quam habebant inter se. quē Angel. et Paul. sequuntur in. l. si seruus plurium. §. vltim. de leg. 1. iste expræsſim: sed hic tecitê, quatenus ad Bar. vbi supra fere mittit. Apertisſime docentes in numis esse speciale vt consuetudo inspitiatur testatoris dum viueret: et in alijs distinguentes vt vidistis.

¶ MIHI vero, et si video Bar. se in. d. l. cum certum, in prin. gloriasse atq; iactasse, melius de materia latiusq; dicturum quàm vsquàm ad id tempus dictum esset: et si quoq; subtilitas non displicet eiusdem quod attinet ad subtilizandum ingenium: et honorem apud rudos obtinendū:
43 ✝ Quod attinet tamen ad consultorum intentionem et determinationem causarum existimo falsam esse, contrariam atq; nociuam. Nec ferre nisi egre possum quòd dicatur in numis esse speciale ꝙ consuetudo testatoris inspiciatur, propter magnam eorum varietatem quæ est in forma, & in materia et in pondere: cum leges semper nittantur in voluntate defuncti: et ea post verba elliciatur ex vsu eiusdem dum viueret.
44 ✝ Dico igitur ꝙ, præhabita. l. numis differt a. l. cum certum, ꝙ in hac fuit certum pondus olei relictum: sed in ista non fuit certa summa relicta numorum. et est lectio nonnullorum antiquorum vt ex glosis colliges, et vera. Non enim frustra dixerat Consultus, cum certum pondus olei. &c. & in alia dixit, numis in distinctē legatis: sed vt doceret, idem esse in oleo, vino, tritico vc legato: si indistincte diceret testator lego

 oleum,

oleum, vinum, vel demum triticum. Inspiceretur enim in tali legato, quid vini appellatione intelligeret testator: quibusq; speciebus vteretur dum viueret pro vino. tex. clarus in. l. si quis vinum de triti. vino & oleo leg. vbi vlp. sic ait. si quis vinũ legauerit: omne continet quod ex vinea natum vinum permansit. sed simul sum sit factum: (inquit) vini appelatione non continebitur propriê. nisi forte pater familias etiã de hoc sensit. Audis quomodo vino in genere legato, inspiciatur cõsuetudo patris familias circa mulsum sub nomine vini cõprahendendum? Audi iterum eundem tex. Crezuphim quod in quibusdam prouincijs ex tritico vel ordeo, vel ex pane conficitur non continebitur. simili modo nec camum, nec ceruisia continebitur. nec hodromeli quid cõditũ: nec hoc puto: nisi alia mẽs testantis sit. Audis quantum mentem ponderet iurisconsultus prædictus? ergo falsa est Bartholi & aliorum opinio.

¶ DIC igitur vno verbo, numis tritico, vino, oleo, et alimentis in distinctê legatis: Inspiciendũ esse vsum testatoris quo vtebatur dum viueret, vt in. ll. antecitatis a Bar. vt ipse dixit de quartadguis seu de palafrenis in. l. labeo. ff. de suppæll. leg. namq; numus genus erat monetarum 45
vt colligitur ex. d. l. numis, quatenus dicit in distincte legatis: et addit exiguiores deberi. non enim essent exiguiores nisi et maiores essent. l. decem. ff. de verb. obliga. l. qui lancem. ff. de auro. et argen. leg. erat igitur genus numorum, vt hodie apud nos est minutorum. pecuniam etenim minutã eneam seu ærreã et eam quæ habet quoq; argentum mixtum, minutos nos appællamus. hec pecunia est ex qua alia quæ est puri auri, aut puri argenti, & ideo magni valoris proportionibus indiuisibilis diuiditur seu per mutatur, et habet multas speties ideo minuta vocatur: sed apud nos sub nomine est masculino, & appellatur menudos. vilior etenim speties vocatur blanca. non tam vilior octauus est: seu ochauo, quod cõtinet quatuor blancas. deinde quartus, qui continet octo blancas. sub inde quartelus continens. 17. et est moneta philipi. Interuenit Francigena pecunia, quæ Principis permissu percurrit: signata tamẽ signo cuiusdam castelli. huius suntduo speties tantũ, si licet speties vocare. differunt enim tantũmodo
46 in quantitate ideo in spetie non differunt. nam quæ differunt in quan-

quantitate non differunt spetie.
l. scapham de euict.l. vlt.incipit
etiá.scapham.ff.de fund.instruc.
& instrum.leg.Ad huc tamen di
uersam impræssionem habent li
cet pauculam.vna valet nouem
marapetinos dumtaxat,quecon
tinet.18. blancas altera viginti
marapetinos. & cótinet.40. blá
cas:quas monetas vulgo, tarsas,
scutarjas appellamus.Núc Igitur
47 + qui dixerit relinquo titio minu
tos,similis eierit qui dixerat o-
lim, numos: ideo si indistincte
dixerit,non adiecta quantitate,
non habebit nisi blácas quas re
liquerit testator, quia exiguio
res numi sunt. ná si minutos nó
reliquerit derisorium est legatú
ita ingenere relictum.l. sidomus
48 ff.deleg.1.Propter quod + si in ea
consuetudine testator fuerit,vt
minutos appellauerit omés mo
netas prædictas,vt infrequétissi
mo vsu sumus:tá maiores q̃3 mi
nores & exiguiores d̄bebútur vt
in.d.l.numis:nó idquidé exvoca
buli ipsius vi,sed ex testatatoris
probata cósuetudine:quia simul
in saculis siue bursis mixtas spe-
ties haberetpecuniarum,merito
heres probabit ꝙ habebat perse
blácas,per se quartos et octauos
per se demum quartellos atq;
tarsas. Quod accidit in numu-
larijs & in alijs mercatoribus. &
hominibus diuitibus in pecunijs
nó vtiq; vulgo apud homines me
diocres.
49 ¶ SIC + cum dixerit testator le
go vinum:Certum est deberi id
omne quod ex vinea natumest
atq; permansit. præhabita lex si
quis vinum.ff. de vino tritico et
oleo legato dum tamé vinú re-
liquerit vt dixi.quia si vinum nó
reliquerit,magis est deriosoriú
quam vtile legatum,prehab.l.si
52 domus.+ Sed si ex vino mulsum
sit(non autem Crezuphim. Cer
uisia aut hidromeli)consuetudo
inspicietur testatoris an his vte
retur provino.vt diximus de nu
mis.sic de oleo si oleum gene-
raliter legaretur nec video ratio
nem diuersam. Sic item est de a
limentis.l.alimenta.ff.dealim.&
cibar.leg. Quia + vt sub genere
speties compræhendantur an
non, consuetudo testatoris in-
spicietur,vt ibi.Aliud esset si in
distincte non legasset sed adie-
cta certa quantitate, vt in. d.l.
certum.quia consuetudo neuti
q̃3 inspiceretur cum genus non
debeat dari:sed dabit hæres spe
tiem,idest genus sub alternum
quod voluerit vt ibi. Quod ip-
sum erit in numis si quantitas
certa legetur:quia dabuntur e-
xiguiores,vt in.d.l.cum certum.
Sunt igitur leges concordes, nó
vero inter se pugnantes. & Bar-
tholi distinctio superfluit.

¶ SED quia de consuetudine hic tractamus: et de genere, & de spetie: & proinde de simplicibus: & tetigit lex siquis vinũ de tritico & vino lega. & de cõpositis: (vt cum sit ex vino mulsum: aut hidromeli est cum mulso) consequens est contra publicanos & vectigales respondere. Satagunt enim destruere sepæ rempublicam, et dicunt: etiam populum principis priuillegio immunem a vetigalibus teneri pro compositis: remq; simplicẽ exemptam a prædicto vetigali si in alia spetie mutetur non ha
52 bere libertatem. sic enim cũ, in clita isthæc ciuitas, á catholicis regibus ferdinãdo et Elisabeth. sit libertates non pauculas consequta: Ita vt regula immunitatis pro ea sit: et exhis tantum quæ in preuilegio excipiuntur debeat gabellam: adfirmant: de compositis deberi licet de simplicibus non debeatur. et e contra si debeatur de simplicibus, de compositis quoq; deberi: ita vt nullus locus immunitati reperiatur, nisi descriptus in ipso eodem sit priuillegio. habent enim pro se, legem. 1. tit. 18. lib. 9. noue recopillationis legum. & ipse titulus id dicit quo ad personas: nam dicitq̃ omnes soluant demptis qui ibi continentur. quod vero attinet ad res apertius erat scriptũ in. l. 2. quaterni gabellarum vnde lex deducta fuit supra. d. ibi: paguen enteramente el al cauala de todo lo que se vendiere. Pro
53 inde, licet de vino gabella non debeatur, de mulso dicunt deberi. Et licet de pane cocto non debetur, iuxta. l. 34. tit. & libro præd. de Alfaxore deberi dicũt quod componitur ex melle et pane biscocto. sic itidem vt ibidem, de moneta non debetur dum est sculpta moneta: nec de libris inqua cũq; lingua scritiptis: manu aut stampa conglutinatis vel dissolutis. et etiam si ex aliqua aurea moneta anulus fieret & venderetur gabella ex
54 eo deberetur. sic demum est de armis quæ existunt perfecta, quia gabella non debetur si vẽdantur. l. 40. libro et titulo prædictis. cæterum si corrumpantur et desinant arma esse: quod ex armis factũ sit, vẽdito eo debebit gabellam: aut si ex armis fiat compositum quod demum
55 arma non sit. Proterea farmacopola (quem dicimus Boticario) ex simplicibus & ex compositis collirijs & medicinis gabellam soluit. l. 103. in libello gabellarum.

¶ PLAcet tamen animad vertere inhis, esse beneficium principis

cipis quod a diuina scilicet eius indulgentia proficiscitur. (vt est in priuilegio inclitæ ciuitati Garnatæ concesso : quod a diuina regum Catholicorum supradictorum profectum fuit indulgentia) quam plenissime interpretandum. vt nos docet Iabolenus in. l. Beneficium. ff. de constit. prin. Ad regem enim gabella tantummodo expectat, non autem ad alium priuatum qui de beneficio ciuitati isti concesso ex prædicta indulgentia conqueratur: merito iniuria restringeretur non minima. Proinde ad salutarem, & quam plenam vlpiani philosophiæ decisionem existimo de veniendum in. l. si quis vinum. ff. de tritico, vinco, et oleo legato. quatenus ait: si quis vinum legauerit. omne continet quod ex vinea natum vinum permansit: sed si mulsum sit factum, vini appellatione non continebitur proprié: nisi forte pater familias etiam de hoc sensit. Improprie igitur, aut minus propriê dum vinum permaneat venit in legato et compræhenditur. Crezuphin vero, quod in quibusdam prouincijs ex tritico vel ordeo, vel expane conficitur non continebitur: non enim fit ex vino. Simili modo nec camum nec ceruisia continebitur: nec hidromeli quid conditum: nisi alia mens testantis fuerit vti dicitur in. d. lege. Propterea, quod diximus de Alfaxore verum est, quod conficitur ex pane biscocto, & exmelle. Sed si melli priuillegium datum esset: crederem 57 melli composite, (dum duret mel) durare etiam priuillegium vt si corio hirci priuillegium datum esset, calciamentis ex eo factis datum quoq; existimarem. quemadmodum si datum esset saccaro, idest, succo arundinaceo (quod açucar nuncupamus) ex saccarato datum dicerem: Et confectis ex saccaro, per pistorem bellarium factis dulciarium: nam saccarum in eis durat, quicquid bellarius pistor (id est confiterus si dicere istud licet) conetur speciem mutare, quoniam materiam non mutat.

¶ NEC quis dixerit, propriê verba intelligenda ac restringenda. l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gest. Id nimirum verum est in statutis & contractibus stricti iuris, vt omnes vulgo intelligunt, non autem in legatis, nec in beneficijs principis quorum in præsentiarum tractamus. Nec contrarium lex determinat dum dicit, propriê

non contineri. Dicit nanq; contineri licet non propriè. Ergo mulsum quia ex vino factum est et durat vinum in legato cõtinetur. Sic et confecta bellaria, (quæ confituram vocamus) sub saccaro continetur.

¶FINEM igitur imponamus huic capitulo, pro tutoribus cõsiderantes consuetudinem defuncti qualis fuerit in contractibus & mercantijs? Quippe † tu-
7
tor non tenetur de re quasi male gesta, & in vtiliter cæpta minoris: si pater eius dum viueret in eo genere contractus consueuisset versari, licet male tutori succederet. veluti quia vitrea vasa emeret quæ pater emere consueuerat & frangerentur in culpa. gl. in. l. si negocia, in verbo, in eundo. ff. de neg. gest. vel quia equum pupilli in pascuis dimitteret, vbi pater consueuisset dimittere. de quo dixi, in cap. 2. nu. 3. in fine.

¶EX

¶EX CAPITE SEQVENTI.

1 ¶Decem annis introduci consuetudinem, que ea non destruat que sunt insignum supreme potestatis reseruata.
2 Vnico actu non induci consuetudinem.
3 Duo vel tres actus in delictis consuetudinem (vt quidam volunt) inducere, preterquàm in blasfemante, vt itidem quidam volunt: sed de hoc in nu. 4. & in alijs. presertim in nu. 26.
4 Ex actibus difformibus consuetudinem non induci.
5 Ex multis venialibus vnum mortalem non effici.
6 Ostenditur errare eos qui putant, consuetum delinquere in crimine pecunia castigando posse propter consuetudinem castigari corporaliter.
7 Vbi pena delicti relinquitur arbitrio iudicis extenditur vsq; ad mortẽ, arbitriũ tamẽ limites suos nõ excedit vt in nu. 8. propterea non fiet transitus de vna spetie pene ad diuersam sed tantũmodo ad maiorem.
8 In arbitrarijs solent pene moderari: & ibi de intellectu. l. hodie. ff. de penis.
9 Errare eos qui existimant moderationem, continere semper diminutionem & ibi delectione tex. in cap. vlti. extra de verb. sig.
10 Interpretatur gl. in. §. in summa instit de iniur. de qua supra dictum est nu. 7.
11 Interpretamur tex. in. l. 3. §. pena autem de crimi. stellion.
12 Paruitas criminis acceriter propter circumstantias castigandi, facit, ne circumstantie operentur summrigorem: vt in paruo furto commisso cum violẽtia, vel cum domus effractione.
13 Temperatur quod dici solet in paruis etiam non deficit iustitia.
14 Interpretatur lex regia de iniurijs verbalibus que debent recantari.
15 Ostendetur qualiter sit castigandus exulatus qui ex exilio reuerterit.
16 Tempus a lege statutum debet eße cõtinuum. & quo pacto istud sit verum.
17 Infertur contra Bar. Bal. et alios qui dixerũt pro vno furto enormi poße furem suspendi quemadmodũ pro tribus paruis. quia pro primo furto non reperitur pena mortis vt infra nu. 24.
18 Ve illis qui volunt duplici pena pro vnico delicto contra iuris equitatem et rigorem reum vinctum castigare. Et hic de. l. vlt. ff. de furt. que innuere videbatur contrarium vide. nu. 23.
Tribus ouis, tribus ve gallinis, non vna vice furatis, non eße furem suspendendum.
19 Qualitas furti non quantitas, circumstantiaq; est que facit furem suspendi de furca.
20 Lex vlt. titu. 2. lib. 8. recopillat, non corrigit quod de circunstantijs dictum est in nu. supra proxim o
21 Pro delicto furti non infligi pena mortis nec membri abscisio pro primo.
22 Interpretatur lex aut facta. ff. de penis que (vt creditur) inducit ex duobus actibus consuetudinem.
23 Ponitur diffinitio blasfemiæ: et quòd possit non haberi pro tali, ex consuetudine: et hoc de quibus.
24 Concordantur leges regni tractantes de pena blasfemie satis contrarie inter se.
25 Testi falso, etiam si accusatus euaserit accusationem, imponendam esse in criminalibus penam que reo erat imponenda. Et ibi de teste adulterij, qui falso contra accusatos deposuit.

¶DE ACTIBVS AD CONSVETVdinem (in negocijs præsertim criminalibus) inducendam.

CAP. V.

¶CVM DE CONSVETVdine tractemus in hoc libro et multa de ipsa dicta sint: consentaneũ est videre quibus actibus induci valeat? nam si de ea tractent multi: nemo est qui resoluat saltem bene atq; prudenter. Nam Accurs. vir aliqui resolutus & ingenio bono preditus, in. l. labeo. ff. d suppell. leg. in verbo. ad inicium, ibi, & sic vsitata, sentit, opus esse decem annis. vt ex ipso ellicit Bar. num. 6. multum notabilem glosam nominans. citásq; pro eadem tex. in. l. de quibus ff. de legib. nec non legem consuetudinis. Cod. quesit longa cõsuet. idem in. l. si chorus. §. 1. ff. de leg. 3. quatenus ad. l. labeo sere tulit dicturum. Bal. in. l. 2. Cod. Si aduer. rem iud. & in. l. 2. pen. col. C. de dignit. lib. 12. Quibus concinit quod regulariter dicitur, consuetudinem induci per

decenium.gl.in.l.2. incip. Consuetudinis.Cod.quesit longa cósuet.Bal.in rubr.eiusdem tit.& in cap.1.in prin.qualiter feud. olim poter.aliena.Bar.in.d.l.2. ipse et omnes in.d.l.de quibus.gl. et ibi Bal.in cap.vlt.extra de consuet. Cyn.in.l.2.C. de seruit. et aqua. Abb.in.d.c.vlt.Inquiens in col.8. nu.11.versi.quantum tempus: sic tenere omnes legistas in. d. l. 2. C.quesit longa consuet.et est demum cómunis quemadmodum testatur Ias. in ipsa. l. dequibus. col.10.num.42.versi.secúda,opinio glosæ.Modo tamen consuetudo quæ introducitur nó conetur id destruere quod est principi insignum supremæ potestatis reseruatú.immemoriale etenim tempus taliter reseruata requirunt,quod habeat vim priuillegij.cap.super quibusdam.§. præterea extra de verb.sig,l.competrit C.de pres.30. vel. 40. annor, gl.atq; doctores ex ipso ibidem tex.in cap.vlt. de consuet. lib.6. et in cap.Cumana,de elect.cod. lib. Pannor. & reliqui precitati. presertim Ias.qui recitás opiniones in hoc conuenit in.d.l.dequibus,nu.44.&.45.ff.de legib. ꝙ extet differentia inter ius canonicum &ciuile,in eo,ꝙcontra ciuilem satis sit ꝙ consuetudo extitrit decem annorum:cótra canonicum vero quadraginta annis sit opus:nec valeat antea appellari prescripta consuetudo.vt eam appellat præhabitum cap.vlt.extra de consuet.Ad consuetudiné vero preter ius canonicú inducédam,vel ciuile:solum decenium sufficiat.

¶Verum tamen hec resolutio alterius postulat examinationem que ipsam turbat.Nam cum exigantur ad cósuetudinem actus: quot actus sint necessarij est inquirendum?

2 †Vnus enim(præter q̃ꝫ q, euidétia et brocardico probatur inquo habetur,non efficit ver vna arundo) cósuetudinem non facit. gl.cómuniter ibi recepta, in. l. de quibus.ff.de legib. Bar.et item omnes in.l.1.C.quæsit longa consuet. exeo moti ꝙ consuetudo exigit frequentiam.

¶DVO tamen actus consuetudinem inducere existimant Accurs.Bal & alij in.l.nemo de inceps Cod.de episcopali audiencia. per tex. ibi, & in .l. capitalium.§.grassatores.ff. de pæn. idem Accurs.ibidem glo.in.cap. qualiter et quando extra de accus.Bal.in authen.sed nouo iure.Cod.de furt.et in.l. quicunq; Cod.de ser.fugit.& Ias. in. §. ex maleficijs.col.2.num.12. inst. de actio.

3 ¶Ergo tres facilius actus introducent consuetudinem. in quo do-

doctores conueniunt vbi supra nemine ipsorum contradicente aut discrepante: bene vero distinguente. Quippe Accurs. in pred. l. 3. nemo deinceps. C. de epis. aud. & glo. in c. ita nos. 25. q. 2. in criminibus admittunt hoc, plures actus inciuilibus desiderantes vt consuetudo inducatur, vt etiam doctores tenent in cap. cum ecclesia sutrina, de cau. poss. et propriet. Sic in crimine statur actibus, cum tres et plures in vno eodem die fieri possint: verũ tamẽ in ciuilibus statur actibus pariter et longo tempori, vt ex predictis colligitur.

¶ SED non deficiunt qui dixerint duo actus aut tres consuetudinem non facere in blasfemo, ob lubricum vt aiunt linguæ. vt sunt Din. in l. 2. Cod. de reb. cred. et iur. iur. Alex. in l. capitalium § famosos. ff. de pæn. et Rochus curtius in rubr. de cõsuetu. n. 5. quest. propter. l. famosi circa fin. ff. ad l. iul. maiest. de quo inferius disseremus.

¶ SED non dicunt an ex actibus difformibus inducatur delinquẽdi consuetudo? cum, vt constat, etiam (quod ad genus attinet delinquendi) ita consuetus ille est qui actus facit difformes, vt est ille qui plus q̃ semel in ipso delicto delinquit. Nam et is qui consuetus est bene facere, non exeo consuetus appellatur q̃ fecerit semper vnum: Sed quia in omnibus operibus charitatis se retro bene exercuerit. Verum tamen. Bal. dixit in l. si certis annis. col. 4 ad fin. C. de pact. 4 ex actibus difformibus non induci consuetudinẽ. per. l. Seya. ff. de annuis leg. et l. mela. §. vlt. ff. de alim. et cibar leg. quod ipso nõ dum lecto ego dicebam, per cap. ex parte extra de cens. Sed ad hibite interim concordiã, q̃ consuetus est delinquere in genere. et quoq; bona facere: Sed non in spetie, vt puniatur vel laudetur pro consuetudine inspetie.

¶ IDCIRco si nostris credimus qui ter ideprobetur crimẽ fecisse vt cõsuetus castigabitur. Ex quo Bar. in l. sicui. §. sacrilegium. in fine. ff. de pæn. et Bal. in authen. sed nouo iure, prædicta: (quos in hoc consecrant et exaltant criministæ) eius opinionis sunt, vt fur furca sus suspendatur qui ter fuerit furatus: dicuntq; esse hoc consuetudine in toto Regno prescriptum.

¶ ET Quod mihi est difficilius sunt qui generaliter dixerint. omne delictũ quod est pæna pecuniaria castigandũ, castigari corporali, nõ vtiq; qualiquali sed pæna vltimi suplicij si in delicto reperiatur cõsuetus. vt sũt Ang sup

Bar. per tex. ibi, in. l. 1. Cod. de super exactor. trib. lib. 10. & in. l. omnes. §. delatores. ff. de delat. Sed erranter. quia, est Cod. et eod. lib. 10. Sed nec. §. habet qui initietur delatores. Grammatt. voto. 17. nu. 13. Arnonius appellás hoc singulare. in singul. 64. tu habes Regni constitutionem Plaça in epitome, delict. in. 1. part. cap. 12. nu. 2. et demum. Gabriel Sarayna, in additionibus ad Arnonium. Quod nos vidimus in executione deductum, contra nobilem Tabellionem, qui repetúdarum fuit conuictus. Sed qui fecit non euasit impunitus. indignatio et enim Principis per tempora ipsum commuttauit: Sed in fine mors cum cœpit vt facti attrocis Deo suo rationem daret plenissimo misericordia iniustitia.

¶ SED quid mirum si errent nostri in supposita propositione: cum sint qui dixerint. nullum esse peccatum veniale, quod non fiat consuetudine mortale. Vti sunt Abb. in cap. nam concupiscientiam, ad finem extra de constit. et in cap. relatum. 2. ne clerici vel monachi. et sensim chasane. (quatenus citat Abb.) in consuetud. Burgund. §. 23. Rubr. 4. versi. nono prolimitatione nu. 35.

¶ VERVM tamen quanto errét supradicti ex eo iudica quod leges in cap. proximo: non esse consuetudinem inductam, vbi iudicis castigatio aut admonitio non accesserit, vt valeat de perse ipsa castigari, sed ꝙ augebitur pena eius qui commiserit delicta plura: Et ex eo quod est notoriú, ꝙ non valet consuetudo id operari factorum quod ipsa materia non valet sed si materia nó valet penam corporalem reo inferre consuetudo id non efficiet vt in iungatur corporalis.

¶ PROPter quod tenent Theologi. nempe Thom. 1. 2. q. 88. arti 4. Et in questionibus disputatis de malo. quest. 7. art. 7. Et in secúdo libro senté tiarum. distinct. 24 quest. 3. art. 7. Et in eadem distinctione communiter omnes theologi, falsum esse quod proposui ex Abbate in. d. cap. nam concupiscientiam. Quia (vt aiunt) †pœ
5 na mortalis et venialis diuerse naturæ sint. Prima etenim perpetua est, sed altera est temporalis. Et ideo prima, priuatio est Dei cum effectu: altera in effectu nó priuat, sed tantummodo differt visionem. Et cum differat, non aufert. l. quoties. Cod. de precib. Imperat. offerend. l. et suum. & l. maiorem. cum sequentib. ff. de pact.

6 ¶ QVARE † Angel. et reliqui qui censent, delinquentem qui castigandus est pecuniariter. si

con

cōuincatur tot vicibus deliquiſ
ſe in ipſo crimine ꝙ dicatur con
ſuetus in ſpetie,poſſe ad mortē
caſtigari,miſerrime ſunt in er-
rore.non enim poteſt pæna ad
aliam naturam transferri, ſed
augebitur impoſita in ipſo ge-
nere penæ. l. aut damnum, &
melius lex relegati. ff. de pæn.l.
quicunq;. Cod.de ſeruis fugit.
vt inteliges apertius infra eod.
verſi.quod vlterius. ſed melius
infra prox.cap.num.21.vbi præ-
habitam.l.de conſueto intelligi
mus in corregibili.

¶NON impædit dicta.l.1.Cod.
de ſuper exactor.trib.li.10.quia
in ſuper exactore principis eſt
ſpetiale qui ocultat eius pecu-
nias.& in eo qui ſui concilij pe-
cunias etiam ocultat cū ſit præ-
tor.l.1.Cod.de his qui ex publ. ra
tio.lib.10.l.1. Cod. de offi. ſeu de
his qui ex offi. quod ad miniſtr.
lib.11.

¶NEC nocet lex relegati.ff.de
pæn.quatenus poſt penæ exilij
temporalis in perpetuum con-
mutatæ pænam capitalem irro-
gat.non enim poſt exilij perpe
tui impoſitionem multiplicari
pæna poteſt.nimirum ſi diſcur-
ratur ad caput propter conmiſ-
ſum vltra crimē. Sed vbi multi
plicari pæna poteſt. (vt accidit
in furto, cuius non poſt multa
diſceram) exempla harum legū
non nocent,nec poſſunt conſti-
tuere regulam.l.quod vero con
tra.ff.de legib.

¶QVOD vlterius confirma-
tur ex alia declaratione noſtro-
7 rum. dicunt enim ꝙ, vbi pæna
delicti relinquitur arbitrio iudi
cis,poteſt extendi vſq; ad mor-
tem, et vſq; ad eam arbitrari.gl.
in.§.in ſumma,in verbo extraor
dinaria. inſt. de iniur. quam ſe-
quitur,ac ſingularem exiſtimat
Bal.in cap.1.in prin.col.5.de pa-
ce tenen.lib.feud.Imol.et Pan
nor.in cap.ex literis.extra de cō
ſtit.Idem Pannor.in cap.verita-
¶ IDEO est, iure nostro, Gomecius omnino approbãdus. sed est ex ratione dictæ legis colligendum, ꝙ si pena non habuerit effectũ in acusato: sed accidat id facto ipsius met testis falsi, excusabitur a pæna: illa scilicet ordinaria quæ reo erat testificato infligenda, non ab alia pæna falsi. ipse enim fuit in culpa ꝙ reus condemnandus veniret: sed et ipse fuit in causa ne veniret, nec incideret in pænam. et sic cessat ratio legis, ibi, pues porel noque do de dargela. Penituit enim ante negociũ perfectum, & licuit sibi pænitere. vt Paulus ait in falsa moneta. ff. de fal. sic dicens in. l. 19. qui falsam monetam percusserint, si id totum formare noluerint, suffragio iustæ pænitentiæ absoluuntur. ex quo noto secus esse vbi formare noluerint, (sed quia preuenti) formare non potuerint. glosa pulchra nec non elegans, in. l. siquis non dicam rapere. C. de epis. et cler. in glosa magna post mediũ. Ideo in teste id ipsum erit, si se ipse non proderit vt pæna imponenda euitetur, sed ex alijs conuincatur. Iam enim fecit id ꝙ inse fuit vt inocens castigaretur, licet non habuit effectũ. Merito subtilis Bal. in pred. l. siquis non dicam rapere, aliter limitat præfatam. l. qui falsam, dicens: non sufficere pænitentiam delinquæntis de qua ibi, & nos hic loquimur. vbi aliquis iam læsus sit ex solo facti principio, quod non fuit ad esse perductum. per. l. nũ q̃3 plura. ff. de priuat. delict. sed melius probatur ratione, quia inicium quod ad lesionẽ effectũ suum operatur.

¶ VNDe queritur de teste qui falso de adulterio deposuit? adulteri quippæ non sunt necessario interficiendi, sed passo adulteriũ cum bonis omnibus tradendi, vt ad libitum de bonis et de personis disponat: ni tamẽ filios habuerit ex adultera: tunc quippæ ipsi succedent in bonis, vt etiam filij ex alio matrimonio ei succedent. l. 1. tit. 20. lib. 8. recopillatio. legum Regni. &. l. 80. Tauri. quæ est hodie lex. 2. tit. & libro præc. Per contrarium: quia ad mortem vsq; vir irrogare pænam posset, vt ex dictis constat legibus. proptera testis videtur pati debere quod dãnum inferre voluerat. in qua sentẽtia Pincianæ chãcellariæ iudices criminales, & alij ad quos extitit propter discordiam, remisus processus, inclinauerunt cum semel casus contigit. in eaq; inclinat Antoni. gomecius, in præd. l. Tauri. 83. nu. 9. nullo alio adhibito fundamento. 3

¶ MIHi videtur res aspera q, iu

L dices

dices legem excesserint. & ꝙ castigarent testem durius q̃ꝫ erant castigandi adulteri contra quos deposuit falsum: cum præ habita lex Regia habeat, esse sibi eandem pænam irrogandam quam erant passuri accusati, quasi prouidens magnum rigorem. sed adulteri interfici præcise non tenebátur, sed dumtaxat tradi accusatori cum bonis vt ad libitũ de ipsis disponat, qui solet flecti precibus: (sæpe enim qui patiuntur adulterium misericordia adornantur, & conlacrimátur cum vxoribus) ergo testis tradendus erit illis qui de adulterio accusabantur, vt ipsorum misericordia experiatur. et iudex arbitrium non habet commutandi dictam penam, quia in iure scripta est.

¶EX

EX CAPITE SEQVENTI.

1 Vtrum possit consuetus is dici qui non fuerit castigatus.
2 Consuetudo inducitur pluribus actibus.
3 Multiplicatio delictorum (vt rerum) multiplicationē inducere penarum. Et multiplicatio personarum multiplicationem inducit delinquentium & puniēdorum.
4 Qui percutit pluribus a lapis aliquem incontinenti vnius iniuriæ pœna tantummodo tenetur.
5 Si eiusdem speciei crimen sit quod secundo loco committitur intererit multa simul perpetrentur an quòd fiant ex interuallo vt vnum aut plura dicantur.
6 Diuersa delicta siue ex interuallo fiant siue incontinēti plura sunt, nec vnum aliud consummit.
7 Qui eodem impetu non semel percutit clericum vnica excommunicatione innodatur. sic de iniurijs & de lapidibus determino a motis. de quo postea in versi. hinc qui terminos.
8 Discutitur late quæstio eius qui ex interuallo attulit plures testes falsos ad vnam & eādem causam an incidat in plures pœnas. Quod resoluitur post. nu. 14. versi. inde venimus.
9 Interesse lex loquatur de diuersitate delictorum numero, an de diuersitate natura. de hac enim loquitur lex nunquàm plura. ff. de priuat. delict. de prima vero loquitur. l. illud. §. vlt. ad. l. aquil.
10 Traditur distinctio in hac materia.
11 Vbi actus repetiti siue crimina, habent aliquam continuationem inter se, distinguitur an vere contināentur an vere interrumpantur: vt hic plura delicta dicantur. & iterum in versi. in alio membro.
12 Legitur tex. in. l. infitiando §. infans. ff. de fur.
13 Errare eos qui existimant eum qui plures vna continuatione effuderit blasfemias vnica pœna teneri.
14 Interpretantur plura exempla que tradit Bar. in. l. §. infans. & l. 2, titu. 4. lib. 8 recopillation. que punit eos qui adferūnt plusquàm duos famulos, quos dicimus lacaios.
15 Resoluitur quæstio eius qui presentauit ex interuallo testes falsos. Et in nu. seq. resoluitur in ipso teste falso contrarium eius quod dicitur de presentāte.
17 Sæpe singulare scribitur in. l. pro plurali.
18 Quo pacto intelligendum sit quod quidam dicūt pluribus iniurijs factis vno contextu existimari pro vna: et ibi de intellectu legum regni tractantium de iniurijs & conuitios.
19 Quid de eo quem familia ducit sed in templum confugit Dei, vel in locum priuillegiatum?
20 Consuetudo non potest in abstracto castigari ac de perse, delinquendi, sed in concreto.
21 Interest procedat iudex tanquàm contra consuetum delinquere, an tanquàm contra incorrigibilem?
22 Iudex sepe in vna sententia suspensus, an vno tempore a pluribus liberetur.

QVANDO VALEAT CONsuetudo in abstracto castigari.

CAP. VI.



STIN hoc capitulo illud tractandū quod posset nō nullos torquere Nā cum cōsuetudo duobus actibus, tribus vè nō adstringatur: sed sit opus quod negociū tale sit quod aures audientium exorrescat, & mereatur perse pœnā vtiq; cōsiderabilē: posset queri ḋ duobus ad rē
1 satis necessarijs. Primum est, vtrum possit consuetus is dici qui non fuerit castigatus? Alterum, iam quod fuerit castigatus pro crimine vno quoq;: quomodo vltra castigabitur, dicente tex. in. l. 14. ff. de accusat. Senatus cēsuit ne quis ob idem crimen pluribus legibus reus fieret. Et in. l. si cui. §. 1. eodem tit. Hisdem criminibus quibus quis liberatus est, nō debet preses pati eūdem iterū accusari. Quibus cōuenit lex licet. §. 1. ff. naute caupon. et stabular. Et lex. 12. tit. 1. lib. 8. re-

copillacionis legum Regni.ibi, En vna causa, Sobreun delicto no fagan mas de vnprocesso,Et enim si contra plures eiusdem delicti cōsortes,nō potest plus q̃3 vnus fieri processus: quomodo contra eūdem delinquentē singularem plures fient?

¶ QVOD autem castigatione
2 non sit opus exeo patet ꝙ cōsuetudo inducitur, pluribus actibus.gl.in.rubr. Cod .quæ sit longa cōsuet.eadē gl.in.l.dequibus in verbo,in veterata. ff.delegib. & vtrobiq; doctores,nihil circa punitionem distinguentes. Bonus tex.in.l.seruos.Cod.ad.l.iul. de vi.publica.ibi,viles autem,infamesq; personæ, et hi quibis aut sepius violentiam perpetrasse conuincentur. Et in.l. capitalū.§.Grassatores.ff.depæn.Capite (inquit) puniuntur, vtiq; Si sepius atq; in itineribus hoc admiserūt. sepius vtrobiq; dicitur nihil inittens legislator in castigatione delicti Sed in eiusdem frequentia. Quibus cōcinit opinio Bar.in.l.si cui.§.Sacrilegium ff.de accus. Baldi & aliorum in authen.Sed nouo iure.Cod. de ser.fugit.quorū memini,in cap. huic vicino:qui asserebant pro furto enormi furem esse suspendendum tanq̃3 tria furta fecisset,tanq̃3 q; propterea furari cōsuetus diceretur.

¶PER contrarium sed quod debeat in iudicio confutari & de crimine conuinci plusq̃3 semel, probatur in.l.3.incipit nemo deinceps.Cod.de epis.aud. quatenus in fine dicit:nec in eos liberalitas augustæ referatur qui impunitatem veteris admisi, non emendationi potius quàm consuetudini deputarunt.Et iterum apertius probatur in.l. capitalium.§.1.de pænis, quatenus in primis dicit, nec antea sint a præside admoniti. Et postea: ꝙ si ita correcti in eisdem depræhendantur exilio puniendi sunt. Et demum tertio dicit: scilicet cū sæpius seditiose et turbulenter se gesserint:et aliquoties appræhensi,tractati clementius in eadem temeritate propositi perseuerauerint.a quo nihil distat tex,in.l.1.Cod.de super exactor. lib.10.in eo quod dicit:siquis autem exactorum insuper exactionis crimine fuerit confutatus, capitali periculo cupiditas eius a mouenda, atq; prohibenda est:si in ijsdem sceleribus perseuerat.Prius enim lex cepit imponere pænam pecuniæ: Postea vero cognita delinquendi cōsuetudine et super exactoris incorrigibilitate &(vt tex.ait)perseuerantia in delicto,quæ potius pertinatia erat dicēda,a mouet cupiditatem cum capite. Ergo debeat castigatio,&posteá perseuerãn-

rantia,aut pertinatia præcedere cõsuetudini punibili. Et hoc forte est quod præses sensit in secũdo libro resolution.cap.10.nu.8. versi.quinto est hoc in tractatu, cuius verba:quinto est hoc in tractatu prænotãdum:eiusdem criminis ex interuallo iterationem concurrẽtem,ante prioris actus legis,vel iudicis punitionem circa eandem personam:quantum ad punitionem et publicam vindictam vnum et idem crimen censeri.Sed quod sequitur ostẽdit longe presidem fuisse a nostra sententia.nanq; adiecit: ita quidem, vt penæ repetitio non fiat licet eadem augẽda sit. Tractauit enim an vnum crimẽ plura vê repetitio operaretur(vt etiam constat exeo ꝙ Bartolum allegauit in.l.inficiãdo.§. infans, de fur.nu.3.)sed nõ decõsuetudine exactibus non punitis inducenda,verũ verbis prophetauit, vt dicitur fecisse Tetrarcham. qui tamen declaratione vlla egebit quam in proximis accipies infra versiculis.

¶In hac re mihi placetdistinguẽdum:velit iudex cuncta delicta punire,an punire consuetudinẽ vel vtrunq; castigare vna sententia ? Etenim si cõtendit castigare omnia delicta quis vetat?,
3 multiplicatio enim delictorum (vt rerum) multiplicationem inducit pænarum.l. agraria. ff.de termi.a moto.l.pen.et vlt. ff.de collegijs illicit.sic et multiplicatio personarum. multiplicationem inducit delinquentium, & puniendorum.l.si plures.ff.de iniur.l. si familia. ff. de iur. omni. iud.et notat Ang.in tract.maleficiorum.in verb. fama publica præcedente.post.13.quæst. versi. quæritur ê contra . Nisi tamen dixeris eiusdem farinæ esse delicta:et esse simul incontinenti cõmissa vt cuncta pro vno reputẽtur : velnti quia plures iniurias quis fecerit in cõtinenti,vel protuleritplures blasfemias:secus si seruum verberauerit & ideo in certam & determinatam pænã inciderit,post deinde ipsum seruum interfecerit.l.illud.§. vlt.ff. ad.l. aquil. l. nunq̃; plura. ff. de priuat.delict.vbi idem si seruum surripuerit, & itidem interfecerit:altera enim actionum alterã non cõsummit,quia diuersa sũt delicta ad idem non tendentia. proterea quod in priori casu est secus.l.item apud labeonem.§. ait prætor versi. conuicium , et
4 ibi notat.Bar.ff.de iniur. notans idem deo,qui percussit pluribus a lapis actorẽ incotinenti. puod tenẽt idẽ.Bar.amplissime distinguens in . d. l. nunq̃; plura, post Din.ibidẽ & Alberi.Paul.castrẽs in.l.quicunq; nu.4 . Cod. de ser. fugit.Annania in cap.in tantum nu.5.extra de collus.de tegen.&

Socin. in consil. 62. lib. 1. col, 4. &. 5. appellans communem opinioné: ac inidem citans Benedictũ à Benedictis, vt idem tenens ait Præses in libro. 2. resolution. cap. 10. nu. 8.

¶ E Quibus bene colliges (simu 5 tes verba primi exempli quod ex. l. illud. §. vlt. ff. ad. l. aquil. decerpi, scribasq; quæmadmodũ est in litera. vulnerauerit) quod dicitur in. d. §. vlt. teneri eum qui seruũ alienũ vulnerauerit, post deinde occiderit, de vulnerato et de occiso: debere intelligi si expost facto occiderit postq̃ iá dudum vulnerauerat: non autẽ si ilico post vulnera intulerit alia maiora letalia exquibus interierit seruus. Vnicum enim erit delictum homicidij, non autem duo, nempæ vulneris et homicidij: vt satis hoc innuit Angel. in. l. inficiando. §. infans. ff. de fur. At si exemplum sit vt dixi ꝙ prius berberauerit, & postea occiderit, non verberibus sed alio ictu siccæ vel pugionis: licet id in continenti deliquærit de vapulatione, & de iniuria existet reus. Propterea & si prius surripuisset: de furto, & de iniuria ob flagella, & postremo de occiso fieret reus, vt in. d. l. nunq̃ plura. & in ipso. §. vlt. satis ostenditur, et notat Præses in. d. cap. 10. nu. 8. libro. 2. nam quodlibet istorũ factorum ad finem tendit diuersum, & suũ ac peculiare delicti nomen habet. merito interuallum nõ consideratur, nec quod fiat in cõtinenti post aliud: quia vt cunq; perpetretur existit crimen diuersum, ideo vnum alterum non consumit. Igitur si eiusdem speciei crimen sit, intererit multa simul perpetrentur, an ꝙ fiant ex interuallo: nam si simul perpetrentur vnum factum reputantur. sin autem ex interuallo plura dicentur delicta. Falsissimum est ergo quod consuluit Benedictus a Benedictis, quodq; sequitur Sucin. in præhabito cõsil. 62. lib. 1. col. 4. &. 5. dicens non esse a Benedicto recedẽdum: quatenus ex eo q, omnes testiũ præsentationes falsorum in eundem finem tendunt respondit, nõ esse plura delicta sed vnum existimandum, quanq̃ ex interuallo exibeantur, & iudici repræsentẽtur. Ædepol delicta plura sũt, aut vnum multiplicatum, vt rectê tenet Præses in loco sæpe citato. per tex. in. l. si adulterium cum incestu. ff. de adult. quæ mihi nihil probat. & per tex. quẽ vocat ad hoc insignem, & mihi intotum non displicet in cap. cũ pro causa desent. ex comm. In quo habetur: quod siquis ex pluribus causis sit ex communicatus et vnam tantum expræsserit in suplicatione ad obtinendum

scriptum, non proderit ei absolutio ex communicationis nisi pro causa quam expræsserit: et a communione euitabitur, tenebiturq; satisfacere pro alia, quamuis ambe processerint ex vno facto.

¶ QVA de re distinguerem pro nũc duos casus. Nã aut plura delicta diuersa sunt aut sũt eiusdẽ cõ
6 ditionis et naturæ. In primo casu, siue ex interuallo siue non ex interuallo inferantur nunq̃ vna actio aliam consummit. l. nunq̃ plura. ff. de priuat. delict. l. illud. §. 1. ff. ad. l. aquil. Diuersitas enim delictorum parit diuersitatem pænarum. In secundo vero casu, aut fiunt ex interuallo, aut vnico ictu et cõtextu, vnica ve oratione, si in verbis consistat iniuria. In primo casu dic idem: quia diuersitas temporis operatur diuersitatem delictorum: numero seu quantitate, licet non genere neq; natura. l. prætor edixit (dunmodo inducere scias). §. mihi plures, in fine. ff. de iniur. bonũ argumentum summi potest ex l. scire debemus, in fine principij. ff. de verb. oblig. In tertio et postremo casu (quia omnes iniuriæ eiusdem naturæ sunt, vel in eundem finem tendunt, & vna oratione dicuntur, vel vno contextu perpetrantur) vna iniuria, vnũq; factum tantummodo reputatur præhabita. l. illud. §. 1. ad. l. aquil. in parte, post deinde, si sumpseris sensum contrarium.

¶ HINC, qui eodem impetu non semel percutit clericum, vnica excõmunicatione innodatur. Ioann. Andr. in cap. delictum. de reg. iur. lib. 6. et Card. in clem. 1. §. siqui extra de priuilleg. & preses in. d. cap. 10. num. 8. versi. quartũ si eiusdem actus. Propterea quod secus esset si ex interuallo fecisset: nam toties excõmunicatione innodabitur quoties percusserit clericum. Potest enim semel ex communicatus iterum & sepius ex cõmunicari. gl. in cap. cum pro causa. extra de sen. excõm. & cap. cum ex officij. eod. tit. & ibi videndi doctores. gl. itidem in cap. ita quorundam de iudæis. tex. & Pannor. in cap. repræhensibilis. de appellat.

¶ INDE qui plures simul iniurias proximo infert vnicum conuicium facit. l. item apud labeonem. §. ait prætor, versi. conuiciũ & ibi notat. Bar. ff. de iniur. idem Bar. in. l. inficiando. §. infans nu. 3. de furt. sed de hoc infra.

¶ PARI ratione siquis plures lapides de termino a mouerit, vnũ terminum protulisse seu turbasse dicetur. l. agraria. ff. de termino

Sed an teneatur pluribus pœnis infra ostendam. versi. hinc qui terminos.

¶ NEC diuersũ erit si quis corruperit plures testes, eos vẽ ad fundandam intentionem suam protulerit vel presentauerit, nã incidet in vnum crimen tãtummodo. Pariter si testis ipse falsũ dixerit supær diuersis articulis interrogatotij ad probationem producti: vnum enim erit crimẽ vnicam q; incurret tantummodo pænam falsi. vt testis est ipse Bar. in præd. §. infans, in ipso nu. 3. sed veritas infra patebit.

¶ EX quo incidimus in arduam quæstionem atq; dificilem: eius qui plures testes falsos adduxit ad ipsam et eandem causam ex interuallo, quia hodie vnum, cras aliũ, et altera die alium vel alios: nunquid plusq̃ vnum delictum dixeris ipsum commisisse? Nam si repetas memoria illud quod dixi, diuersitatem delictorum interpositionem temporis efficere numero seu quantitate, quamuis genere atq; natura cuncta delicta sint idem. plures testium falsorum præsentationes plura delicta notabũt. quod a lege non videtur destitutum, cum lex illud. §. vlt. ff. ad. l. aquil. hæc habeat. Si idem eundem seruũ vulnerauerit: postea deinde etiã occiderit: tenebitur et đ vulnerato et đ occiso: Duo enim sunt dlicta. Aliter atq; si quis vno impetu pluribus vulneribus aliquẽ occiderit: tũc enim vna erit actio de occiso. Adstruo tex. in. l. vulgaris. ff. đ furt. nã post Cõsultorum nõ paruam disputationem, querentium, an is qui ex aceruo frumenti modium sustulerit totius acerui furtum faciat, an vero eius tãtum quod abstulit? resoluit ibi vlp. modij tantũ furtum dici esse commissum: Et ideo furti non manifesti. & furti manifeste teneri possereũ, si in fine deprehendatur cũ furto: et is qui segetẽ ante lucẽ secuerit & contrectauerit: eius quod secat manifestus fur. et nec manifestus fur esse. plane docẽs, idẽ crimen ex interuallo multiplicatũ diuersa crimina numero esse vt prædixi, Et ideo Angel. in. d. l. inficiando. §. infans & Alex. super. Bar. eius opinionis sunt. vt si quis diuersis tẽporibus lapides seu signa de termino à mouerit: et si quis non eodẽ tẽpore ꝓduxerit testes falsos sed diuersis tẽporibus plura delicta cõmisisse dicatur, & in plures legis pænas incidisse. Et Bar. in ipso. §. infans. col. vlt. nu. 4 determinat. pluries delinquere eum, qui etiam eodem die, ex interuallo aduersus legem præcium vini definientem pæna addita si pluri vendat: pluribns, vel eidẽ

eidē emptori plures dederit pro maiori preciomēsuras: modo appareat ꝙ mēsuræ fuerunt distinctæ. Ad quorū cōfirmationē nota tex in.c.1.extra de pœn. gl.in.c. imitare.6.q.1. nec nō tex.in.c. apostolicæ, versi. deierauit, & ibi Anchar. notat de re iud. lib.6. notās iteratonē delicti factā ex interuallo nouū facere delictū. Id quod Abb. Areti. et Fel. voluerūt in cap. sicut per tex. ibi. de testib.

¶ SED contra hæc insurgunt alia. quia si infans apud furem adoleuerit, furti infantis & adolescentis tātummodo est vna actio, vnumq; furtum: & vnica furantis dupli tantūmodo cōdēnatio: quanti vnq̄ apud eum plurimi fuerit: & quāuis ipse cōtra alium furem egisset qui sibi adolescentem surripuisset & cōtra eum obtinuisset. præhab. l. inficiando, in ipso. §. infans. ff. de furt. Pariter in. l.9. eod. tit. dicitur. Ei qui furti actionem habet assidua contrectatione furis, nō magis furti actio nasci potest. Ecce cū quotidie fur cōtrectet, vt est notum, vna actio tantummodo domino rei surreptæ nascitur. & addit tex. hoc quod sequitur: (amplians regulam prædictam.) Nec in id quidē in quo decreuisset postea res surrepta. Tertio loco adducitur contra prædicta lex.21. eod. tit. que incipit vulgaris est quæstio (nā equæ pro hac parte facit, quemadmodum & pro prima) non enim aceruo frumenti surrepto multa furta cōmittuntur, quamuis certum est vno cōmeatu tolli de loco non posse, sed plures ad aceruum accessus fieri debere, iuxta acerbi magnitudinē et quantitatē. De adulterio nō est aliud. quia ex continuatione adulterij non duo adulteria nec plura sunt sed vnū tm̄. tex. (quē erranter præses citat vbi supra:) in. l. maritus. §. sex mensiū (sed incipit mariti lenociniū). ff. de adul. Bal. in. l. qui cūq;. col.2. C. de ser fugit. Ancha. in cōsilio.4. et Gardin. in clem. 1. de consangui. et affinit. q.10. et tm̄ nō est abscōditum, eū qui diu steterit in adulterio, plusq̄ semel accessum habuisse ad adulterā: sed adhuc adulteriū vnū est. Nec est absq; cōtrouersia quod Præses existimauit in. d. lib.2. in ipso cap.10. nu.8. versus finē. limitat enim predicta nisi interrūpatur adulteriū, maxime si preiudicē interrūpatur in iudicio quia punierit semel crimē. Sed cōtradicit ei tex. in ipsa. l. inficiādo. in ipso. §. infās đ furt. Quid enim inter furti cōtinuationē & adulterij est diuersitas? et tm̄ furti interruptio non multiplicat ipsum furtum ergo nec multiplicabit adulteriū. l. illud. ff. ad. l. aquil. Erratum

igitur est per Presidem in eo tantũ ꝙ adiecit verbum maximê: nam Supposuit idem esse si interruptio non fieret in iudicio, cõtra.d.§.infans. Quid dicendum vt hec iura et opiones concordétur?

¶ BARTolus in ipsa.l.inficiando.§.infās,de fur.more suo cæpit distinguere inter delicta in non faciendo commissa (de quibus hic nihil disero) & inter ea que committuntur faciendo.De his sic dixit, quædam sunt delicta momentanea, quedam sunt delicta successiua momentanea. Exemplum : Quis produxit plures testes falsos , vel euulsit plures terminos : punietur ne pro quolibet ? Dinum in hoc recitauit,& quasdam doctrinas scripsit.post deinde Sic ait.Quedam sunt delicta que habent causam successiuã: et hic aduerte , quia istorum delictorum quedã sunt inquibus animus plurimum operatur,exemplum in hæretico, vt in authen (alias lex credentes.) Cod.de hæret. Exemplum in furto vbi requiritur animus lucrandi.Ité exemplũ est in retentione possesionis.l.3.in prin.đ acq. poss. in istis pro toto tempore vnum maleficium est . casus est hic , nisi possessio interrũpatur . Hec et alia tradit Bar. quæ inuenies esse opposita , vt inferius tibi ostendam.Nã et ex interpretationibus faciẽdis post ea,colliges contrariari sibi penitus.Nam cum dicit quædã sunt in quibus animus non tantum operatur sed magis actus corporeus vt portare arma et portare vestes Sericas et Similia,& quæ actum personæ merê cõcernũt: & tunc puto (quia ista naturaliter interrumpantur) debeamus dicere ꝙ pro quolibet die sit vnũ delictum vt in . l . foramen.ff.de seruit.vrb.præd.Videtur ei contradicere quod ait illico sic dicens:Quidam sunt actus qui habent quãdam successionem ex reiteratione:verbi gracia:prohibitum est ne vinum vendatur vltra octo denarios , pro qualibet foglieta seu mensura : et vendidisti tota vna die : certe puto quot personis vẽdidisti , et quot mensuras singulariter vẽdidisti tot sunt delicta.l.mancipium.de edil.edict.l.Scire debemus.ff.de verb.oblig.Nam vt colligas contrarietatem:cur non idem deco qui sæpe in die maiorem numerum famulorum Secum habet, quandoq; ipsos relinquens indomo,ꝙ de vendente vino dixit? Deinde si nittitur in naturali interruptione : quid respondet legi inficiando . §. infans . ff . de furt. vbi interrupta furi naturali possessione infantis surrepti.

si ite

si iterum surripiat & recuperet committit duo furta vt ait tex. & tamen non nisi vna actio datur furti, vt ibi dicitur?

¶ AD Absolutioné igitur quæstionis & materiæ nõ minus arduæ q̃ʒ ample, nec minus ample q̃ʒ quotidianæ ac frequẽtis, existimo prenotandũ: † interesse lex loquatur d̄ diuersitate delictorũ numero, an de diuersitate delictorũ natura. Nã cũ d̄ his postremis tractat nũq̃ʒ vnum aliud cõsumit licet cõcurrant: nec facit ꝙ vllius impunitas detur. l. nũq̃ʒ plura delicta concurrentia. ff. de priuat. delict. vbi post hoc additur. neq; enim delictũ ob aliud delictum minuit pœnã. Ex quo intelligis nil interesse quid fiat ex interuallo an fiat incontinenti. vt voluerũt Din. Alber. & Bar. ibi. Paul. Castrens. in. l. quicũq; num. 4. Cod. de ser. fugit. Anania in cap. in tantum. nu. 5. de collus. detegen. et est communis opinio Secundum Sucin. in consil. 62. col. 4. & 5. lib. 1. reprobata gl. in ipsa. l. nunq̃ʒ, quia fecerat distinctionem iuxta. l. illud. §. vlt. ff. ad. l. aquil. in quo est magna differentia ictus fiant in continenti & vno contextu, an ꝙ fiant ex inter vallo. Et ex inde sub intelliges errasse Bar. ibi quatenus post q̃ʒ reprobauit. gl. dicens ꝙ si vera esset destrueret totum mundum, conatus est ipsam defendere dicẽs. col. 3. ad inicium putoq; gl. bene intellexit sed male loquta est. imo debemus dicere, aut omnia ista fiunt eodé impetu aut non, vt in. d. l. illud. per hoc cõcludo ꝙ si ego vulneraui te proposito, nolẽs plus facere: tamẽ propter aliquod dictum vel factum a te, superuenit impetus propter quẽ te occidi, tenebor d̄ vulnerato & de occiso: quia nõ eodem impetu licet in continẽti. Et econtra si te vulnerabi & percussus sũ te per plures horas: & finaliter te occidi: teneor de occiso tãtum, licet ex interuallo quia eodẽ impetu. vt in. l. quod ait. §. fin. infra. de adult. et sic debes intelligere omnia exempla huius legis. Sed quàm misere labatur Bar. sibi existens contrarius tam in breui, colliges ex ipso tex. qui dicit. nũq̃ʒ plura delicta concurrentia faciũt vt vllius impunitas detur. Nota verbum cõcurrẽtia. quod Bar. ipse notauit col. 2. nu. 4. ad reprobationem dicte glo. dicens, ergo fuerunt simul plura facta. Dic pro defensione Bar. ꝙ in eundem concurrerunt delinquentem & patientem sed ꝙ fuit ex interuallo: et reprobabis communem doctorum lectionem. nec non incides in talem difficultatem: quòd si seruum surripueris vt occidas flagelles què ipsum tantum

tantum, furti et iniuriarum non teneaaris; quia propositum primũ defecit: quod existimo absurdissimum, & contra mentem dictæ l. Nam cum dicit, item si quis furreptum, flagello ceciderit: duabus actionibus tenetur, furti & iniuriarũ, non puto confundere furtum voluisse cum iniuria, ex eo ꝙ vtrunq; in continenti accidisset, Est igitur ratio eius tex, ꝙ erant plura delicta naturaliter diuersa, ideo concurrentia nihil releuat.

¶ REDEO ergo ad delicta quæ numero dumtaxat sunt diuersa. d̄ his enim tex. loquitur in præd. l. illud. §. vlt. ff. ad. l. aquil. quoniã seruum vulnerare, & postea occidere non est diuersum delictũ, Sed ipsum idem vel atrocius repetitum. vulnere enim fit mors: & posset ex primo decedere. Sed quia tempus interuenerit inter vulnus paruum et illud quod fecerit seruum citius perire duo delicta dicuntur, et idcirco et de vulnerato et de occiso datur actio, Et est aliter si quis vno impetu pluribus vulneribus aliquẽ occiderit, quia omnia vulnera, repetitum vnum sunt, quæ operantur occisionem, In hac spetie
10 existimo dici posse, aut lex loquitur distributiue, aut loquitur collectiuè, ac indistinctê. In prima spetie, aut pæna est reiterabilis, aut reiterari nõ potest. In postremo casu, non est querendum fecerit ex interuallo an fecerit in continenti. Quid enim si lex habeat (vt est in. l. 2. tit. 4. lib. 8. ordination.) ꝙ blasfemus verberetur et abscindatur ei lingua? Quid, nè, intererit ꝙ semel, pluries vel effutierit blasfemiam, et ꝙ fecerit in continenti vel ꝙ fecerit ex interuallo? profecto nihil: quia vnicam linguam habet: qua sublata non est amplius quid ab ipso ab radi posit.

¶ IN alia spetie vbi reiterari pæna potest & lex loquitur distributiue dicens pro qualibet vice, vel pro qualibet iniuria vel conuicio, res est ita distinguenda. Aut actus recipit continuationẽ & nonnullam depẽdentiam, vel continuationem non recipit. In hac spetie postrema, siue in continenti siue ex interuallo crimẽ aliquis reiterauerit plura delicta censentur. Ideo iudex qui ex litigatore rapuerit, tot tenebitur quot vicibus rapuerit. l. 1. Cod. ad. l. Iuli. repetund. l. Madricij, & capitula pretorum, â decimo vltra ac deinceps. Et hoc ex illis colligitur qui sine distinctione existimabãt, eum qui repetijsset idẽ crimen tot vicibus esse puniendum quot ipsum repetierit crimen. vti sunt, Ioann. Andre. in regula delictum de reg. iur. Cardi. in

in clem.1.§.siqui,de priuilleg.et Alber.in præd.l.nunq̃ deprivat. delict.et illi quoq; quidixerunt id procedere,quamuis fiat in cõtinenti repetitio:quoties agitur depæna a lege inflicta ratione læsionis,vel iniuriæ alicui priuato illatæ,et nõ ratione publicæ vindictæ, vt sunt ijdem, & præses qui assentitur eisdem, in præhabito libro. 2. cap. 10. nu. 8. vers. quartum,si eiusdẽ, apud finem.

11 ¶ IN tertia spetie,†vbi actus habent aliquam contiuuationem interse:aut continuatio verê interrumpitur:aut vel non interrũpitur,vel verê non interrũpitur in postrema spetie, criminis reiteratio non punitur,sed reputãtur pro vno multa.veluti siquis cõmittat adulterium: quia omnes fornicationes de adulterio trahunt dependentiam.sic in furto,quod est contrectatio rei alienæ inuito domino lucrifaciendi causa.l.1.ff.defurt.quia licet semper dicatur infieri dum nõ restituitur res.Alberic.in.l.eos.Cod. defurt.authoritate.l.inficiando. §.infans.ff.eod.tit.semper q; propterea res surrepta contrectetur omnes contrectationes existimãtur pro vna quia vnicum furtum efficiunt:et exprimo actu contrectationis dependẽt. Nec interest ꝙ interruptio interuenerit,quia vera interruptio ea non est quæ ab alio fure procedit sed quæ procedit a domino, ad quẽ cumres reuertatur super est purgatũ vicium furti. l. interdum, cum vulgaribus,eod.tit.defurt. & notant gl.& Bar.in ipso. §. infans.

¶ SED vt interim addiscas textus lectionem,causamq; dubitã-
12 di ac decidendi,† suppono litterã tex,que dicit : infans apud furem adoleuit:tam adolescentis furtum fecit illẽ q̃ infantis : et vnum tãtum est furtum.ideo q; dupliciter tenetur,tanti quanti vnq̃ apud eũ plurimi fuit. Hec litera bene supponit quod diximus:furtum semper esse infieri: semperq; ac quotidie contrectari donec domino non restituitur,cumdicat ꝙ infantis & adolecentis furtum fit.et ꝙ vnum furtum est,et vna pro eo datur actio.Itẽ decidit quæstionẽquam non legimus in.l.scriptam,sed interrogatio talis fuit : Infante surrepto qui adoleuit penes furem quàm estimationem faciemus vt exigatur abeo duplum? ratio dubitandi ea fuit : (quam doctores non posuerunt,) quia tex.ait in.l.177.omnis hereditas §.1.ff.dereg.iur.nunq̃ expost facto crescit præteriti delicti estimatio. Exhoc videbatur priorẽ actum contretationis inspitiendumesse quandores surrepta fuit

fuit: sed vlpianus ait cõtrarium, immo ꝙ adulti estimatio solua tur: nam et si vnũ furtũ est quia omnes contrectationis continuantur ex prima, & vna tantum actio furti est danda: quid tam ridiculum est q̃ȝ meliorem furis conditionem esse propter continuationem furti existima re? Et ꝙ semel dumtaxat furti agi cum eo potest quid refert propositæ questioni? quippe si surreptus furi foret: ac rursus a fu re altero primꝰ fur recuperasset (etiam si duo furta fecisset) non amplius q̃ȝ semel cum eo furti agi posset. Ecce ait a fure altero. nam si a domino: furti vicium purgaretur, & duobus teneretur furti actionibus. Sed quia non purgatur vicium tenetur vna tantum, sed odio eiusdem cresscit estimatio furti: vel quia furtum non dicitur crimen preteritũ, sed esse semper in fieri, quod verius est.

¶ ERGo Sequitur ꝙ si lex vlla adulterium non puniret, neqȝ furtum, sed ipsas fornicationes et ipsas contrectationes: & non puniret vapulationis iniuriam: Sed ictus ipsos, & voces conuitiantium, teneretur multis vicibus licet fierent in continenti, vt voluerũt Din. & Bar. in pred. §. infans. Nec obstaret prehabita lex illud. §. vlt. ad l. aquil. nec lex item apud labeonem. §. conuicium. ff. de fur. ibi nanqȝ castigatur homicidium quod recipit multiplicitatem percussionis: et castigatur conuicium quod cõponitur ex multis vocibus.

13 ¶ ITEM Sequitur errare eos qui existimant, eum qui plures vna continuatione effutierint blasfemias, vnius tantum blasfemiæ esse pæna puniendum: vt fuerunt Cepol. in consi. crimina li. 77. Altiat. in cap. cum non ab homine. nu. 33. extra de iud. atqȝ Preses in d. nu. 8. vers. quartum si eiusdem actus. in d. lib. 2. cap. 10. Quam nanqȝ continuationẽ actuũ habent plures blasfemiæ inter se quamuis fiant in continenti? Nisi tamen diceres cũ credulitate ipsas dici: nũc enim quia in hæresim tenderent inspiceretur interuallum, vt de pluribus hæresibus vel de vna castigaretur.

¶ IN Alio membro distinctionis, vbi actus habent continuationẽm cũ primo, sed interruptio interuenerit vera, plura facta existimantur. l. pretor edixit. §. mihi plures in fine. ff. de iniur. l. inficiando. §. infans, & ibi gl. & Bar. nec non reliqui doctores ff. de furt. Quatenus volunt aliud

liud esse si infans surreptus indo mini peruenerit dominium.

¶ HINC Bar. tenendus est in ipso. §. infans, quatenus existimat, pluribus pænis eos plectendos qui plus q̄3 semel luserint ad lusum azardi quod est a statuto prohibitum: modo recesserint ludentes a ludo primo aut secūdo quia habuerint pro cōpleto, ac interrupto. et secus esse si tota die luserint vincentes et perdentes. nam sunt actus non castigati per legem vnusquisq; in indiuiduo. sed tantum ludus prohibetur: qui vnus est dum non aliudo receditur: & actus habent cōtinuationem cum primo.

¶ SEd in alio est temperandus quod asserit, si statuto caueatur ne vinum vendatur vltra octo denarios pro qualibet foglieta seu mensura, teneri venditorem quot vicibus in die vendiderit, propter interruptionem naturalem actuum: et secus esse si vni vno contextu vendiderit plures mensuras. Temperandus in quā est et restringendus ad eum casum, in quo distributibe pro qualibet vice lex loquatur in qua quis carius vēdiderit: secus si distributiue non loquatur sed absolutè aut complexiue. Tunc enim continuatio actuum est ad primam legis transgressionem pro tota die: aut pro toto vino estimato.

¶ SIC et ipse est declarandus in eodem loco: nam putat, si statuto caueatur nequis secum adferat plusq̄3 duos famulos (vt est lex Regia apud nos. 2. tit. 4. lib. 8. ordination. nouarum) et tres adferat vel plures, delictum vnum esse: et ideo quamuis afferat viginti, vnica pœna teneri, non pro quolibet famulo vna. In hoc nanq; teneo Bar. sed quid si hodie et cras, & vno mense vel anno ipsos adferti: nunquid tenebitur vnica pœna vel pluribus? certe si. Bar. legas in eo quod de vendente vino dixit, quotidie negotium naturaliter interrumpitur: et tot penis castigabitur quot vicibus adduxerit famulos. sed ego puto dicendum a prima legis transgressione omnes pendere et ab actu vanæ gloriæ: et vere non interrumpi animus habēdi famulos. Proptera quod aliud esse si resipuisset homo talis et numerum superfluū expelleret a famulorum, desistens ade portatione. Tex. elegans in satis extranea materia, in. l. destitisse ff. de iud. ait enim: destitisse is videtur non qui distulit, sed quiliti renuntiauit in totum. desistere enim est (ait tex.) a negocio in totum abstinere. Et est conueniens sententiæ Bar. in eo quod dixit de prohibito ludo Azar-

Azardi. Pariter in eo errauit, qui dixit, contra eum qui vestes prohibitas portauerit. semper enim animus et transgressio legis ac (si dici potest) contrectatio prima trangressione dependit: & cum primo actu vestitus reliqui omnes continuātur. non enim fecit vestitum vt vna dies aspiceretur, & vna vice gestaretur. Ideo Bar. admiterem in vestibus qui ad aliud fierent, vt ad mimos vel publicam vllam letitiam·quia finitur vna die: & destitisse is videtur abea vestiū portatione, qui sequænti die nō portat: nec potest honeste portari: si in alia die portauerit publicæ vel priuatæ letitiæ.

¶ HINC qui terminos amouerit vel lapides terminorum, qui pæna quinquaginta aureorum, punitur. l. 3. ff. de termi. moto: multū debet scrutari quid velit lex illa dicere cum dicit (nō nullis secatis) Agraria lege quam Gaius cesar tulit & pæcuniaria pæna constituta est. nam in terminos singulos quos eiecerint, loco ve mouerint quinquaginta aureos publico dare iubentur Etenim si terminos singulos lex appællat, omne illud quot est in girum, non habet difficultatem: nam tot tenebitur quot interruperit. at si terminos appellat lapides seu signa quibus distinguntur termini: non est parva difficultas circa pænam, quia dicit singulos. et nil intererit a mouerit ex interuallo vel amouerit incontinenti. sed erit tunc difficultas cum turbauerit eundem terminum mouens lapides non semel: et lex voluerit castigare turbationem terminorum: & pro vno pænam dictam imposuerit. naturaliter enim vnus est, sed delicta plura si hodie turbaueris ipsum: et post mensem idem feceris. d. l. illud. §. vlt. in prin. ff. ad. l. aquil. nec potest ex Bar. colligi quid vellit in d. l. nū q̄; plura. col. vlt. in prin. ff. de priuat. delict. quatenus vult ꝙ tot vicibus teneatur qui terminos amouerit quod amotio operetur suum effectū citás ipsa m. l. 3.

15 ¶ INDE venimus in determinationem supra positæ quæstionis, eius qui plures testes in vna et eadem causa exhibuit falsos, præsentauit vê vt nos loquimur. nam aut lex actus facti & præsentandi ad notauit: (vt quia dixerit pro quolibet teste ꝙ præsentauerit falso) & cadet quæstio in alio membro, & pro quolibet teste tenebitur. aut lex loquitur complexiuê (veluti pro qualibet vice ꝙ quis testes ex hibuerit: vel præsentauerit falso) et hic

hic: aut negocium presentandi finitum est, quia diuertatur qui presentat ad extraneos actus: & tot vicibus punietur quot vicibus præsentauerit. argumentum est in.l. cũ antiquitas. Cod. de testam. vbi qui diuertit ad extraneos actus testis vel testator interrumpit ipsum actum.l.1.§.1 ff. de verb. oblig. Aut negocium presentandi non est finitũ, quia dum vnus examinatur alius trahitur, vel adducitur testis falsus: et reputantur pro vna vice cuncti testes: quia presẽtationes habent dependentiam ex priore. Sic intelligo Bar. in.l. inficiando §. infans. ff. de furt. & Benedictũ a Benedictis, nec non Suci. consil. 62. qui dixerant pro vno delicto teneri, quia respicit vnam causam quælibet ipsarũ presentationũ. Sed non censeo dãdam esse tantam occasionem delinquendi. argumento.l. Si vnus. §. illud nulla. ff. de pact. nec esse tãtum mali presumendum, quod quis accesserit animo exhibendi testes falsos. & continuandi in delicto. argumento.l. merito. ff. pro soc. Ideo censeo pro vna vice esse estimandum id dumtaxat tẽporis quod consumpserit præsentando falsos testes dum in actu non cessauerit. argumento eius quod diximus sequendo Bar. eorum qui ludebant ad azardũ. nam postquam diuerterint & habuerint pro absoluto dicto ludo, si reuertantur ad ipsum incident in aliam pænam. Sic qui testes exhibet, si a præsentatione cessauerit, presertim quia præuenerit ipsum nox & transierit ad aliam diem non dicebitur continuationem habere.l. quod ait lex. §. quod ait lex. ff. de adult.

16 ¶ DE Teste falso, licet Bar. id ipsum dixerit quod de eo qui presentauit, existimo dici posse, si placet dotrinæ prædictæ. Aut diuersis diebus deponit testis falsus, aut deponit eadem die. In hoc casu: aut deponit de eodẽ articulo et negocio, aut circa diuersa negocia. In primo casu tenenda est opinio doctorum. quia licet diuerterit ad alios actus, fecerit quod alios: cum primo habent continuationem interse. vt. in. d. §. infans. quia non dicitur perfectum si deficit ei aliquid.l. cum sillanianum. vltima eius titu. C. ad Sillanian. Sed si testis non est functus suo officio testificandi testimonio aliquid deest: & dum deest aliquid non potest haberi quod factũ est pro vna vice perfecta.l. Si voluntate, in medio. Cod. de rescinden. vẽdit. In alio casu adhibenda est distinctio quam tradidi de eo qui presentat testes falsos. Diuersitas enim temporum, & diuersi

M tas

tas articulorum efficiunt, ne videatur idem crimen repetitum, sed ex repetitione, diuersa delicta. Authen. Si qua mulier. C. ad velleian. Sed si incœperit hodie deponere, et cras negocium finierit: videndum erit an super eodem articulo deponebat vel super diuersis. Nam forte in postrema spetie dicentur diuersa delicta, propter rationes quas dixi ex. d. authen. & ex. d. l. si vnus. §. illud, de pact. & l. merito ff. pro socio.

¶ NEC consideres circa hæc duo capitula, lex in singulari loquatur, vel in plurali. l. 2. incip. pretor. §. homines. ff. vi bonor. rapt. ibi, Sed si vnus. coactus sit adhuc dicemus homines coactos esse. + Sepe enim singulare
17 scribitur pro plurali, vt ibidem notant. Bar. et Angel. idem. Bar. per tex. ibi, in. l. 3. §. negocia. ff. de neg. gest. idem Bal. in. l. 1. in prin. per tex. ibi. ff. de procurat. Bal. et omnes, presertim Ias. nu. 2. tractans in indiuiduo, hoc de teste plurimos ad idem cumulans in l. gallus. §. quid si is. ff. de liber. & posth. Et est. communis opinio in eo loco. teste Iulio claro, in pract. lib. 5. §. falsum. nu. 4.

18 ¶ EX His decidam tibi quæstione non parum mihi elegantem. Nam cum iuxta supra dicta, is qui intulerit plures iniurias diuersas (licet inferat incontinenti) teneatur tot pœnis quot intulerit iniurias. iuxta. d. l. nunq̃ plura delicta. ff. de priuat. delict. et si quis conuersum quem appellauerit, quia tenetur viginti millia soluere marapetinorú ꝓ partibus fisco. & parti. l. 2. tit. 25. par. 7. l. 2 tit. 10. lib. 8. legú recopilat. Regni. hæreticumq; quoq; dixerit lenonem seu cornutum, vel aliud conuicium ex quinq; aut ex sex quæ in eadem. l. continentur, pro quibus canere tenetur pallinodiam, ac dicere mẽtitus fui in eo quod dixi. Dixeritq; ꝙ est ebrius is actor cum quo contendit, pro qua iniuria (& quia de leuioribus vocatur) non tenetur nisi tantum ad ducentos marapetinos fisco soluendos: Certê si contigerit ꝙ hęc omnia & multa alia cõuicia alicui dicátur ex proposito, (vt cum de noctê apud ianuam concurritur ad hoc faciendum, quod vocamus cantaleta: vel in scholis quis affligitur tanq̃ recens scholaris, quod nos vocamus Matraca) pro vna iniuria reputabitur, donec interrumpatur negocium. quia habet dependentiam a nomine illo collectiuo & complexiuo conuicium: cantaleta, vel matraca, aut Cordelejo. Hic est casus. l. Item apud Labeonem. §. conuicium. 1. & 2. ibi, Proinde si quis

addo

addomum tuam venerit te ab sente conuicium factum esse dicitur. Nam licet dicat si quis, nõ negat pluralitatem, quæ sua natura est in conuicio. vt in. d. §. conuicium. 1. vbi dicitur q̄ dr̄ cõuiciũ à cõcitatione, vel aconuentu: hoc est (vt ibidem tex. ait) a collatione vocum. Quod presertim est dicendum, quia tale crimen, & libelli infamatorij, maiores pænas habẽt, quæ reliquas minores consumunt. Sic, quod dicitur in. d. l. nunq̃ plura. ff. de priuat. delict. est tunc demum admittendum: cum plura delicta sub aliquo delicto non comprehendantur generico seu cõplexiuo, vt est conuicium.

19 ¶ EX inde videtur dicendum eum qui a familia ducitur, qui ad ecclesiam subter fugerit ex ipsa repeti seu ex trahi posse. vt quidam doctores voluerint initio considerato quod fuit licitũ. Illud nanq; esse in delictis considerandum dixit Bar. in. l. quod ait lex. per tex. ibi. ff. de adult. & eius authoritate id dixit Bal. quod infero, ex supra dictis. in rep. l. cunctos populos. Cod. de sũm. trinit. et fide cath. id quod iterũdefendi potest, si breuitas interciderit: quia defamilia efugiat reus quem in sequatur familia, & impetu de ecclesia illũ retraxerit. Ex breuitate enim, non videtur demanu euasisse familiæ. argum. l. si ventri. §. 1. ff. de priuilleg. cred. & l. si fundus. ff. de leg. 3. seruus. §. vlt. eod. tit. l. vlt. C. de bon. quæ liber. quorũ occasione multas decisiones cumulo in verbo, breuitas, in indice, per omnes eius versiculos, ne pecunia ad aliquem peruenisse videatur. & q̄ cõtractus præsumatur fraude factus, vtreus fisco preiudicet, velpercusso aut interfecto & suis heredibus. & q, presumatur morbus vetus si cito post emptionem serui pereat. Et quid sit in vulnerato qui moriatur intra breue tẽpus, quáuis vulnus suapte non sit mortale? Et huius farinæ non pauca, quæ huic opinioni, illationi ve cõducunt. quæ ex tribus intelligis esse probatam. In primis quia est licitum inicium capturæ personæ, vt in. d. l. quod ait lex. ff. de adult. Deinde, quia extractio, raptus ve eius qui ad ecclesiá emanibus familiæ è fugit, habet dependentiam ex prædicto primo iniciolicito. l. inficiádo. § infans. ff. de furt. Et demum tertio, quia ex breuitate temporis non videtur interrupta familiæ possessio. vt in ipso. §. infans. & in. d. l. si vẽtri. §. 1. ff. de priuilleg. credit. cũ alijs supra citatis. quæ videntur Baldi opiuionem comprobari.

 Quã

Quam vtiq;(et in casu difficiliore,scilicet cum non ducebat eũ familia,sed cepit eundem perse qui) tenuerunt Cyn. in Auth.si quis ei.Cod.de adult.Alex. consil.24.nu.26.lib.2.et Hippol.in l. vnica.C.de rapt.virgin.nu.111.

¶ IPSE tamen Bal. Rom. Alex. et Ias.in.l.pleriq;.ff.de inius voca. (quæ conuenit legi nemo de domo sua inuitus ex trahi debet.ff. de reg iur.) contrariæ opinionis sunt. Volunt enim ꝙ de domo non ex trahatur, etiam si extra domum ipsum insectari cæperit familia.vt capiat,vel velit ei nõ nihil notificare.vnde idem in eo qui ad eclesiam confugit est dicendum & in eo qui se exemit de familia.vt inspetie Igneus voluit in.l.1.ff.ad Sillani.col.3.Boer. Decisio.110.col. pen.atq; Preses lib.2. variar.resol. cap. vlt. siue. 20.nu.13.versi. decimo septimo perpensis primis. nec non item Antonius Gomez in libro variar.quæst.tom.3.cap.9.nu.5.fol. 70.col.2.citans Bal.Ang.et Flor. in.l.sicuti.§.aristo.si seruit.vendice.Sed nõ video ꝙ doctores præ senserint difficultates a me scriptas:et ideo non mirum est si non respondeant eisdem. Verum tamẽ easdem non præsentire,non excusat quin noceat resolutioni postq̃3 iam cognitæ sunt, et eleganter oppositæ.

¶ PROpter quod notandum est id:quod tractans de remissione delinquentium ad locum delicti,distinxi,in.2.part.tractatus dum disero de stilo curiæ Regalis.cap.11.a nu.16.vsq; ad nu. 18. inclusiue. Concedi preuillegium personæ, vt in cap.1. §. in eos autem. de priuilleg. lib. 6.& quando q; concedi loco vllo,vt in ipso.cap.1.in prin.& in cap.inter alia de immunit.eccles.& in l.præsenti lege. Cod. de his qui ad eccles.confug.quæ duo mẽbra posuerat.l.9.tit.9. part. 1. Et demum mixtim concedi, scilicet personæ propter locum. & loqui de hoc præuillegio tex.in cap.cum capella, extra de priuilleg.cui conuenit.d.l.Regia.

¶ HAC igitur distinctione præmissa consequæns est neccessarium:(si loco priuillegiũ est concessum,aut personis propter locum)eo ipso q, ingrediatur quis locum gaudere præuillegio, vel immunitate dicti loci. nec esse considerandum inicium licitũ capturæ , sed consequtionem priuillegij,(tãq̃3 brauij) quæ est in fine:neq; ab ipso initio depẽdẽtiam.Etenim cum non possit dari dependentia inter contraria. l.vbi repugnantia. ff. de reg. iur. im

immunitas nocet capturæ, & eá necatur potentior.

¶ QVA propter, non tantum vbi extra templum, vel locum preuillegiatum et immunem, ceperit familia iudicis insectari reum aliquæm qui ingrediatur ecclesiam: verum ibi, vbi cum teneretur a familia euaserit ipsius manibus euelli ab ecclesia non poterit vt aiunt prædicti. dd. sed et id quod amplius est, notandú est, ex rationibus prædictis: ꝙ si vinctus trásducatur ad carceré per ecclesiá, vi, poterit ibi manere et iustè aclericis defendi: quicquid cótra crediderit Archid. in cap. sicut antiquitus. 17. quæst. 4. quæm sequntur Lup. in rubr. de don. inter virum, & vxo. §. 38. nu. 4. Igneus in. l. 1. col. 3. ff. ad Syll. & Preses in lib. 2. var. resol. cap. vlt. siue. 20. dicens suffragari tex. in. l. si quis post hanc. Cod. de edif. priuat. & tenuisse idem Oldral. in consil. 54. quia liber ingressus templum nó fuit. nec de ipso violenter extrahi credit dictus Preses. sed quis vetat q, vinctus immunitate loci gaudeat? dicat q; familiæ & eius præposito, domini faciamus hic tria tabernacula? Et cum dicitur ꝙ non violenter extrahitur: est verum? vbi per ecclesiam traducatur nec resistat, nec immunitatem alleget. In hac etnim spetie ratio supra. d. est vera. et Archidiaconi opinio. quia sciéti & cósentiéti nonfit fraus neq; iniuria vt in regula iuris habetur. & potest quis renuntiare iuri suo. l. si quis in conscribendo. Cod. de pact. et non nisi petenti auxiliú datur. Auth. qui semel. C. quom. & q̃3 iud. l. properandum. §. et si quidem. & ibi Bar. & Ias. nu. 4. Cod. de iud.

¶ REDEO ergo ad distinctionem: et considero ꝙ velit iudex castigare consuetudinem. & sum in secundo membro. In hac spetie Aut vult iudex castigare consuetudinem in genere delinquændi, aut in spetie. In genere, quia plura delicta diuersa reus commiserit: in spetie, quia vnum ipsum sepe reiterauerit acrepetierit. in vtroq; casu: aut reus punitus fuit pro quolibet delicto, & vult iudex consuetudinem in abstracto castigare. aut non fuit castigatus: et ideo vult cósuetudinem in concreto castigare. & simul cum pæna de
20 lictorum, vel posterioris delicti. In primo casu, non puto ipsum posse contra reum procedere, quia solutione eius quod debetur tollitur omnis obligatio. vt in prin. instit. quib. mod. tollitur oblig. Igitur qui luit penas libe-

fatus est ab obligatione. & amplius faciẽdus nõ est reus. l. sena tus. l. sicui. §. hisdem. ff. de accus. cum alijs supra congestis in exordio huius cap. Et est mihi elegans tex in. l. vlt. Cod. de cõmeatu lib. 12. Ergo super est venire ad tertiam partem præhabitæ distinctionis: cum vult iudex cõsuetudinem in concreto castigare.

¶ IN H ac spetie: aut delicta sũt diuersa in spetie: aut sunt diuersa numero, quia vnum idem sæpe repetitum sit diuersis interpositis temporibus. In primo casu existimarem dicendum. aut procedit tanq̃3 contra incorregibilem, aut procedit tanq̃3 contra consuetum. Incorrigibilitas enim tàm vbi diuersa delicta spetie quàm vbi diuersa numero contingunt, accidit. cõsuetudo vero circa diuersitatem delictorũm numero contingentem interuenit. quamuis promiscuè leges his vocabulis vtantur vt in. l. 3. Cod. de epis. aud. & in multis supra. d. in præcedẽtibus cap. In prima spetie non potest iudex procedere, nisi castigatio præcesisset delictorum, vel eorũ dé remissio. præhab. l. 3. ibi, nec in eos liberalitatis augustæ refe ratur humanitas qui impunitatẽ veteris admissi, non emendatio ni potius q̃3 consuetudini depũ tarunt. In secunda spetie: aut lex punit consuetudinem quia pro primo delicto pœna imposita, auget ipsam pro secũdo, & postea crescit pro tertio. l. 1. Cod. de super ex actor. lib. 10. aut non punit quicq̃3 augens sed simpliciter punit delictum, vt. 30. dies carceris in blasfemante: & quia fur restituat furtum cum duplo: vel iudex id quod rapuerit & repeti debet abeo cum duplo vel cum quadruplo: Hic, aut iudex vult pro ferre tot sentẽtias quot sunt crimina & in super castigare consuetudinem: & non puto substinendum ex ratione supra. d. quia solutione condemnatio num liberatus est a lege: et non debet pro vno crimine pati plus q̃3 vnam pœnam. vt in. ll. supra citatis. aut vul crimina simul iũcta sententia vna comprehendere pœnas & condemnationes nõ dinumerans: et puto posse castigare cõsuetudinem. siue, cuncta delicta cumulentur vno tempore ad id vt tunc castigẽtur, quia non sint castigata siue iam sint castigata, et vltimum tantum tractetur. quia cum vltimo, consuetudo poterit vt existimo concurrere vt puniatur. Et idèo magis, quia accedit incorrigibilitas cõsuetudini. Sic soluitur quæstio proposita in principio huius capitu

pituli. quia consuetudo delinquédi efficitur punibilis ex multis actibus eiusdem criminis vel diuersorum, licet castigatio non præcesserit eorum: In corrigibilitas vero non contrahitur si punitio vel remissio non præcesserint. Et erit in hoc differentia: ꝙ consuetus mitius erit castigandus q̃3 qui est incorigibilis. Non enim mutari speties penæ poterit in prima spetie, sed augeri ex consuetudine, vti diximus supra in vicino. c. nu. 6. et deinde i n. l. aut damnum. & l. Relegati. ff. de pæn. Sed poterit in alia mutari si incorrigibilis apparuerit reus. bonus tex. in. d. l. 3. Cod. de epis. audien. sed est melior in præd. l. 1. Cod. de super exactorib. lib. 10. cuius lectionem nunc accipis Sed nõ putes ꝙ admitto falsam eorum opinionem quos supra in proximo cap. reprobaui, nu. 6. versi. quare Angelus. nõ enim exeo ꝙ nunc dico tractare de incorrigibili, cõfestim volo ꝙ possit pæna mutari in penam mortis: Sed in aliam duriorem pecuniariã qualem delicto cõueniat & proportionetur eidem addita incorrigibilitate. l. sancimus. Cod. de pæn. Non enim egredi delictum pæna debet vt ibi, nec negligentiam. Moline. in tract. de vsur. quest. 89. nu. 671. per. l. 1. Cod. de pres. longi tempor. & num. 673. per. l. rescriptum. ff. de his quib. vt in dig. et dixi in verbo negligentia, in meo indice. versi. in pænis. tractans de ministro qui fuit negligens in retinendo furem furti magni. quia si ministrus furtum magnum ignorabat perpetrasse, (quod tamen secum non afferebat) sed partem: negligentia nocebit ipsi Algazelo pro ea portione aut ꝑ spetie, sed non pro reliquis quæ secum non afferebat ille fur, nec extitit conscius vlterius, Nec est his impedimẽto præhab. l. vlt. Cod. de cõmeatu lib. 12. licet contra dicere his videatur: Auget nanq; tantum penam grauiori delicto sed de consueto delinquære nõ tractat.

22 ¶ SED quia caput satis tractat d̃ multiplicitate pænarũ, & (proh dolor) sit in vsu & consuetudine in iudicibus rapina, quæ repetẽda est ab ipsis, cum multiplicatione. l. 1. C. ad. l. Iul. repetund. & ll. supra dictarum: Dixerimq; multipliciter posse puniri in pecunia. De exilio est iustum videre & per conctare: vtrũ possit vno decenio, exilium, vel priuationẽ officij explere quod est sepe in diuersis sententiæ capitulis repetitum? vidimus nanq; iudicem per tempus septuaginta annorũ pro partibus & in diuersis capitulis priuatum. Ardua est materia duplicationis istius, quam tradit Bar. in. l. senatus. §. q̃3q̃3 ad tur-

 pill.

pill. dicens ꝙ si statuto caueatur homicidam puniendum in mille: et ꝙ stet ad confinia per. 20. annos a die factæ condemnationis: si contigerit ꝙ quis homicidium cōmiserit: et pendente primo decenio (ait Bar. cum aliter deberet dicere) aliud homicidiũ cōmissit: quæritur vtrum decenium secundum incipiat, a die finiti decenij, an a die condemnationis super secũdo late? Et dicũt quidam hic esse tex. ꝙ a die condemnationis latæ super secundo, non inspecto decenio primo Eandem materiam tradit Bar. ex tex. inibi, in. l. lucius. 2. §. impuberem. ff. de leg. 2. et ex ea sic infert: ꝙ si statuto cauetur ꝙ furáti in die festi sancti Herculani amputetur manus. & ꝙ pæna duplicetur furtum facienti denoctè: nõ amputabitur sibi nisi vna manus. Et in. l. meuius. §. duobus. nu. 23. ff. eod. tit. dicit: si statuto caueatur ꝙ as portans bladum extra cõmittatum perdat animal super quod as portat: et alio statuto caueatur, ꝙ si maleficia comittantur denocte duplicẽtur penæ: & quis bladum super mulũ asportauerit denocte, non tenebitur ad duos mulos sed ad vnũ. ¶ HArum piarum decisionum (ter vt ait Bar. in. d. l. in senatus. § quanq̃; disputatarũ. Primo a doctoribus antiquis: Secundo a Iacobo Butrig. & postea a Raynerio de Forlilio) ea est ratio: ꝙ in iuribus prædictis dicitur legata spetierum non recipere duplicationem: ideo eadem spetie legata bis vel amplius, non debetur nisi semel: nec poterit semel soluta peti precium ex secundo loco facto legato. Inde pena muli, & ãputationis manus propter delictum denocte factum non duplicatur. Et cum queritur de exilio duplicádo, dicit. Bar. in dicto §. quanq̃;: istud decenium quo quis debet stare ad confinia, potest poni tanq̃; species. veluti si dexerit, stet ad confinia per decẽ annos a die cõdẽnationis factæ. stat enim vt species, quia loquitur de illo decenio ita ꝙ non loquitur de alio. Ita procedit dicta determinatio, ꝙ a die cõdemnationis secundò factæ currat decenium secundum. Nõ obstat ꝙ deceniũ primum nõ sit finitum: esset enim aliud decenium. vt in l. si vsusfructus mihi in bienio supra de vsu fr. leg. Sed si tempus apponitur simplicter et indeterminatè, vt stet ad cõfinia per deceniũ, nec dicitur de quo decenio: tunc videtur ꝙ debeat incipere nouum decenium a die finiti primi decenij: et tẽpus quo fuit ad cõfinia propter aliud, nõ imputetur illi tempori. argum. pro hoc. l. seruus qui in testamento. §. 1. supra de statu liber. ista videtur mihi veritas, ait Bar. cui si

pla

placuit, cur et mihi nō placebit? Placet vtiq; doctrina.

¶ AD Vertendum tamen est, ꝙ iuxta doctrinam prædictam secunda illatio erit falsa, et in practica non substētabilis, sed vsui cōmuni damnosa. Etenim si verum esse asseuerem, non esse ei amputandas ambas manus, qui in die sancti Herculani furtum fecerit de nocte: itidem fatendū necessario est mihi: cū loci statutū hoc habet, si grex in vinea, vel in silua de die intrauerit, soluat dominus duas oues: & si de nocte intrauerit pœna eidem duplicetur: non teneri dominum ad quatuor oues vbi intrauerit de nocte: et hoc est vsui cōmuni damnosum nec nō falsum: ergo illatio supra dicta falsa est. Nec mihi obest ꝙ species non recipit duplicationē vt ait Bar. nā id est verum vbi species non ponatur tanq̄ genus. Potest enim species vt genus poni, vt è cōtra species ponitur loco generis. Pro inde cum dicitur am putetur sibi manus, & de nocte duplicetur pœna nec dicitur dextra, aut sinistra: manus dicitur in genere: & poterit vtraq; am putari si deliquerit de nocte. ideo in ouiuus procedit duplicatio speierum: quia non condemnantur certæ species, sed dominus ad duas tenetur de die, & ad quatuor de nocte: & quatuor soluet si intrauerint saltum de nocte. Non sic est in eo qui asportat bladum extra cōmittacum qui debet perdere animam super quod a sportat nam cum dicitur super quod asportat, condemnationem reducit ad spetiem: quæ non recipit duplicationem, quamvis duplicetur de nocte pœna. illud enim relatiuum quod, iunctum futuro tempori inducit conditionem. & presenti si iungatur inducit demonstrationem. l. cūctos populos. C. de summa trin. & fide cathol. l. omnes populi. ff. de iust. et iure. et vtrobiq; doctores. l. 6. stichum qui meus erit. ff. de leg. 1. qui tex. proprior est ad hanc materiam. quampost Bar. sic declarate quia est vtilis si in ter pretetur vt con venit.

¶EX CAPITE SEQVENTI

1 ¶Sententia opus non esse ad consuetudinis esse.
2 Actorum ex quibus inducitur consuetudo, quidam sunt permanentes & alij non permanentes. horum alij præiudicant alij non: quorum multi recitantur.
3 Adesse vel substantiam consuetudinis totus populus vel eius maior pars inmoribus conuenire debere.
4 Viciniæ mores, vel eius maior pars inducere consuetudinem in ea vicinia.
5 Vt consuetudo prescripta dici valeat, non debet esse interrupta.
6 Ostenditur ad substantiam consuetudinis actus esse necessarios pariter et longum tempus non interruptũ.
7 Inter mores et consuetudinem eam esse differentiam, quòd mores sunt causa consuetudinis, & consuetudo est causatum.
8 Antequàm consuetudo prescribatur consuetudo est sed non præscripta nec eficax: merito interrũpi potest.
9 Consuetudo non prescripta, sed vlla sententia vallata habet vim consuetudinis perfectæ.
10 Quæritur de consuetudine mittendi zonam auream vestesq; alias præciosas spõse accessuræ ad virum suũ, an efficiantur vxoris.
11 In traditis gratia tradentis non presumitur donatio.
12 Diuitie adiecte nobilitati faciunt vt presumatur donatio zone & aliorum que in esse apparcant sponse: nisi expressim vsus sit qui hec mittit, verbo isto commodandi.
13 Quid, cum equus venditur ornamentorum debeatur?
14 Quando nec cum actibus consuetudinis decenium præteritt: nec contradicto iudicio lata fuit fauore morũ sententia: causa cognita statuere pretor poterit ac arbitrari quod sibi visum fuerit pensata precedenti non prescripta consuetudine, & ratione qui mores introducendas suasit: quod proderit ad processiones, & addotes.
15 Transgressorem prescripte consuetudinis ita puniri debere ac si transgrediatur legem scriptam.
16 Comunis et verus sensus. l. 1. Cod. quesit longa consuet. ille est, vt ex casu consuetudinis expreßo ad casum non expressum extendatur decidendum.
17 Vbi casus acciderit lege aut consuetudine prescripta nõ decisus: similis tamen decisioni legis, pariter & consuetudinis: similitudinem ex lege esse desumendam quamuis in ea rigor sit, & equitas in consuetudine. modo ad preferendum rigorem equitati omnimoda sit similitudo de casu non expresso ad legem.
18 Licet consuetudo rationabilis prescripta ius est quod tenemur obseruare attamen sententia contra ius consuetudinarium lata non est ipso iure nulla, vt est sententia lata contra ius scriptum. nisi in casu in nu. sequent. videndo.
19 Sententia lata contra notorium est ipso iure nulla. Sed Bal. et alij contra, immo quòd sit annullanda. Conueniunt tamen: quia priores admittuntur, vbi notorium sit tale quod sit imposibile se aliter habere, Sic est quoq; in consuetudine. vt in nu. 26.
20 Appellatione iuris venire raitonabilem consuetudinem prescriptam.
21 Consuetudo rationabilis prescripta, si quoq; sit notoria pariter alleganda aut probanda non est, ac si esset lex scripta.
22 Id quod dicitur de allegatione, qualiter intelligatur: quia notorij tres sunt species.
23 Qui dicunt notorium non probandum, vtiq; nec allegãdum: intelliguntur in notorio facti transeuntis vel permanentis quod constat iudici vt iudici, non autẽ si vt priuato.
24 Quod aliquis est decurio pretori alligandum non est, sed vtiq; superiori.
25 Cum agitur ex municipali statuto in ipso municipio, nõ eße opus quòd in processu ponatur vt valeat sententia pretoris: sedne reuocetur per iudicem superiorẽ.
26 Notoria consuetudo prescripta vbi degit ipse pretor alleganda non est.
27 Valere libellum cumulatiuè istud habens peto reum cõdemnari secundum ius. statuta et consuetudines. & vltra hec ibidem vide similia.
28 Libellus innitens in consuetudine que non est, sed statutum vtrum valeat substineri?
29 Consuetudinis appellatione, etiam cepte venire statutũ vt libellus substineatur.
30 Eum qui simpliciter agit, videri deduxisse omne ius suũ comnne consuetudinarium, & statutarium: & quomodo, aut in quo casu intelligatur.

¶DE ACTIBVS IN NEGOCIIS ciuilibus, ad consuetudinem inducendam neccessarijs, et de alijs.

CAP. VII.



EALIIS nunc consuetudinibus tractemus quæ dlictorum non sunt. Ad quas vtiq; inducendas quot actus sint neccessarij parua contentio. nõ est. tam in.l. dequibus.ff. de legib. quàm in.l.1.Cod.quesit longa consue. quàm deniq; in cap. vltim.extra.eod. & in. l. nemo de inceps. Cod.de epis. audien. In quibus demum resoluitur, vnum actum vt predixi.consuetudinem non inducere. vt prius gl.notauit in.d.l.dequibus.in eo quod dixit ad inducendam cõsuetudinem oppus esse actuũ frequentiá.l. 1. quesit longa con sue.l.an intotum.Cod.deedifici js priuat.et.l.1.§. Siquæ leges.C. de veteri iure enucle.

¶DVO Quoq; actus non inducunt.cõsuetudinem. vt tenẽt Nichol.Ruf.Bal. et alij doctores in.d.l.nemo.quæest.l.3.C.depis. aud. etiam vbi causa criminalis sit,vt resolui supra cap. ab hinc tertio.atq; probatur ex gl.in.d.l. de quibus quæ desiderat frequẽtiam, quam duo actus non faciunt.

¶VNDE glos. in ipsa lege de quibus de incostantia est arguẽda.Dixit enim q desiderat consuetudo frequentiam: & quoq; adfirmat sufficere duos actus vt consuetudo inducatur. quod est inter se repugnans. Addidit tamen debere dictos duos actus sententia esse confirmatos vt consuetudo inducatur. verum tamen, consuetudo non desiderat sententitiam: absq; ea etenim fit moribus interuenientibus dumtaxat.Ipsa lex.de quibus in prin.l. diuturna eod. titu.l.2.Cod.quæsit longa consuet. Quare Bar. & ibi frequenter doctores glosam reprobát in ipsa.l.dequibus. existimantes non esse opus sententia ad con suetudinem in ducendam. Idẽ Bar. in. l. cum deconsuetudine. eod.tit.& ibi Paul.castrẽ. nu. 11. nam legit eam in.l. dequibus,et affirmat teneri istud communiter.

¶DE actibus tamem nõ reprobauit eam Bar.cum ipse idẽ prescripsisset ibidẽ nu. 12. post Martin.et antiquos,nõ esse â jure determinatũ quot actibus cõsuetudo inducatur,sed esse iudicis arbitrio id relinquẽndum. vt itẽ Bal.voluerat inpred.l.3.Cod. de

de epis.aud. Credendum tamē est Bartholum, non consentisse glosæ in numero actorum cum ipsam ibidem reprobasset. Sic gl. in duobus super est reprobata In numero scilicet actorū. & in eo quod desiderat ad consuetudinem inducendam, sententiam.

¶ GLOSam tamen tuetur tex. communiq; opinioni repugnat, in.l.33.ff.de legib. quatenus perspicuis verbis dicit: Cum de consuetudine ciuitatis, vel prouinciæ cōfidere quis videtur: primū quidē explorandū esse arbitror: an etiā contradicto aliquādo iudicio consuetudo confirmata sit. quasi exigat vnam sententiā ad minus. cui conuenit lex Regia.5.tit.2.part.1. Sententiarum augens numerum: duasq; propterea desiderās ad consutudinē sentētias. Eius verba ita se habēt Tal pueblo como este, O la mayor partida del: Si vsaren diez, o veinte años fazer alguna cosa como en manera de costumbre sabiendo lo el señor de la tierra e no la cōtradiziēdo: puede la facer: y de veser tenida y guardada por costumbre, si en este tiempo fueren dados dos juyzios por ella. Ecce q̄ hæc lex tempus et sententias exigit ad consuetudinem introducēdam. quod est contra prehabitam resolutionem communem, & contra leges prius citatas. De ea tamen, infra dico nu. præsertim.9. verū latius atq;. verius infra cap.10. nu.39.

¶ SED quia quæstio est difficilima nec habet facilē accessum nisi per prius aliqua consuetudinum secreta percipiantur est notandum, esse actus permanētes, et actus nō permanētes. Quod si actus non est permanens: aut est actus preiudicās iuri publico aut priuato, aut nemini. Et rursum aut prodest priuato, aut publico, aut nemini.

2

¶ VT Autem actus ceteros cognoscamus cōsuetudinarios, qui nemini dicantur prodesse. non nulla exempla ostendamus, in vestibus et calciamentis: in epulis et pabulis: in cadaueribus sepeliendis: in filijs educandis, erudiendisq;, et in filiabus maritādis Ist hæc enim consuetudines mores sunt.l.more nostræ ciuitatis, ff.de acq. hered.l. more maiorū ff.de iur.omni iud. Quod colliges ex Alex. ab Alexandro quidem. dierum genialium, cap.11. lib.3. in quo loco priscorum scribens consuetudines quæ olim apud multos seruabātur, præmittit: ab vrbe condita defuncta cor-

corpora humi concedere Romanos: nec cremare consueuisse, sed ponere in archa lapidea, fictili vc: donec Corneli us Silla Talionem veritus ꝙ corpus Marij, ossaq; eruta subuertisset, et in Anienem misisset, se fecit concremari. Exquo mansit diu concremandi defunctos cõsuetudo. Propterea post multos prouinciarũ mores scriptos, sic prosequitur historiam. Traditũ quoq; est Cares, more, sublatos milites, armatos sepelire: Et sindos, tot pisces in sepulchris mittere quot hostes confecisset qui humaretur. Sicut IBeri pro hostium interfectorum numero, tot Obeliscos apponunt: hoc insigne testimonium virtutis, et expertissimum decus arbitrati. Condebant enim prisci corpora, vel arcis lapideis, vel fictilib, cum funebri tunica: quia nudũ iacere cadauer pro flagicio erat.

¶ SVB hac spetie cadit quod habetur in.l.labeo. ff.de suppell. lega. Tuberonem demostrasse suppellectilem instrumẽtum esse quodã patris familias rerum ad quotidianum vsum paratarum quod in aliam spetiem non caderet. vt verbi gracia penum, argentum, vestem, ornamenta, instrumenta agri aut domus. quippe vt cernis ist hec omnia ad mores pertinent. Ideo vt idẽ tex. inquit, non ex opinionibus singulorum sed ex cõmuni vsu no mina exaudienda sunt. Id circon nõ est mirum (ait idem) moribus ciuitatis et vsu rerum appellationem eius mutatam esse, nam fictilia, aut lignea, aut vitrea: aut ærea deniq; suppellectili vtebantur. nunc ex ebore, aut testitudine, atq; argento: iam ex auro etiam, atq; gemmis suppellectili vtimur. Quare spetiem potius rerum q̃ȝ materiam (inquit) intueri oportet.

¶ SED vt mores dici valeant et pro introductis censeantur: non sufficit si pars minima eius loci in id conuenerit vt vtatur istis rebus: sederit opus ꝙ mores non diuidantur inter populares homines.

3 † Vt enim consuetudo dicatur, omnes ciues populi, vel saltem maior pars id vulgo obseruare debet. Nam vt consuetudinem diffiniuimus. Consuetudo est ius disponens ex consensu totius populi, maioris partis vniuersitatis cõstitutũ. l. de quibus. ff. de legib. et. §. ex non scripto instit. de iure natur. gen. & ciuili. Cyn. Bar. et cuncti in prædict. l. 1. Cod. quæsit longa consuet. col. 6. numero. 18.

4 † Quamuis negare non potest

Guill.

Guillel.in.l.ingenuum.ff. de sta. homi. Bar.in pred.l. 1. nume.18. et reliquos cum eo ibidem respondisse: certam partem populi ciuitatis posse cõsuetudinem introducere.per.§.demum cum esset, legis.2.ff.de origi. iur. &.l. pen.in prin.ff.de iust.et iure.et. l.vt gradatim.§.et si lege. ff. de munerib.et honor.nec non per l.obseruare.§.1.versic.et eum.ff. de offi. pro cons. et. leg. Item quia quod iuris est quod ad totam ciuitatem idem iuris est quo ad partem.l.quæ de tota.ff. de rei vend. Nam pars populi censetur in hoc populus. l. plane.§.vlt.ff. de leg. 1. ac demum quia illi parti potest legatum relinqui, quia videtur collegium vel vniuersitas, quæ possunt consuetudinem inducere.l. a filio.§. siquis parti.ff.de leg.1.l. cum senatus. ff. de reb. dub. &.l.3. in prin.ff.de collegijs illici. Quare efficitur vt pugnent isthec duo inter se se resolutiones: & egeát declaratione.

¶ SED priores admittentur (quando negant consuetudinis, morisq; diuisionem) vbi diuidatur populus in singulos, quia singuli vel pauci diuersis moribus vtantur. Etenim cũ debeat consuetudo esse præscripta cap. vlt.extra depræs. l. 2. Cod. quæ sit longa cõsuet.l.de quibus. l.diuturna.&.l.sed ea.ff. de legib. quas nemo vsq; declarauit in hac parte præscriptionis (velut dicã in cap. huic vicino) debeat esse moribus comprobata: non posset dici præscripta, vbi non nulli eam inducerent: non nulli contra interrumperent facientes actus contrarios. gl. elegans et singularis, in.l.nemo.§.temporales.ff. dereg.iur.quam citat ad hoc Paul.eam appellans singularem in.d.l.dequibus. nu. 11.de legib.vnde vt posit dici præs-
5 cripta non debet esse interrupta sed perpetuo continuata per decenium vt in.d.l.de quibus &.d. l.diuturna.ff.delegib.& cap. fin. de consuet. Id quod Paul.comprobauit vbi supra ex.l. nam Imperator.ff.delegib.ibi, consuetudinem, aut rerum perpetuô similiter iudicatarum autoritatem, vim legis obtinere debere. Propterea vt populi consuetudo dici valeat: omnis populus, vel eius maior pars in id debet conueniri quod vtitur: Ita vt reliqui tanq; agresti & a populo alieni in eo vsu habeantur: nec valeant dici ꝙ corrumpunt consuetudinem. Cæteri vero admitentur vbi in tribubus: (quos dicunt, vandos vel partialitates) populus reperiatur diuisus. l. 2. §. hisdem temporibus. ff. de origine iur.

In

In hac ſpetie, de tribu vel de ſectione idem dicemus quod dicimus de populo. Nam populus, vt dixi, reputatur. l. plane. §. vlt. ff. de leg. 1. Sic enim cuiusq; curiæ vel partis populi deſumptæ electiuê maior pars poterit, vt ipſius integralis populi maior pars introducere conſuetudinem: nec dicetur a reliquis interrupta quod notate.

¶ QVIbus ita prælibatis ac perpenſis, non ellicitur obſcure:
6 non niſi actibus introduci conſuetudinem. Et duo tantum non ſufficere. Sed pluribus eſſe opus. Etenim ſi duo aut tres ſufficerét vna die fieri poſſent. Sed leges deſiderát longum tempus et diuturnum. d. l. de quibus cum alijs ſupra citatis: ergo actus non ſufficiunt ſaltem pauci. Tertio etiá deducitur nec tempus tantum ſufficere diuturnum ſi vnus actus interuenerit, duo ve, vel tres niſi actus augeat qualitas. vt reſoluimus in cap. abhinc tertio, apud inicium, & etiam in nu. 15. quia in vno nó reperitur frequêtia. Quarto demum quod ellicimus, poſtremum eſt quod diximus: nempæ cóſuetudinem præſcribi longo tempore non interrupto.

¶ EX quo ellicimus perſpicue moribus introduci atq; præſcribi conſuetudinem. l. moribus introductum eſt. ff. de vulg. & pup. l. more nr̃e ciuitatis. ff. de acq. hered. l. more maiorũ. ff. de iur. omni iud. Sic inter mores et cóſue-
7 tudiné iſta erit differétia: q̃ mores ſunt cauſa conſuetudinis: et conſuetudo eſt cauſatum. quod prius placuit Iacobo d Aré. per. l. de quibus. ff. de legib. in. §. in veterata. & per. d. l. 1. quæſit longa conſue. & §. ex nó ſcirpto, prædictum. vt Bar. teſtis exiſtit, in. l. 2. C. quæſit longa conſue. nu. 10. quamuis Petrus cótra tenuit, dicens populi conſenſus eſſe cauſam effectiuam conſuetudinis, productiuam ve eiuſdem, non autem ipſos mores. Sed Bar. et omnes dicunt q̃ conſiderauit Iacobus cauſam primam ac remotam: Petrus vero proximam ac immediatam. quaſi apertius velint dicere: ſine moribus conſuetudo non eſſet: nec in conſuetudine conſenſus. Ergo mores in illis primo vtentibus, conſenſus cauſa fuerút in reliquis: Inde cóſuetudo per approbationem lógi temporis exiſtit corroborata, ac præſcripta. Sic mores in factú ſonant: pariter et tacitus qui eidé accedit conſenſus: quæq; conſuetudo cepta eſt. Sed cú actus comprobantur longo tempore, in ius ſonat: vocatur q; conſuetudo iam præſcripta. præhabita. l. de quibus. ff. de legib. ibi

ibi, id custodiri oportet quod moribus et consuetudine in ductum est.&c. d. cap. vlt. extra de consuet. Bene ergo de duximus differentiam quam posuimus inter consuetudinem & mores: ꝙ mores sunt causa causę, idest cõsensus in moribus: Sed consuetudo est effetus qui causatum appellatur. sic causa causæ est causa causati. vt in.l.1.§. deiecisse. ff. de vi et viarm.

¶ DE ducimus etiam, nõ improprie cæptam moribus consuetudinem appellari consuetudiné.†
8 Etenim et ante q̃3 præscribatur consuetudo quidem est: sed non præscripta, nec iuris. merito interrumpi potest, ac deleri contrario actu.

¶ PRopterquod si casus accidat ante impletam præscriptionem consuetudinis, dequo contrahentes litigent: valde intererit ꝙ allegetur sententia in simili negocio prolata.†tunc quippæ
9 habebitur velut præscripta quæ allegetur consuetudo. Sic intelligendus tex. est, in prædicta.l.33. quatenus dicit: Cum deconsuetudine ciuitatis vel prouinciæ confidere quis videtur(. ff. delegib .) Primum quidem illud explorãdum esse arbitrior: an etiã cõtradicto aliquãdo iudicio cõsuetudo confirmata sit. Cæterũ si fingas esse cõsuetudinem præscriptam, frustra esset senetntiã desiderare quæ consuetudinem tempore diuturno est confirmata. Quod item probatur ex.l.34. eiusdem tit. de legib . quatenus statim addit: Sed ea quæ longa consuetudine comprobata sunt, ac per annos plurimos obseruata, velut tacita ciuium conuentione: non minus q̃3 ea quæ scripta sunt iura seruãtur. Sequitur et alia lex.35. rationem istis tribuens: immo magne auctoritatis hoc ius habetur: quod in tantum probatum est, vt non fuerit necesse scripto id comprehendere. Vides quomodo in.l. sed ea quæ, de longa consuetudine fecerit consultus mentionem: quasi in.l. anteriore de minore consuetudine loqueretur? perpende etiam quod dixit, per annos plurimos: quasi de minori tempore in præcedenti tractasset. propter quod et tertio nota quod ait: velut tacita ciuium conuentione obseruata: quasi in.l. precedenti non existeret perfecta prehabita ciuium conuentio. id quod comprobat contigua lex que sequitur, quam recitaui. Sed ne sola fungar consideratione verborum probatione iuris vtor. Nam est notum in iure isto militantibus: cum ponitur in lege dictio aduersatiua Sed, sine copula: dũtaxat in iure ad versari . et secus esse

esse sicum copula aduersetur quia scribatur, sed et. Tūc enim dictio sed tam in iure q̃3 in facto ad versatur.

¶IGITVR quia consuetudo non prescripta habet sententiam prose: ad æquatur consuetudini præscripte: ac æqualiter decernitur de vtraq; in illis legibus.

10 ¶ETERIT vtiq; vtile ad questionem quotidianam coniugalem. sponsus mittit zonam, vestesq; sumptuosas et Iocalia spōsæ suæ: Queritur an eius sint, vel durent viri? questio est vetustissima quam posuit Bar. in. l. 1. §. nec castrēse. nu. 9. et. 10. ff. de collat. bon. Bal. in authen. ex testamento Cod. de coll. col. 4. vers. Duodecimum capitulum est. Paul. in. l. si vt certo. §. interdum ff. conm. et lupus in Rubr. extra de don. inter virum et vxo. §. 7. cum. Bar. ipso communiter approbato vt ait lup. viri esse: etiā si minister, nūtiusq; vtatur alijs verbis translationem inferentibus dominij. Nam ad id consueuerunt vestes mitti, jocaliaq; vt ornatior ad sponsum accedat spōsa. merito verba supra dicta donationis sunt iuxta subiectā materiā impropriandæ. vt in omnibus fit regulariter. l. si vno anno. versi. Sed et si verbo donationis. ff. locati. vbi apertissime cauetur: Locatorem qui ob sterilitatem fecit fructuum remissionem, etiam si vtatur verbo donationis, non videri ius illud remisisse quod habet ad exigendū ex annis vberioribus, sed videri trāsegisse.

¶SED Cum cōntra Romanus existimaverit in cōsi. 146. col. vlt. vbi scilicet verbo donationis extiterit vsus nuntius. propter. l. veteribus. ff. de pact. l. vlt. Cod. de dot. promiss. & quia donatio valet inter sponsos, crediturq; sub hac cōditione facta si matrimonium sequatur, & per sposum nō steterit. l. cum veterum Cod. de don. ante nup. ex quo ait, non debere intelligi tantummodo quo ad vsum factam esse donationem cum id retineatur in animo. l. si repetendi. Cod. de cond. ob cau. videamusq; quod est matrimoniū sequtum, posset q̃; Imperator id exprimere q, ita sub intelligit in quacunq; donatione. l. vnica. §. sin autem. Cod. de cadu. tollen. consequens est conciliare istos doctores, quod non fecit Ioann. lup. Erit igitur versimum quod ait Bar. cum

constiterit quod fuerunt accommodata ex amicis seu propinquis ea iocalia vel vestes, ad eum finẽ vt mitterentur sponsæ. tũ hoc propter præsumptionem. l. merito. ff. pro so. &. l. si pignore. ff. de furt. tum quia in necessitatibus nemo liberalis existit. l. rem legatã. ff. de adim. leg. ꝙ si sponsi bona sint: aut constat ꝙ sponsus vsus fuit predicto verbo trãslationis dominij, quo itẽ procurator nuntius vè vsus fuit: et loquitur recte Roman. propter rationes quas attulit. Aut nõ constat de verborum prolatione, sed dumtaxat de missione. et est vera opinio Bar. Nec impediet quod nuntium alio verbo dominij translatiuo vsum fuisse probetur. Donare etenim non potest, etiam si mandatum cum libera sit eidem administratione concenssum. Accurs. in. l. procurator cui libera. ff. de proc. per. l. filius. §. videamus. ff. de dõ. Et est pro consuetudine præsumptio. l. cũ de indebito. ff. de prob. Et est demum istud verum: quia mittuntur hæc iocalia vestes q; preciosas viri gratia, vt ad ipsũ accedat vxor ornatior. Ex quo sumus in ea regula quæ dictat

11 in traditis gratia tradentis non præsumitur donatio. l. si vt certo: §. interdum. ff. cõmod. l. mortis suæ causa. §. res in dotem. ff. de don. inter virum et vxor. et ibi Raphael. Fulg. per pendens tex. ad hoc. et Lup. in Rubr. eius den titu. §. 6. vers. ad idem facit tex.

¶VERVM hoc in principibus sub declaratur: In magnatibus Regni: et in opulentissimis viris.

12 Etenim diuitiæ adiecte nobilitati faciunt vt præsumatur donatio. Bal. in. l. iurauit, circa finem extra de prob. et in tract. de duobus fratrib. in fine: si credimus Ioanni lupo in præhab. Rub. § 8. In quo loco de nobilitate incipit tractare, eam in. §. ibi proximo nõ strictẽ pro secutus. In qua spetie non inspicerem verbo donationis procurator vsus esset, an ambiguo. At si expræssim vteretur verbo illo commodãdi: eo q; nobilis affirmet ipsum locutũ non consentiẽs donationi: coniecturis non est locus. l. continuus. ff. de verb. obl. sed ipsius iuris præsumptio in. d. l. cum de indebito. ff. de prob.

¶PARIter ad mores vendentiũ equos proderit cõsuetudine approbatos, iuxta tex. in. l. ediles in prin. ff. de edil. edict. ibi, vti q; ornata vẽdi causa fuerint ita emptoribus tradantur. Nam et contra hanc iuris ciuilis dispositionẽ poterit introduci cõsuedudo.

Paul.

Paul. in .l. si vt certo. §. vsq; ad eo. ff. cõm. Quod tamen ad illud membrum pertinet quod tractat de consuetudine contra legem inducenda, ipsam q; legé deroganda.

¶ IN Terea tamen. Guillel. et Paul. ibi, non non admitterem, dicentes, consuetudiné certioré esse vbi æqui ornamenta qui vẽditur stigmata seu arma haberét eius qui védidit. Nam existimat Guillel. id concernere personam eius qui vendit: esseq; non paruum dedecus ea trásferre in aliũ dominum: propterea limitari in hac spetie dictam legem. Verba tamen Pauli ita se habent. Potest dici q illa ornamenta quæ fuerunt ostensa cum equo videátur indubio vendita, nisi aliud sit de consuetudine: Alia vero quæ non fuerunt ostensa secus: quia non videtur cogitatum de illis. Cæterum quia verba Pauli eiusdem mores consuetudinemq; ostendunt, quæ illa fuit semper vt clara perspicua rederet: obscura tamen non tangerit sed alijs insudanda relinqueret, dicite: q +
13 indubio est nobis lex supra dicta qua cauetur venire in venditione ornamenta: ea vtiq; (vt Paulus ait) quæ ostenduntur: non vero illa quæ minime ostésa fuerũt quia de illis non videtur cogitatum. At qui sub interrogatur circa hanc regulam cum dicta limitatione. quid si nudus ostendatur equs vendaturq; cum ornamentis suis: vtrum intelligantur elegantiora in venditione cõprehensa, an consueta? Et quid si vendatur ornatus de ornamentis nihil dicto: sint tamen orna
28 menta stigmatibus signata venditoris, vtrum et ea comprehendantur, cũ sit dedecus esse apud alium ea signa? Sed hoc vltimũ non arctat: ná est regula pro emptore vt in. d. l. ediles. 2. & culpa in venditore qui potuit apertius dicere legem. l. veteribus, ff de pact: Presertim q maius dedecus est non habere quid vendatur, q̃ habere et in alium trásferre pro pecunijs. et quotidie principum bona venduntur insignis proprijs signata. Ideo est maior difficultas quando venditur cum conditione ornamentorum et existit nudus equs. Sed nec tunc dubiá censeré questionem: nisi diceres q consueuerat illis diebus, cum ornamentis, equs incedere ornatus armis et insignijs domini signatis. Hoc enim dubiam faceret quæstionem propter dies antecedentes. argumento tex. in. l. si seruus plurium. §. vlt. ff. de leg. 1. Sed et tunc mediocria dicerem tradenda esse ornamenta, iuxta distinctioné. l. legato gener

 rali-

aliter.ff.de leg.1.l.qui lancem.ff. de auro et argen.leg.nec inſpice rem quæ in proximis diebus præ dictus equs geſtauerat, niſi expræſsim métio fieret de ipſis.nó tamen, (ſi alia ornamenta non habebat q̃3 ea quæ erant ſuper eum in proximis ante diebus)cõ ſentirem ꝙ extranea emerentur vbi dixiſſet cum ſuis ornamentis.at ſi diceret vendo equm,dabo q; illum ornatum,qualia cun q; erũnt ornamenta ſufficientia. iuxta tex.et materiam in.l.vbi autem non aparet. ff. de verb.ni ſi dice res vltimo loco q, promi ſit dare optima ornamenta:tũc nanq; qualia cunq; non ſufficerent.bonus tex. in.l. ſiquid venditor.§. venditor.ff. de edil. edicto.

¶ IN Hactenus igitur motibus ad conſuetudinem inducendá, nó vnus vel plures actus ſufficiẽt ſed erit opus ꝙ interueniat frequẽtia: cum non vnus vicinus, duo vel plures introducant con ſuetudinem: ſed maior populi pars:vicieniæ ve vel populi partialitatis. vt Guelfi, ſeu Gebellini.Nec ſufficiet hæc frequẽtia ſi non interuenerit tempus:longũ ſcilicet vt allegetur pro lege .l. de quibus,et.l.diuturna.ff.de legib.tanq̃3 exiſtat præſcript. cap. fin. extra de conſuet. debeat q; id circo tenaciter obſeruari.l.vlt. Cod.quæſit lõga conſuet. Quód ſi nondum longum tempus interuenerit quod faciat conſuetudinem(quia præſcriptam)tenaciter(vt in.d.l.vlt.)obſeruari: ſufficit actuum frequẽtia totius fere populi:cum aliqua in contradictorio iudicio lata ſententia.præha.l.33.ff.de legib. quod

14 ſi nondum tempus præterierit quo præſcriptæ mores ſint: nec demum interuenerit pro moribus ſententia: cauſa cognita id ſtatuet prætor, quod ſibi probatum exiſtat,in oppido frequenter in eodem controuerſiarum genere ſeruatũ eſſe.penſata pro cedenti conſuetudine: et ratione quæ conſuetudine ſua ſit cuſtodienda .l. 1.Cod.quæſit lõ ga conſuet. Sic ergo tres caſus fingimus:vnum vbi conſuetudo eſt præſcripta quæ debet ſeruari pro lege:ita vt prætor litem fe ciſſe dicatur ipſius propriam,ſi contra talem conſuetudinem legitime probatam ſtatuat. præcipit enim lex ꝙ iuxta conſuetudinem probatam ſtatuat.l.1 quæſit longa conſuet.ibi, præſes pro uincie ſtatuet . Secundus vbi præſcripta nondum ſit , cæterum ſit rationabilis & iuxta ipſam pronuntiatum.d.l.33. incipit . cum de conſuetudine . ff. de legib . Tertius caſus eſt vbi fre-

frequentia actuum interuenerit nondum tamen præterierit lõgum tempus: nec demum de negocio interuenerit vlla sententia. In quo casu relinquitur arbitrium iudicis q̃ ponderet rationem, causamq́; introducendi cõsuetudinem qualis fuerit. lex. 1. Cod. quæ sit longa consuet.

¶IVXta quam quidem lectionem: id quod est in ipsa. l. ibi, in eodem controuersiarũ genere seruata sunt: de extraiudiciali controuersiarum genere intelligendum est. quia cum de moribus extra iudicium controuerteretur inter homines illius oppidi: frequænter in certam sentẽtiam ac concordiam itum esset. Etenim si præhabitam concordiam recipere nollet alter ex litigatoribus, iudex causa cognita rationem concordiæ & ideo consuetudinis pensabit: quæ si bona sit secũdum ipsam statuet. Quod proderit ad eas lites dirimendas, quæ consueuerunt inter confraternitates insurgere circa processionis prælationem: et quia velit vna pergere per istã viam, altera vero per aliam. Etenim si super hoc fuerit aliquando controuersum inter ipsos: licet ad iudicium non accesserint: id prætor statuet, quod probabitur, frequænter in oppido fuisse sine iudice determinatum. Pariter et in dotibus simpliciter promissis, præsertim vbi de suppellectili agatur: id quod inter controuersias frequenter existat cõpactum si probetur, tenebitur statuere prætor. sed est ei causa cognita libertas quoq; arbitrandi. vt si quis tres mensas petat, duodecim q́; sellia. lectum inargentatum, duas culcitras, et eas forte sericas: & vlla vasa Imperialia: Socer vero dicat sufficere mensam vnam, sub sellia q́; tantum sex aut forte Scãnia, et simplex ligni lectum, vasa q́; fictilia vitrea ve. Hoc nimirum sepe numero inter istos controuertitur socerum et generum: sed solet componi inter ipsos mediantibus probis viris quæ vtiq; compositiones erunt alitigatoribus probandæ quales hactenus extiterint vt prætor iuxta probationes sibi oblatas statuat: si viderit rationem causam q́; prædictæ consuetudinis approbandam, id est viderit non reprobandam.

¶EX Hac letione tex. non colligitur obscure transgressorem rationabilis consuetudinis præscriptæ: quia iuxta consuetudinẽ iudicare debet. d. l. 1. Cod. quæ sit lõga consuet. ita puniri debere ac si transgrediatur legẽ scriptã. id quod notat Bal. ibi. col. 2. vers.

vnde ita per.l. sacularij. §. sunt quædam. de varijs et extra ordi. crimin. & id quod notatur in.l. quid ergo. §. pæna grauior. ff. de his qui not. infamia. Non sic vbi transgrediatur nō præscriptam consuetudinem, nec sententia comprobatam. Communis vero illius legis primæ quæ sit longa consuetudo, sensus est, ꝙ tractet de præscripta consuetudine. Sed primus damnandus nō est, nisi ex eo ꝙ non sit scriptus per alium. quod dicendum non existimo, quia congruus est rationi dictus sensus: et producit illationem supradictam.

¶EST igitur communis et necessarius dictus sensus, eo ꝙ tractet de genere cōtrouersiarum.
16 Nam exinde nostri elliciūt vel le tex. debere iudicem probatis his que consueuerunt frequēter fieri in oppido, in aliquo genere negotij, in similibus statuere. ita vt consuetudo rationabilis prescripta circa aliquem expressum casum, extendatur ad casum si bi similem nō expressum. quod preter doctores probat tex. quā do dicit. Præses prouinciæ, probatis his que in oppido frequenter in eodem controuersiarum genere seruata sunt causa cognita statuet. Etenim cum dixerit controuersiarum genere supponit aliquid esse in consuetudine expressum. Ex inde etiā supponit ad tacitum extendi posse: Immo debere, dum dicit, causa cognita statuet. Sed iudicē animaduertit. vt et consuetudinē precedentē et eius rationem custodiat. Et ipsum item aduertit nequid contra consuetudinem fieri consentiat: quia ad eius curam pertinet et diligentiam consuetudinem conseruare. Vt ex hoc intelligamus pariter tutandam esse a prætore rationabilē consuetudinem prescriptam, in ipsamq; committere vt bis supradictum est: si contra statuat: atq; si contra legem ius dixisset fraudemq; eidem fecisset. iuxta. l. non dubium Cod. de legib. nā habet authoritatem, tācam quidem vt quādoq; legem deroget vt postea dicam, & probatur, notaturq; per Bal. in.l.2. C. quæ sit longa consuet.

¶VNDE mihi duo insurgunt omnimodo iure exquirēda: primum vtrum sententia lata contra cōsuetudinem prescriptam, sit ipso iure nulla, tanq̃3 lata sit contra legem expressam. l. si expresim. ff. de appell. Alterum, vtrum recurrendum sit ad cōsuetudinem vel ad legem, quando velimus procedere ad vllū simile quod lege nō sit cautū nec demū con

consuetudine: sunt tamen lex, & quoq; consuetudo, ex quibus argui ad casus decisionem potest? In quo vltimo doctores valde cõtendunt, propter legem nõ possunt omnes. ff. de legib. quæ dicit, non posse omnes articulos sigillatim aut legibus, aut senatus cõsultis comprehendi: sed cum in aliquo casu sentẽtia eorum manifesta est, ad similia esse per prætorem procedendum: & legem de quibus quæ dicit, id custodiri oportere quod moribus & consuetudine inductũ est: Et si qua in re hoc defecerit, tũc quod proximum et consequens ei est. q, si nec hoc appareat, qua vrbs romana vtatur consuetudine seruari oportere. vnde Cyn. in. l. 1. quæsit long. consuet. Alber. Bar. & omnes in. l. de quibus. ff. de legib. Ioann. Andrea. in cap. vlt. extra de consuet. latas tradunt distinctiones nihil clare resoluẽtes. Iass. tamen in ipsa. l. de quibus col. 6. num. 22. in fine distinctionem tradidit breuiorẽ, ac veriorem quæ habet: quando solum reperitur simile consuetudinis illud debet attendi, vt ibi: sed si tantum reperitur simile legis illud rursum attendi debet. præhabita. l. nõ possunt omnes. eo. tit: Si autem reperiatur simile legis pariter et consuetudinis, quia lex & consuetudo sint ex quibus possit argui: tunc quod magis legi simile est attendatur. Sed in pari similitudine, tunc si simus in materia consuetudinaria attendatur simile consuetudinis: si in materia iuris scripti attendatur simile iuris scripti.

¶ HÆC Ias. quem in vno mẽbro exeo volui fraudare quod paruam difficultatem nõ pariat Inquit enim inprimo. si reperiatur simile legis et consuetudinis quod magis simile est in primis attendatur: Secundo loco quod magis rationabile est & æquũ. Quid igitur si quod est magis simile legi, habeat consuetudinẽ magis rationabilem & equam: vel e contra? certe si consuetudo præscripta ius est vt probaui: et pro lege non in merito custodiendam dicit tex. in ipsa. l. de quibus et in. l. diuturna consuetudo eod. tit. rationabilius videtur præferendũ ac æquius. quia equitas præfertur rigori. l. placuit. Cod. de iud. l. 2. et ibi notat Bal. Cod. de rescin. ven. ꝙ si æquitas est præferẽda, nõ potest quod Ias. dixit substineri. Nec intererit si dixeris istud procedit vbi æquitas scripta sit, secus si rigor. l. prospexit. qui et a quib. l. 1. et ibi Doct. C. de legib. gl. et Ias. in prædicta l. placuit. Etenim et si hoc in hac specie admittamus non potest

gradus proponi primi loci & secúdi loci.
17 †Nam si lex scripta est, eidem est standum, & æquitas tunc cessat. Sin autem lex nõ est consuetudini est standum, & eius similitudine est vtendum. Ergo et si vtrumq; vigeat ius, sub alternatio dicta cessat, gradusq; cõstitutus a Ias. Sed cũ vellis ab æquitate recedere: adhererecq; opinioni Iasonis in.d.l.de quibus sentientis præferendum esse simile legis scriptæ æquitati consuetudinariæ: admodum considerare debebis, debere interuenire omnimodam similitudinẽ, non autem secundum quid. Nõ enim in tali specie arguere licet a simili. Archi. Domi. et Preposi. in cap. relatum. 37. dist. Pannor. Ioann. Imolen. Felin. et Doct. in cap. translato extra de constit. & Pannor. in cap. constitutus in. 3. notab. de app. aliter consuetudini stabis, rationem q; eius custodies. l. 1. Cod. quæ sit longa cõsuetudo.

¶ IGITur quia vt cernis expræ dictis, quod est scriptum est certius, strictius q; obseruandum, quamuis durum. l. prospexit. qui et a quib.
18 † Consequens est de consuetudine id dicere non posse quod de lege. vt cõtra eam lata sententia sit nulla ipso iure vt est nulla cum fertur contra sententiam. l. si expressim. ff. de appel. Presertim quod tex. dicit: Si expressim sententia contra iuris rigorem data fuerit. Et postea: Non iure profertur sentẽtia spetialiter contra leges: vel senatus consulta: vel cõstitutiones fuerit pro lata: nullam faciẽs de consuetudine præscripta mẽtionem. quasi eam habuerit pro neglecta. l. item apud labeonem. §. ait pretor. ff. de in iur. et cap. quá uis. de preb. lib. 6. Quicquid dicere de sententia lata contra stilum infra debeo. in 2. par. libri: dicoq; cap. 2. nu. 4. et. 5.

¶ QVAM q̃3 posset recipere
19 contradictionem exeo, q ; sententia lata contra notorium est ipso iure nulla, si credimus Abb. in cap. inter ceteras per ipsum tex. de re iud. Antonio perdictũ tex. in cap. cum Bertoldus eo. tit. & per tex. in cap. Solicitudinem de appell. et videtur probari in clem. pastoralis de re iud. Quod iterũ tenet Abb. in cap. cum ad quorundam, de excessib. prel. & in cap. per tuas. col. vlt. de sen. ex commu. et iterum quoq; Anto. in rep. cap. cum M. ferrariens. col. 36. extra de const. & in cap. 1. de re iud. & in prehab. cap. per tuas col. 7. Adfirmans expresso æquiparari notorium. vt notat Innocen. in. cap. 1. de offi. vicarij. & alij quos citat Felin. in. c.

quo

quoniam contra falsam col. 13. num.26. in fine cum sequenti, extra de prob. Sed nihilominus recedit ab hoc Bal.tenet q; contrarium in.l.1.Cod.nefil. pro patre et in.l.ciues.Cod.de app.per ipsum ibidem tex.vbi erat excusatio manifesta, cõtra quã tamẽ iudex pronuntiauit et fuit opus nihilominus appellare.Ad idem citat.l.palam.§.quæ in adulterio .ff. deritu nup. Item, iuramentũ vt confessio inducit etiam notoriũ.cap.fi.decohab.cler. et mul. & tñ valet sententia lata contra iuramentum.l.nam et postea.§. si damnetur.ff. deiur.iur. Annectite cap.si quando,& ibi Bal.et cap.dilecto,extra de app.quæ iura,& item tex.in.l. si iscuius nomine.ff. de interrog. actio. Felinus & magister eius citãt in præhabito cap.quoniam contra col .14. versi. nihilominus extra de prob.respondentes ad cap.inter ceteras,ꝙ non dicit esse nullam sed debere retractari.et sic sigillatim ad reliqua omnia iura.hãc q; con clusionem quam sequntur limitantes certis modis quos apud Felinum videbitis. Vnde ad paret ꝙ sententia ipso iure non est nulla,vt supra dixi quæ sit lata contra consuetudinem etiam prescriptam.

¶ CÆterum quia præ habiti doctores dicunt non esse nullam sentetiam quæ contra notorium feratur,vt prædixi,verun tamen esse annullandam: Et limitant in vno casu absq; dubio:nempæ vbi lata sit contra notorium,tale quidem quod sit imposibile se aliter habere. Archid. Ioann. Andre.et Domini.in cap. Romana.§.in vniuersitatem. de sen.ex cõm.lib,6 Bal.in.l.1.Cod.sen.resc in. non posse. Abb.in præhab. cap.inter cæteras extra de re iud Cardin.in Clem.pastoralis,eod. tit.et Felin. in præhab.cap.quoniam contra falsam. col. 14. in præhab. versi.et tenendo hanc partem.Sententiam meam limitabis eodem modo. Nam si tã notoria sit consuetudo contra quam lata est sentetia, ꝙ non posit aliter se habere:sitq; ita præscripta, & abominibus probata ꝙ non posit eius interruptio probari;pariter nulla erit ac si lata esset contra expræssum iuris errorem,vt in.d.l.si expræssim. ff. de app. Exemplum, Si in Castella sententia pro feratur de bonis in maioriatum: vel ad aniuersarium cumprohibitione alienationis relictis: qua vel fomine litiganti cum masculo vel minori litiganti cum maiore, bona prædicta applicẽtur:vbi tamẽ in aniuersario ad firmemus virũ ipsum instituisse,vocasseq;

ad patronatum quãdo instituit, quoq; virũ. Nam si forte femina esset quæ aniuersariũ instituit, secus dicerem: et presertim vbi proximum vocasset non explicito q̃ esset masculus: nec forte in primis vocato aliquo masculo, sed dumtaxat successore.

¶ ERGO existis bene infertur consuetudinem ius esse vt plene Bar. resoluit in. d. l. de quibus, in. 2. q. & ibi alij doctores. atq; Ias. col. 18. nu. 82. ff. d legib. Et appel
20 latione iuris venire cõsuetudinẽ gl. iuncto tex. in. l. prescriptione in verbo iuris Cod. si contra ius vel vtil. publ. & ibi Paul. Castrẽs. col. 4. Bal. in tit. de pace constan. col. 9. in verbo, nos Romanorũ. Abb. in procmio decretali. Innocẽ. In cap. certificari de sepult. ad firmans eum qui dicit deberi sibi quartam de iure: debere interpræetari, de iure consuetudinario vbi id sic expediat interpræetari quia ius commune non sit sed vtiq; consuetudo. quod item. Bal. & Abb. sequntur in alijs locis citatis per Ias. in. d. l. prescriptione. col. 3. nu. 14. cum alijs Cod. si contra ius vel vtil. plubli. appellacione in quam iuris venire consuetudinem (Secure) vtiq; prescriptam, ac pariter ita notoriam q̃ tergi versari non possit nec, valeat se aliter habere. Sed non ita secure vbi præscripta sit verum possint nonnulli actus probari contra ipsam.

¶ ITEM infertur id quod dicitur vulgariter, iura scripta non esse iudici producẽda nec probãda, nec esse de iure scripto positiones faciendas, sed bene posse fieri de iure non scripto, & ideo de consuetudine, vt notat gl. in. l. 2. §. quod obseruari de iuram. calum. et ibi Bar: Idem Bar. nu. 12. & Paul. Castrens. col. 4. nu. 8. Cod. si contra ius vel vtil. publ. in. d. l. prescriptione. tex. & ibi notatur in. cap. 1. de const. lib. 6. Verum esse in vulgari consuetu
21 dine etiam prescripta: non autẽ in consuetudine prescripta, etiã notoria. Bar. in rep. l. 2. Cod. que sit longa consuet. et in rep. l. 2. Cod. que sit longa consuet: col. 9. versi. vicessimo quinto quero nu. 29. & in. l. vnica in fine. Cod. vt que de sunt ad vocat. Bal. in. l. 1. in vlt. col. C. ad velleian. & in. l. 2. col. 2. C. quãdo prouoc. nõ est neccesse. et ias. in. l. dequibus. col. 19. nu. 88. ff. de legib. Hæc enim vt ius scriptum habetur: merito iudici deduci non oportet nec probari, nec de ipsa peti debent positiones, vt prehabiti doctores. tenent.

¶ IMMO hoc amplius voluit Bar.

Bar. in locis supracitatis, ꝙ vbi consuetudo est notoria non oportet eam allegare sicut non oportet eam probare. argumento. l. emptorem. ff. de act. empti, in prin. et. l. vero. §. 1. ff. de accus. & l. ea quidem, eod. titu. nec nõ et notatorum. ff. de appellat. l. ciues incolæ. Sed contra hoc insurgit Ias. in. d. l. de quibus col. supra. d. nu. 88. versi. tamen credo. quia licet notorium releuet vt dixi ab onere probandi, non releuat ab onere allegandi. glo. in Clem. appellanti, de app. Bar. in. l. 1. ff. de excep. & in. l. cũ quid, in fine. ff. si cert. pet. Alex. in. l. vnica. col. 1. et. 2. C. vt quæ de sunt aduoc. part. iudex sup. Angel. in. §. in bone fidei inst. de act. & alij multi doctores quos cogessi in libro de acquir. rer. domi. cap. 1. versi. sexto decimo ex prædictis. præsertim canonistæ in. c. 2. vt lite non contest. reprobantes glo. ibidem contrarium determinantem.

22 † Verum tamen cum notorij tres habeamus species, facti scilicet permanentis de præsenti: et transeuntis de præterito: & interpellati facti cõpræhendens præteritum ac præsens tempus: (vt de primo est creatio mundi: diluuium: & quod primus mundi Imperator fuit Cæsar: et magnus dux generalis in Italia, Gundisaluus Ferdinandus a Corduba. De secundo ꝙ cõmittis Benabentani sit loci iurisdicio, et eius terre potestas, & itidem ꝙ est potens: et de alijs his similibus: et de tertio ꝙ talis Iudeus, Lutheranus vt publicus est vsurarius vel hæreticus. Est enim factum notorium, quia fuit: sed hodie tantum præsumitur cum posset adhuc non esse, sed quidem interpellari. glo. magistra in cap. vestra, de cohab. cleri. et mulier. & in cap. manifesta. 2. q. 1.) decet cõcordare has opiniones.

23 † Quod Bar. intelligatur in notorio facti transeuntis. Pariter et in negocio notorio facti permanentis: modo sit notorium iudici tanq̃ iudici. Sed glo. & Ias. intelligãtur in notorio facti interpellati. Itẽ in notorio facti permanentis quod sit iudici notorium non vt iudici sed vt priuato. Exempla facti transeuntis, ac permanentis notorij, iam posuimus. Sed notoriũ iudici tanq̃ iudici tunc erit cum quis prætori sic dixerit, Peto corante contra Petrum decurionem.

24 † Etenim si eius ciuitatis sit decurio, opus non erit ꝙ dicat: qui vtiq; est decurio vt est notorium & id allego pro tali, scilicet notorio: nam id iudici est notorium tanq̃ iudici qui præ est eidem ordini. Non sic si coram supræmo iste agat. Supræmis enim & qui non est ordinarius

rius ordini decurionum non prę cessit. merito allegandum est, etiá in vrbe quod titius est decurio & quod pro notorio allegatur: quia iudici notoriú est: nó vt iudici; Sed vt cuilibet priuato: quippe pretor tenetur illud præscire, non autem iudex superior quia ordi
25 dinó præest. Hinc, Si quis agat ex municipali statuto; non est opus quod in processu ipsum ponatur vt sententiam promat prætor. Nam et ipso non exhibito valerit: Sed nulla coram supremo cui non constat notorie de eo statuto tanquam iudici. cap. 1. de constit. in. 6. Elegans simile Bartholi, in lege. 2. §. quod obseruari. col. 4. nu. 29. Cod. de iuram. calum. Nam cum tractet quádo quis teneatur positionibus iuris respondere? distinxit inter positionem iuris communis & positionem iuris municipalis. et in hac iterum sub distinxit inter ius municipale eiusdem loci, et alterius. vt in primo casu respondere non teneatur, quia probatione non est opus: Sed teneatur in alio, eo quod debeat probari alienum statutum quanquam constat esse scriptum. vt notatur in prehab. cap. 1. de const. lib. 6. et in. l. prescriptione. §. 1. Cod. si contra ius vel vtil. publ. Quod notate tanquam recenter scriptum, reductumque ad cócordiam. †Sic igitur
26

de cósuetudine dicamus. quippe si notoria est et prescripta, et in ipso eodem loco inueterata vbi degit ipse pretor: habetur vt ius scriptú, eritque sequédus Bar. in locis supracitatis negans eam esse allegandam necessario. At nocebit allegationis ommissio, quando coram superiore in appellationis gradu, nó appareat allegata, nec probata. Idcirco patronus causarum in superiore tribunali curiosus sit vt non allegata, ipse alleget, & non probata item probet. iuxta. l. per hanc de temp. appell. & cap. fraternitatis, de testib. Aliter reuocabitur iusta sententia. quia superiori de eius iustitia tanquam iudici nó constat, vt cóstitit inferiori.

¶ NON ab istis longe infertur ad quæstionem de libello: nam si consuetudo in municipio ius est, vt legibus satis probatur, vt est dictum: ita quidem vt vbi ea est notoria non sit prætori allegãda, tátum abest vt adfirme
27 tur probanda: consequens est, valere libellú cumulatiuè istud habens, peto reum condemnari secundum ius statuta & cósuetudines huius loci. Nec impedit quod est vna actio eligenda. l. nemo ex his. ff. de reg. iur. l. quod in heredem. §. eligere. ff. de tribut. De

bet

bent enim sic verba cumulatim interpretari , iuxta rationem legis siquis intentione ambigua.ff. deiud.vt vna actio proposita credatur:etquod dicitur secundum consetudines & statuta:interpræ tetur secundum statuta perconsuetudines approbata: vel è contra,secundum cõsuetudines per statuta approbatas.Et a simili, si quis diceret precesisse stipulationem & numerationem,intelligatur agere ex stipulatione impleta & validata per numerationẽ. vt.ff.de verb.oblig.l.si ita stipulatus fuero.§.1.&.l. cum enim.ff. de verb . obl . Idem si dicatur iure gentium et ciuili . nam debet intelligi,deiure ciuile approbante ius gentium.argum . l . rerum amotarum, in prin.ff. rer. amot. Sic demum cũ dicitur in libello peto secundũ formam iuris & statatorũ , quia interpretabitur secundum formam statutorum de iure permissorum et approbatorum.Bar. cum quo cuncti pertrascunt in.l.dequibus.col.4.nu. 9.ff.delegib.dicẽs , videri casum dehoc,in cap.cũ venissent.de eo qui mitt.in posses.cau.rei seruandæ.In cuius confirmationem bene cadit quod dici vulgo consueuit, debere verba libelli impropriari vt substineatur libellus. Bar.in.l.1.Cod. de vsufr.& in.l. si olei,per ipsum tex . Cod . locati. & in.l.Sed et si possessori . §. si iurauero, & ibi late Ias. ff.de iur. iur.

¶ EX Quo intelligis quàm incõstans,(contra morem) extiterit sibi.Bar.in hac questione libelli in.d.l.dequibus.ff.delegib . Inprima et enim lectione infine dixit:
28 † vbi vere consuetudo nulla sit Sed statutum:siquis egerit ex cõsuetudine non sequi condemnationẽ:quia libellus est ineptus & a causa id circo caditur. l. 1. ff.si mensor.fals.mod . dixer.ideo absolutio est sequenda. In secunda vero dixit in.d.nu.9.col.4. verba esse interpretanda , vt subistneatur libellus inquo petitur ex consuetudine,perstatutum approbata. Sed cum Bar.in primo dicto cuncti tenent antiquiores.ex modernis quasi omnes.nempe Guillel .& . Alber.in.d. l. dequibus.& ibi Martin.laudẽ. tria debere adfirmans esse paria.nempelibellũ, probationem et sententiam vt perBal.in.l.sipresidi.de don.ant. nup.& traditur in.l.2. C. de iud. illud repetit Albe.in.1.par.statut. q.28. & Ias. simpliciter recitans in.l. prescriptione.col. 3 . nu. 16. eod.si cõtra ius vel vtil.publ.

¶ Verum Ias.in ipsa.l.de quibus. col,pen.nu.91.versi.ego nouiter

teneo: contra Bar. ex eo nititur quod dixi, verba debere impropriari vt libellus substineatur.

29 Et quia† appellatione consuetudinis etiã venit statutum, si credimus Bal. in. l. 2. circa fin. Cod. de bon. quæ liber. et Alex. in consil. 190. lib. 2. in. 4. col. quos sequitur in hoc Ias. merenturq; q, sequatur ad hunc finem vt substineatur libellus, Et quia demum vt ego supra resoluit, cepta etiã & nõ perfectè prescripta appellatur consuetudo: quod ad hoc vt substineatur libellus, approbant inspitie Antoni. et Abb. in tertia col. in cap. cumana, de elect. & quandoq; plus operatur statutũ q̃ cõsuetudo. tex. in cap. ex parte Astensis, iuncto principio cum fine, vbi in vltimo notab. hoc pannor. notauit, extra depreb. quem itidem Ias. citauit vbi supra. Merito eius opinionis semper fui vt simpliciter ac indistinctè petatur, concludaturq; in libello. Etenim† qui simplici-

30 ter agit, videtur proponere ac intentare omne ius suum, cõmune scilicet. statutarium & cõsuetudinarium, quod sibi plus expedierit ad victoriam. Inno. in cap. certificari, de sepult: Bal. reputãs notabile, in. l. generaliter col. 2. in fine. Cod. de epis. et cler. & in. l. præscriptione, col. 8. Cod. si cõtra ius vel vti. publ. ex quo Asilũ hoc deduximus. Sed plenius cõsiderantes doctrina est valde inutilis, et ad practicam nõ reducibilis. Debet siquidem libellus talem continere narrationem ex qua conclusio sequatur, causa q; aliqua condemnandi resultet ex libello. Bar. in. l. si prius. ff. noui oper. nũ. & in. l. certi cõditio. col. 1. si cert. pet. & in. l. 2. ad fin. Cod. de pet. hered. Angel. in. l. naturaliter. §. nihil cõmune ad fin. in. 2. lect. de acq. poss. nisi enim dicat quare peto condemnari, aut verba æquipollẽtia, vt in. l. fin. Cod. de fideicõm. libert. nullus est libellus, quoniam prætor non debet impartiri in ea parte officiũ suum. vt probat Ias. in. §. omniũ inst. de act. nu. 128. Et adita cõcludendũ annectere debet causam eteã aptã, aliter iterũ libellus erit nullus. Bar. in. l. ædita. Cod. de eden. per notata in. l. 2. §. circa. ff. de doli excep. vbi Bal. in rep. Paduana. col. 17. tex. regius satis elegans in. l. 4. tit. 2. lib. 4. noue recopillation. quæ cum exordiatur verbis legis ædita. Cod. de eden. a compilatore sic sumatur: que las demandas y querellas que se pusieren, vayan claras en los remedios que intentan, y cerca de los linderos de las cosas rayzes, y demostraciones de las personas y bienes muebles, y calidades de cada vna, y los tiempos, ex

cepto

cepto en los juyzios vniuersales: Exquo constat, tantummodo in criminalibus: & vbi verba narrationis existát ita pregnátia vt omne ius valeant comprehédere: & in alijs singularibus negocijs exceptis per Ias.in loco supra citato intelligi Innocentium posse.

¶EX CAPITE SEQVENTI.

1 ¶ Vbi mores minorem partem teneant populi Consuetudo non erit Sed præscriptio.

2 Inter diffinitionem consuetudinis & præscriptionis non minima est differentia.

3 Consuetudo est ius non scriptum, diuturnitate populi vel eius maioris partis, vel viciniæ moribus comprobatū.

4 Appellatione consuetudinis debere proprie intelligi de præscripta: idest de ea que est moribus cōprobata.

5 Consuetudo inepte appellatur præscriptio. Sed quædam tacito consēsu roboratio: ac confirmatio mediante temporis lapsu.

6 Vsucapio est acquisitio: vel adiectio dominij per cōtinuationem possessionis tempore lege diffiniti.

7 Errasse Bar. et alios diffinientes præscriptionem, acdicentes, præscriptio est ius dispositum.

8 Non est a iure alienum in præscriptone de iure tractare: Sed abundat in diffinitione. quia donec non est aquisitum dominium, non est aquisitum ius inre.

9 Canonistæ non dixerunt (quod falso sibi imponitur) q̄, vt valeat et teneat consuetudo contra legem requiritur præscriptio.

10 Consuetudinem que cōtra legem inducitur, inducta ve legitime allegatur: ideo debere præscribi, quia legislatori contenditur contra iri. merito scientia principis neceessaria est, vel quidem presumpta.

11 Nullum ius est mere positiuum quod non possit consuetudine mutari.

12 Qui contra se legem habet, causam rationabilem tenetur articulare et probare: vt ostendat contraria consuetudine lege esse scripte derogatū, per temporis diuturnitatem & principis consensum saltem tacitum: duas q̄; interim fuisse contra legem latas sententias.

13 Diuturnam consuetudinem in tempore ostenditur in nitti longiore quā decem vel viginti annorū.

14 Ad probandum quod obtenta et approbata consuetudo existit interrupta: opus est q̄, id duabus sententiis ostendatur: ac si contra legem ageretur scriptam.

15 Per constitutionem generalem, non derogat princeps priuatam municipij, alterius ve loci consuetudinē: nisi de ipsa specialiter mentionem faciat.

16 Legi. 3. §. diuus. ff. de sepul. viol. que ex diametro contrarium innuit, capitulo. 1. de consti. in. 6. respondetur.

17 Consuetudo inducta contra legem, censetur per legē generalem derogata: superuenientem quidem, derogantē q̄; cōsuetudinem contrariam. licet spetialiter depriuata consuetudine non fecerit mentionē. quia conuenit antiquori legi.

18 Consuetudo contra publicam vtilitatem, per legem superuenientem generalem derogata existimatur: licet priuatim de consuetudine non fecerit mentionem.

19 Concilia generalia, presertim quatuor: Debere sicut quatuor euangelia Catholica venerari.

20 Si consuetudo talis sit quod concilia interpretetur predicta, substinenda est.

21 Agitur de interpretatione Concilij Tridintini, sessione. 22. cap. 8. pagi. 264. cōmittentis visitationē piorum locorum & confraternitatum Episcopis.

22 Esse apud nos in multiplici specie confraternitates

23 An tales confraternitates et alie (que confraternitates diciplinatorum vocantur) pie possint appellari, & earum loca aut templa?

24 Relicta huiusmodi confraternitatibus censentur relicta pro anima: & relicta ad pias causas. quod qualiter intelligendum sit inferius dicitur nu. 34. cū alijs.

25 Hi qui sunt ex his confraternitatibus, si laici sunt. non possunt coram judice eclesiastico conueniri tāquā sint religiosi.

26 Episcopus vtrum possit confraternitatem andujariensem seu de Andujar eius ve vicarius visitare.

27 Pietas procultu diuino aliquando accipitur.

28 Proprie pietas est Teosebia: id est cultus Dei interior.

29 Quando Papa cum Concilio Tridentino de pietate tractauit proprius de Theosebia quam dereligione tractauit.

30 Improprie dictum Concilium loca appellauit pia cum deberet appellare religiosa. Et itidem improprie confraternitatum personæ religiose appellantur, cum pie appellari deberent. Sed ibi error defenditur.

31 Non exeo quod pietas in loco aliquo exerceatur dicendus erit locus religiosus: quia nec palmites terre dabitur in quo vel semel quidem pietas vlla non exercitata sit.

32 Vt religiosus locus fiat omnes consentire debent quorum interest ne locus fiat religiosus, quia sibi fieri noceat.

33 Non omne hospitale quamuis ibi pietas assidue exerceatur dici locum religiosum, sed dumtaxat illud quod authoritate fundatur Episcopali.

34 Non omne pium iurisditionaliter Pium esse, sed illud tantum cui oppositum est impium.

35 Si prehabitum hospitale (etiam non fundatum Episcopi authoritate) pium quid perpetuū habeat quod debeant ad implere patroni, seu confraternitates eius loci iuxta intentionem relinquentis qui iam nō potest a relicto resilere Episcopi est visitatio.

36 Si pro anima nil sit relictum, neq̄; aliquo publico contractu irreuocabiliter stabilitum ita vt successores obliget, Episcopus non visitabit.

Ob

37 Obtineri posse quòd valeat alienatio rei immobilis ecclesiæ sine Episcopi consensu: et solemnitate omissa, authēticæ hoc ius porrectum de sacrosanct. eccle. Sed non canonis Nulli de reb. eccles. non alien. nec capituli, si cum exceptione. 12. quæst. 2.

38 Invehitur contra religiosos qui post longum tempus conantur contractus destruere ob solennitatis defectū quos vtiliter tunc gesserant.

39 Tantummodo considerandum in consuetudine alienādi rem ecclesiæ, an ipsa sit nociua, fuerit ve tempore contractus.

40 Quod dictum est in numero. 21. circa cap. Nulli. 12. q. 1. temperatur.

41 Quod Abb. tenet in cap. cum causam de re iud. etiam declaratur.

42 Consuetudo legitimo tempore obtenta circa alienationem rei ecclesiæ factam per solum prælatum ostenditur esse vera: additis que ibi dicuntur.

43 Consuetudine induci posse quòd res immobiles minorum vendantur sine decreto.

44 Consuetudinem redactam in scriptis legem consuetudinariam appellari: retineretq; nomen proprium consuetudinis.

45 An motus proprius Pij Quinti tractans de census impositione non facienda nisi pro præsenti pecunia sit absolute intelligendus, vel aliquam interpretationem recipiat? & qualem?

¶DE CONSVETVDINE PRÆiudicium generante: an potius dicatur præscriptio? et de Alijs.



CAP.



EACTIbus ergo cõſuetudinarijs præiudiciũ generãtibus priuato nõ nihil eſt diferendũ vt ad penultimũ diſtinctionis membrũ propoſitæ accedamus, in quo diximus aut ꝓdeſt vel nocet priuato cõſuetudo de qua queritur. Contingit enim quandoq; conſuetudo circa dandũ vel faciendum. Hoc iterũ ſubdiſtinguitur: nã datio aut factũ accidit de priuato ad priuatum inter omnes: aut de priuato ad publicum per omnes: aut de priuato ad priuatum inter aliquos. Poſtremum conſuetudo non dícetur, ſed preſcriptio. Et enim vt conſuetudo dici valeat debet eſſe, vel tacito conſenſu, (vt eſt ſepiſsime dictum) omnium, vel maioris partis populi, aut viciniæ moribus introductum. l. de quibus. l. Diuturna. ff. de legib.
1 Igitur † vbi mores minorẽ partẽ teneãt populi, magis dicetur preſcriptio, q̃3 mores vel conſuetudo. Refertur enim ad paucos qui volũt præiudicari circa factũ vel dationem. Inde quia paucorum eſt conſenſus non præiudicat maiori parti. l. maiorem ff. de pact. l. aliud. §. refertur. ff. de reg. iur. l. quod maior. ff. ad muni. pariter nec prodeſt reliquis qui ſimili iure velint priuatim vti. nam et ſiquiſq; eorum qui conſentit faciens actum in fauorem alicuius, acquirere alij expreſsim vellet id facere non poſſet, etiam ſtipulatione interueniente dum in illius Sacris non eſſet. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verb. &. §. ſiquis alij. inſt. de inutil. ſtipul. igitur et ſine ea minus poterit ei querere, preſertim in præiudicium aliorũ qui illi facto non conſentiunt ſeu dationi. Et hec eſt quod breuius, ſed obſcurius dixit Bar. in. d. l. de quibus col. 5. ad iniciũ. ff. d legib. Per preſcriptionẽ inducitur quedã acquiſitio iuris et vſus alicuius quod non poterat ſuo ſolo conſenſu inducere: et pro ſe contra alium: vt patet in toto tractatu de preſcrip. Cod. et. ff. Propterea † inter diffinitionẽ cõſuetudinis
2 et preſcriptionis nõ minima eſt differentia. Nam cum Bartholus. in. l. 2. in. 4. col. nu. 11. inter cõſuetudinem et præſcriptionem differentiam ſcire cuperet, reſpõdit: Breuiter dic ꝙ hæc eſt differentia, quia cõſuetudo eſt ius diſponens ex conſenſu totius populi, et maioris partis vniuerſitatis cõſtitutum. Preſcriptio vero eſt ius diſpoſitũ quo queruntur iura formata: vt directa et ſimilia

ex consensu singulari inductum vt patet, de pres. longi temp. cũ tit. seq. vsq; ad tit. quomodo et quãdo iudex.

¶MIHI vero, quamuis placet constituere differentiam, & cã non paruam inter consuetudinem et prescriptionem, verba Bar. non placent. nam cum dixerit est ius disponens significat tẽpus futurum. Ceterum cum dicit, & maioris partis vniuersitatis constitutum: Supponit negocium præteritum. non vtiq; pendens nec infieri sed perfectum Id circo, quia habet diffinitio repugnantiam interse, posse subsisteneri non videtur. l. vbi repugnãtia. ff. dereg. iur. Propterea cum de esse legis sit ꝙ sit scripta decisio: & de esse con suetudinis sitꝙ non sit negocium scriptum. l. de quibus. l. Imo. 35. eo. tit. et. §. constat, &. §. ex non scripto. inst. de iure natur. gen. et ciuili. vt notãt Petr. & Bar. col. 4. ad inicium in. l. 2. Cod. quesit longa consuetudo: ac proinde, tam consuetudo legitime tamen prescripta, q̃z lex ius sint scriptum & non scriptum vt in iuribus supra citatis: Consequitur verã diffinitionẽ
3 consuetudinis hanc esse. † Consuetudo est ius nõ scriptũ, diuturnitate populi, vel eius maioris partis, vel viciniæ moribus cõprobatum. d. l. de quibus. versi. inueterata. d. §. ex non scripto. l. Si de interpretatione, & ibi melius gl. et Bar. ita diffinientes. ff. de legib.

¶EX hoc quod dicit, diuturnitate populi vel maioris partis cõprobatum, non difficulter infertur: † appellatione cõsuetudinis
4 debere intelligi de prescripta. gl. in cap. generali, de elect. lib. 6. et in cap. vlt. eo. lib. et tit. Ioann. Andre. in. c. nemo. de reg. iur. lib. 6. in mercur. Federi. in consil. 86. prior quidam. Siue prepositus. Bal. per tex. in. d. l. diuturna. ff. de legib. tam in cap. 1. in prin. de feu. cog. q̃z in. l. binos. Cod. de ad uoc. diuer. iud. q̃z demum in. l. de quibus. col. 7. in. 8. oppo. vbi Ias. col. 10. nu. 44. citans. Angel. tex. ipsum ad idem perpendentẽ in ipsa. l. Diuturna. Non enim dum est infieri poterit ius appellari scriptum aut non scriptum. Sed melius diceret gl. si diceret ꝙ debet intelligi, de moribus legitimo tempore comprobatis.

¶CÆterum cum Bar. in pred. l. 2. quesit longa consuet. in loco dudum citato respõderit, q, prescriptio est ius dispositum quo quæruntur iura formata ex consensu singulari inductum: Bene sequitur verum esse quod Petr. et Cyn. dixerunt in ipsa. l. 2.

nēpe, errore canoniſtarū (vt ipſorū moris eſt) proceſsiſſe quod habetur in cap. vlt. extra de cōſuet. ſcilicet eſſe conſuetudinem preſcriptam. Id quod Ange. fatetur in d. l. de quibus. col. 11. de legib. dicens q̄ de iure canonico reperitur conſuetudo preſcripta: ſed de iure ciuili non reperitur conſuetudo preſcripta. Etenim conſuetudo eſt ius maioris partis populi, in non ſcriptis moribus cō probatum. Sed preſcriptio eſt ius diſpoſitum ex cōſenſu ſingu
5 lari inductum: ergo † conſuetudo in epte appellatur præſcriptio: Sed quedam taciti cōſenſus roboratio ac cōfirmatio mediāte tēporis lapſu. Ideo in preſcribēda cōſuetudine titulus aut bona fides nō requiritur. Sed in præſcriptione ſic. l. celſus. ff. de vſuc cap. l. Diutina. & . l. ſuper longi. Cod. de preſ. longi temp. & . l. nullo. Cod. de reiuen.

¶ IASS. demum in. d. l. de quibus. col. 10. in fine. verſ. Iſta omnia verba ſunt verba ad Epheſios. num. 44. dicit velle Bar. in. 10. col. in rep. eiuſdem legis. doctores ſic concordare: Si premittat duplicē proprie eſſe preſcriptionem. vna que tractat de tollendo iure inducto. alia que tractat de inducendo iure nouo. Exemplum de vltimo in ſeruitute acquirenda. Exemplum de primo in ſeruitute perdenda vel in aliquo alio iure iam inducto. Vnde conſuetudo que tendit ad inducendum & acquirendum de nouo dicitur habere preſcriptionem, vti dicunt canoniſtæ. Addit Iaſ. Et habes q̄ differentia eſt inter ius ciuile et canonicū: quia ſecundum ius ciuile cōſuetudo contra ius, ſiue preter ius inducitur decem annis: Sed de iure canonico ſi ſit contra ius requiritur q̄ ſit preſcripta: et ſic quadraginta annis. rationen diuerſitatis aſſignat Pannor. in. d. cap. vlt. in. 7. col. quem vide. hæc Iaſ. in loco ſupra citato. Quomodo autem ipſe hoc inferat ex ſupra. d. differentia quam tradidit nobis Bar. ego ellicere non poſſum.

5 ¶ SCIO tamen, † vſuccapionē eſſe acquiſitionem, vel adiectionem dominij, per cōtinuationē poſſeſsionis temporis lege diffiniti. vt in. l. 3. ff. de vſu cap. et q̄ ibi Accurſ. dicit. Item large accipe vſuccapionē pro preſcriptione: et q̄ cū eo tranſeunt omnes: quāuis ipſi eidem non pepercerint iuris cōſulto. Nam cum Modeſtinus de titulo nihil dixerit, carpit eum Paul. Caſtren. Carpit itidem quia dixerit vſuccapio eſt acquiſitio: cum vt vides, non eſt acquiſitio, ſed vſu capionis effe-

ctus

ctus est acquisitio: quare Paul.aliter diffiniri posse dicit, et sic melius: quod vsuccapio est cōtinuatio possessionis rei alienæ, per tempus lege diffinitum, concurrente titulo & bona fide, ex qua sequitur acquisitio dominij. sed certe Paul. Castrēs. vsuccapionē dum esset inferi, pariter & dum esset iā finita diffiniuit. Modestinus vero vsuccapionem perfectam. Patet primum quia dixit, est continuatio possessonis rei alienæ. Etenim post rem præscriptam non est continuatio possessionis, sed iam continuata possessio. Et quia vsuccapio est iam cōtinuata possessio tēporis lege diffiniti: sequitur quod est acquisitio, adiectio ve dominij, vt in. d.l.3. quia traditionibus & vsuccapionibus dominia rerum quæruntur. l. traditionibus. Cod. de pact. Merito ergo de titulo & de bona fide Modestinus nihil dixit, quia habuit id pro constanti debere omnia legitime esse facta. l. sciēdū. ff. de verb. oblig. id circo nec temporis mentionem fecit quāto deberet præscribi.

7 ¶ ERGO ex his bene deducitur, † errasse Bar. in. d.l.2. in. 4. col. nu.11. & ceteri qui ipsum sequuntur diffinientes præscriptionem: ac dicentes, quod est ius dispositum. Priuatus siquidem et si vellet non posset ius inducere suo solo consensu interueniēte in præiudicium alterius. vt bene aduertit nos Bar. in. d.l. de quibus. col. 5. ad inicium. nu.10. apud mediū ff. de legib. verum tamen totus populus vel maior pars posset vnico consensu ius aliquod inducere, & dare iurisditionem. l. 1. ff. de constit. prin. nil mirum si et paulatim id faciat, vt in ipsa l. de quibus, & in. l. diuturna. cod. tit. sed non præscriptio, vt dixi ergo non est ius præscriptio, dispositum nec dispones.

¶ CÆterum quia dominum est ius libere de re corporali disponendi perfectê vbi lex non prohibeat, iuxta ea quæ late tradidi in libr. de acq. poss. cap. 1. nu. 3. Scripto ante Pinelum et Molinam: edito tamen tardius: qui idem latius examinat. iste in. l. 2. Cod. de rescin. vend. in. 1. par. cap. 2. hic in tract. maioratus.

¶ ET iterum ipse Pinel. in rep. l. 1. Cod. de bon. mater. in. 2. par.

8 num. 1. fol. 172. † nō erit a iure alienum, de iure in preæscriptione tractare, ac respondere: Præscriptio est acquisitio iuris quod est in dominio per continuationē possessionis temporis lege diffiniti. Sic enim & dominiū rei incorporalis vt quoq; corporalis

in prescriptione includitur. qua
diffinitione vtuntur vulgo patio
ni in suis libellis: verum vt Hero
des sed vtiq; ignorantes quando
dicunt: lo otro porque por el le-
gitimo transcurso del tiempo la
parte contraria abria perdido
qualquier derecho que a los di-
chos bienes touiera enlo amipar
te adquirido. Vere tamen ac
strictæ diffiniendo abundat di-
ctio ius. si ipsum dominium est:
Sed praxis libellandi est optima:
nam vt dixi in libro de acq. poss.
id quod Bar. in diffinitione dixit
de re corporali nõ videtur recte
dictum: nam de quasi dominio
idem est.

¶ SE quitur igitur ex præhabi-
tis duabus diffinitionibus, erras
se canonistas si dixerunt, ꝙ vt
valeat ac teneat præscriptio, ius
q; faciat non scriptum, debet es-
se legitimo tempore præscripta.
nõ enim potest id vllo iure subs
tineri: Sed dici debet, ꝙ sit legi-
timo tempore moribus compro
9 bata. †verũ tamen non istud ha-
ctenus dixerunt canonistæ, quic
quid male eisdem legiste impo
suerint. Tractat quippe cap. vlt.
de consuet. quando præscriptio
nẽ exigit, de cõtraria cõsuetudi-
ne introducta contra legẽ. Patet
hoc ex ipso tex. quatenus dicit.
licet etiam longeuæ consuetudi

nis non sit leuis authoritas: non
tamen est vsq; adeo valitura: vt
vel iuri positiuo debeat præiu-
dicium generare: nisi fuerit ra-
tionabilis, et legitime sit præscri
10 pta. Vnde apparet ꝙ †consuetu-
do quæ contra legem inducitur
inducta vt allegatur legitime de
bet præscribi: quia legislatori
contenditur contra iri. merito
scientia principis neccessaria est
vel quidem præsumpta quia præ
sens sit et ipsi consuetudini non
contradixerit: vel absens sit et tẽ
pus præscriptionis duplicetur vt
accidit in alijs præscriptionib. l.
fin. Cod. de præs. lõgi. temp. hoc
vtiq; est quod in indiuiduo dicit
tex. qui debet in hac intelligi spe
tie in. l. 5. tit. 2. par. 1. quatenus di
cit, tal pueblo como este, o la ma
yor partida del: si vsaren diez o
veynte años fazer alguna cosa
como en manera de costumbre
sabiendolo el señor de la tierra
y no la contradiziendo: puedala
hazer: e deue ser tenida eguarda
da por costũbre. In nouis vero e-
xẽplaribus habẽtibus gl. Grego
rij latius littera prosequitur sic
dicens: E tal pueblo como este, o
la mayor parte del: si vsaren di
ez o veynte años hazer alguna
cosa en manera de costumbre
sabiendolo el señor dela tierra
y no lo contradiziendo, y tenien
dolo por bien, puedan la hazer

edeue ser tenida eguardada por costumbre: Si en este tiẽpo mismo fueren dados dos juyzios cõ cegera mente porella: de homes sabidores y entẽdidos de juzgar e no auiendo quien selas contra diga. Huius rei fingam exemplũ: Scitis legem nostram Regiam, vtiq; primam, tit. 25. lib. 4. nouæ recollectionis dicentem: ꝙ vbi sit tabellio publicus, reliqui (quos dicimus Regales) non possint obligationes scribere nec testamenta: quæq; fecerint non faciãt fidem, nec vtiq; probationem, sed aliter possit probari quod sit factum. fingite vos nũc ꝙ sit vt fere est in to regno consuetudo, ꝙ dicti tabelliones regales conficiant omnes contractus, obligationesq; & testamẽta: & ꝙ tantũ abstineantur a cõtractibus equibus est soluenda principi, aut vectigalium conductori gabella: Item aprocessibus equibus sunt ordinarie expensæ soluende tabellionij: certe obtinebit consuetudo cõtra legem, si probetur duabus vicibus id fuisse per iudicem approbatum peritum: & ꝙ acquieuerint sententijs litigatores: vel fuerint per superiorem approbatæ quæ taliter latæ sint. superiorem in quã iudicem, non autem ipsum Principem.

¶ NEC est nouum de suetudine legem tolli vt in proæ. digest. §. et antea quidem, ibi, cæteris jam de suetis & iam omnibus de vijs. vbi ait Accur. deuijs propter cõsuetudinem. tex. in. l. receptitia Cod. de const. pec. ibi, in vsitato recessit vestigio, vbi Bal. nu. 1. Auth. de hered. & fal. et ibi glo. coll. 6. in verb. neglectas. & in Auth. de iud. in prin. & ibi etiã glo. ead. coll. & in proæ. inst. §. igitur. & §. sed naturalia, inst. de iure natur. qui nulla alia conditus ratione fuit q̃ vt ostẽderet, naturalia iura semper firma & immutabilia permanere: reliqua vero sæpe mutari solere: vel tacito quidem populi consensu, vel alia lege in contrariũ postea lata. quia vt ait Bal. in cap. 1. §. preterea ducatus. col. 1. de prohib. feu. alien. per feder. lib. feud. & in cap. vlt. 7. col. de consuet.
11 † Nullum ius est mere positiuum quod non possit consuetudine mutari, vt multi probant quos inferius recitabo. post nu. 19. vers. nec est mirum. Sic ipse idem Bal. ait in locis dictis, iura omnia quæ de consuetudine non seruantur pro non scriptis haberi, aut pro nullis reputari.

¶ NAM quod Cyn. in l. vlt. Cod. de iure domi. impetr. & Bar. in supra. d. proæmio. §. et antea, di-

 xerũt

rerũt tolli posse legẽ consuetudine, diuertẽdo arecto legis intellectu, secus vero exeo tantum ꝙ ea lege non vtatur: illic censeo recipiendos vbi nusq̃ legis casus contigisset. Ceterum si eueniat casus et contra legem vtamur ipsa vt nemo vsq̃ vtatur, quasi tacite non admittatur sed vsu contrario fungatur, derogata, vel nõrecepta appellabitur. †Me
12 rito qui contra se legem habet, tenebitur vt ostendat derogatã contrario vsu, causam rationabilẽ articulare quare derogata sit lex. consensum q; totius populi cum actibus contrarijs legi, nedum allegare, sed vtiq; quoq; probare. Sic item principis consensum allegabit: Sed illum probando vsum diuturnum decem annorum vbi præsens fuerit Princeps, longi vero temporis vbi appareat ꝙ fuit absens, satis habebit probatũ. Sed hoc amplius iure Regio etiam probare tenebitur quod bis fuerit contra legem iudicatum per homines iuris peritos: & quòd non fuit appellatum. præhabita.l.5.tit.2.par.1.

¶ A T EXistimo cessare has allegationes, probationesq; vbi sit diuturna in veterata q; consuetudo. Etenim diuturna consuetudo proiure et lege in his quæ nonex scripto descendunt obseruari solet.l.diuturna.ff.de legib. quasi †diuturna consuetudo ea
13 sit quæ nititur in tempore longiore q̃ decẽ vel .20. annorũ.l. siquis diuturno.ff.si seruit.vend. quæ istud probat si supponas ꝙ tractat de discõtinua seruitute, quæ non nisi tempore in memoriali haberi potest.l. hoc iure.§. ductus aquæ.ff. de aqua quoti. et æsti.l.1.§.1. idemq; .ff.de aqua plu.arcen. Melior tex. ad probãdam conclusionem supra dictã in.l.si diuturno.ff.de pen. quatenus de eodẽ negotio bis tractat diuersa interlocutione, sic dicẽs: Si duitino tempore aliquis in reatu fuerit: aliquatenus pena eius subleuanda erit. Prosequitur et dicit: Sic etiã cõstitutum est non eodemmodo puniendos eos esse qui longo tempore in reatu agunt q̃ eos qui in recẽti sententiam excipiunt. mihi ostendens, diutinum & longum tempus in quantitate differre, vt minus sit diutinum quàm longum, id quod ex verbo aliquatenus manifestum fit, iuncto eo quòd in sequenti parte dicitur, non eodemmodo &c. Sic et diuturnum differre ab istis duobus vt in. d.l.si quis diuturno,

¶ QVOD

¶ QVOD si diutinum. longum et diuturnum, eandem metam temporis ad firmes esse: nõ negabis quod suposui: Diuturnã scilicet consuetudinem legitimo tempore moribus contra legem approbatam non egere probatione, quia notoriam. Sed id verum in notoria consuetudine taliter quidem notoria ꝙ non se aliter haberi posit: vt in proximo supra scripto cap. resol ui. nu. 19. versi. cæterum quia præ habiti doctores dicunt. In alijs vero cõsuetudinibus etiam no torijs neccessaria est allegatio pro notoria. Immo vt iniqum fugias iudicem & quod est notoria proba, ne forte et tenedum iniqus sed quoq; ineptus condemnet.

14 ¶ QVOD† si consuetudinem quis neget, dicat q; ipsam moribus contrarijs derogatam: opus erit ꝙ id probet ostensis duabus iudici sententijs contra notoriam consuetudinem prolatis: ac si contra scriptam legem ageret volens consuetudinem probare. nam & consuetudo tempore legitimo approbata pro lege debet seruari. d. l. de quibus & l. diuturna. ff. de legib. hoc vti q; est ni fallor quod dixerat vlp. in l. cum de consuetudine eod. tit. Cum. de consuetudine ciuitatis vel prouinciæ confidere quis videtur: Primum quidem illud explorãdum esse arbitror: an etiam contra dicto aliquando iuditio consuetudo confirmata sit. Sed clarius probat lex Regia. 5. scilicet. tit. 2. par. 1. in eo quo dicit. Estomismo seria quãdo contra tal costumbre en el tiempo sobre dicho alguno (in antiquis) porfiase su demanda, in nouis vero, alguno fundase su demanda: o su querella: o dixese que no era costumbre (in nouis) que deuiese valer. y el juzgador ante quien acaeciese tal contienda (in nouis) oydas las razones de ambas partes; juzgasse que era costumbre en todo rehusando (in nouis no cabiendo) las razones de aquellos que la querian contra dezir.

¶ HINC quando mulier cum viro egerit pro dote & medietate lucrorum constante matrimonio lucratorum, iuxta dispositionem. l. 1. tit. 3. lib. 3. fori legũ. hodie est. l. 2. tit. 9. lib. 5. ordin. qua cauetur, cuncta quæ lucrãtur, de consuno (vt vtar verbis legis) id est dum iure simul in habitant, conseruant q; vnam familiã, debere cõmunicari inter ipsos

ipsos: si in Cordubensi Diocæsi proposuerit hūc libellum, (in qua constat lucra non communicari ex notoria ac diuturna cōsuetudine Diocesis) nedum tenebitur contrariam consuetudinē probare comprobatam longo tēpore: seu prescriptam iuxta cap. vlt. extra de consuet. verum etiā bis interim fuisse contra priorē iudicatum cōsuetudinem in posterioris fauorem, vt in. d. l. Regia 5. tit. 2. part. 1. nam nititur cōtra ius obtentum in ea plaga.

¶ NEC Impedit quod alia lege est cautum recentiore, comunicanda esse lucra. l. 1. 2. et. 3. et idē in vlt. tit. 1. lib. 4. ordin. antiquarum. Sed in noua recollectione. l. 5. tit. & libro prædict. et ꝙ ideo videbatur derogatum consuetudini per legem. iuxta tex. cōmuni lectione receptum in. l. 3. §. Diuus Adrianus. ff. de sepulchro viol. Et ꝙ ideo extabat lex pro muliere, vt sic vir teneretur consuetudinem probare bis obtentam in iudicio vt in. d. l. Regia: Nec inquam impedit. quia contrariū probat tex. in cap. 1. de const. lib. 6
15 manifestissime dicens, ꝙ † licet Romanus pontifex qui iura omnia inscrinio pectoris sui censetur habere: constitutionem condendo posteriorem, priorē (quāuis de ipsa mentionem non faciat) reuocare noscatur: quia tamen locorum et personarum singularium consuetudines et statuta (cum sint facti & in facto consistant) potest probabiliter ignorare: ipsis dum tamen sint rationabilia per constitutionem a se nouiter editam, nisi expresse caueatur in ipsa. non intelligitur in aliquo derogare, Et prehabitus. §. Diuus Adrianus multos intellectus patitur, lectiones ve vt ait gl. in. d. cap. 1. Ideo ad decisionem causarum minime allegari potest. Bar. in. l. in ambiguo. ff. de reb. dub. notat refert q; Felin. in cap. 1. extra de const. Ideo remanet per prehabitum cap. sublata dicta oppositio.

¶ SED Conciliemus ea iura. possunt enim conciliari si dixerimus ꝙ † . l. 3. §. Diuus. de sepul. viol. fecerit expressam mentionem consuetudinis: vel ꝙ saltem ex ea apparet ꝙ habuit Imperator eiusdem consuetudinis notitiam. quod vtiq; placuit Bar. in ipso. §. Diuus & in. l. de quibus in rep. ff. de legib. et fuit lectio Bernard. in cap. pastoralis in gl. 1. de fide instrumen. Archi. & Ioann. Andr.

16

Andre. aliter respondent. in ipso cap. 1. Et Iasso. aliter in d. l. de quibus. col. 13. num. 34. ff. de legib. Dicit enim
17 † quod consuetudo quæ derogatur per. d. §. diuus, erat contra legem ipsius diui inducta. merito lex derogans est conformis precedenti: ideo mediam contrariam consuetudinem consummit, et res defacili reuertitur ad suam naturam. l. si vnus. §. pactus nepeteret versi. quod et in spetie. ff. de pact. et est lectura Bar. in rep. l. 2. in. 3. oppo. C. quæsit longa consuet. Sic erunt ad regulã. d. cap. In primis duæ restrictiones: quod procedat nisi deroget consuetudinem expressim. & preter quam vbi Imperator generalem legem faciat consuetudini contrariam, legi anteriori consonanti posteriori, repugnantem.

¶ ALII tamen dicunt quod in. d. §. Diuus Adrianus erat cõtra publicam vtilitatem consuetudo:
18 merito † lex ei contraria generalis derogat prædictam consuetudinem. Quod identidem Cyn. Bar. Bal. & Paul. in vlt. col. voluerunt in ipsa. l. de quibus. ff. de legib. & videtur rationi consonum esse, atq; legi. nam vt diximus supra in cap. 3. iniqua consutudo est vellenda. cap. mala autem. 8. distinctio. Proinde multo magis procedit hæc limitatio vbi consuetudo contra ius diuinum sit aut naturale. et pariter non admittetur quando sit contra concilia generalia, summorum pontificum. vt tenent Ioann. Andre. in cap. cum laicus. & in cap. nulli de reb. eccle. non alien. Bald. in titul. de pace constan. col. 4. in verbo, mos romanorum. et Iass. in. l. de quibus. colum. 13. num. 54. versic. addo quòd eodem modo. ff. de legib. adfirmãs alios citasse in. l. humanum. C. de legib. cum legem illam non legerit,

19 ¶ SED quamuis concilia generalia, presertim quatuor principalia: debeant sicut quatuor euangelia Catholica venerari: (vt in cap. post translationem extra de renun.) interpratatio nem tamen recipiunt, et nonnullam exceptionem. vt ibidem ait Papa. aliter (vt in eodem loco dixit Bal.) frustra natura interpretes produxisset: viros q; ingenij accutissimos: quod erit fatuum dicerere. vt in. l. 2. §. his legibus latis. ff. de orig. iur. et authen. quibus mod. natur. effi. legit. coll. 6. et in. l. libertum. §. senatus. ff. de ritu nup. cuius scilicet doctoris ad istud meminit Ias. in. l. non dubium col. 6. num. 36. Cod. de legib.

gib.Sed adde eidem quendam
tex.in cap. canones. 15. diſtinct.
vbi præhabita quatuor conci-
lia recitantur.et cap. Sancta, et
quod ibi illico ſequitur. eadem
20 diſtinct. † Merito ſi conſuetudo
talis ſit quæ Concilia interprete
tur: quamuis eiſdem verbo te
nus videatur aduerſari, ſubſtine
bitur: ſi menti non contradicat
nec ea fraudetur.iuxta.l.non du
bium.Cod.de legib.

20 ¶ QVOD penitus † notãdum
eſt ad interpretationẽ Concilij
Tridentini.Seſsione. 22. cap 8.
pagina.264.Dicentis: Epiſcopi,
etiam tanq̃ ſedis apoſtolicæ de
legati in caſibus iure cõceſsis om
nium piarum diſpoſitionum: tã
in vltima voluntate q̃ inter vi
uos ſint executores. habeant ius
viſitãdi hoſpitalia: collegia que
cunq; ac confraternitates laico
rum: etiam, quas ſcholas, ſiue
quocunq; alio nomine vocant.
Non tamen que ſub Regum im
mediata protectione ſunt, ſine
eorum licentia, eleemoſinas mõ
tis pietatis ſiue charitatis et pia
loca omnia, quomodocũq; nun
cupentur: etiam ſi predictorum
locorum cura ad laicos pertine
at: atq; eandẽ piæ loca exemptio
nis priuillegio ſint munita: ac om
nia quæ ad Dei cultum, aut ani
marum ſalutem, Seu pauperes
ſubſtentandos inſtituta ſunt: ipſi
ex officio ſuo, iuxta Sacrorũ ca
nonum ſtatuta cognoſcant, et
exequantur: non obſtantibus
quacunq; conſuetudine, etiam
in memorabili, priuillegio aut
ſtatuto.

¶ SVNT † ſiquidem apud nos
22 in multiplici ſpetie confraterni-
tates laicorum: quas epiſcopi et
vicarij generales iam contendãt
vſq; adeo viſitatare, vt ipſas ad
in deuotionẽ, qua cõſtitutæ fue
runt, perducant. Nam ſutores
et calciarij.fabri & cuncti opera
rij: (nullo officio aut publico of
ficialium miniſterio preter miſ
ſo vel relicto) habent confrater
nitatem ad id per eos ſtatutam
vt in terra vllum ſanctum vene
retur qui in celis eſt: diẽ mortis
eius Sancti, vel natiuitatis eiuſ
dem cera incenſa et ſacrificio ce
lebrantes.non nulli Deo ipſo in
eo tantum deſeruientes, vt ſan
ctum Sacramẽtum cum ede exe
at ſacra ad infirmum viſitandũ
cera illuminent, ac ſerico pallio
de aurato q; concomittentur.
Hinc non nullas ſtatuunt ordi
nationes circa in humationem
ipſorum: & aliorum extraneorũ
qui vt ſepeliantur vocant eos
quos nuncupant in comenda-
tos. Vnde queritur an valeant
iſti viſitari per epiſcopũm? & an
poſsit

posſit interpraetari cõcilium? ipſum etenim cũcta ab radiſſe videtur.

¶ SED quia hæc quæſtio de ſe ipſa minus pendet, ſed ex alia: an
23 tales cõfraternitates, et aliæ (quæ confratriæ diſciplinatorum vocantur) piæ poſsint appellari, & earum loca? ad Gabrielem te remitto, in. 2. par. cõmunium opinionum. fol. 1564. col. 4. concluſ. 1. titulo de pia cauſa. vbi eandem interrogans quæſtionem ſic ſcribit: Et dicitur ꝙ non ſunt pia loca. vt notat Bal. in. l. illud, verſi. quid de eo. Cod. de ſacro ſanct. eccleſ. et in authen. hoc ius porrectum. verſ. ſecũdo quæro quid de rebus, eod. tit. Idem ſentit, licet non firmet, in. l. ſiquis ad declinandam. verſ. deinde quæritur, Cod. de epiſ. et cler. Imol. in cap. officij. verſ. circa ſecundum: deteſta. Abb. in cõſ. 31. vol. 1. Cor. conſil. 119. nu. 27. lib. 2. et in conſ. 18. nu. 5. vol. 4. & in conſ. 297. nu. 4. eod. vol. et in conſ. 307. in fine. eod. vol. Sucin. in conſ. 82. vol. 4. Card. conſil. 13. Ripa. in cap. 1. de reb. eccle. non alien. in. 6. Paul. in auth. hoc ius porrectum. verſi. circa primam partem. Cod. de ſacro. ſanct. eccle. Pariſ. in conſ. 50. vol. 2. Calcan. in conſ. 21. Iaſ. in conſ. 218. vol. 2. Capra, in conſ. 20 Balb. in tract. preſ. in. 1. par. quinta par. prin. Alex. in conſ. 102. in 1. dubio. vol. 7.

¶ E T ꝙ ſint perſonæ ſeculares tenet Roman. in conſ. 233. vol. 2. Felin. in cap. 2. de foro comp. dicit idem vbi ſupra nu. 2.

¶ E T ꝙ non ſint loca religioſa dicit Abb. in conſ. 31. vol. 1. & Felin. in tract. quando literæ apoſtolicæ. ait ipſe nu. 3.

¶ C O N trarium ꝙ dicatur locus pius confraternitas diſciplinatorum, ſentit ſpecul. in tit. de inſtrum. editio. §. nunc aliqua nu. 62. verſ. et ſcias. qui dicit ꝙ loca pia dicuntur vbi exercentur opera charitatis. Idem. Ioann. Andre. in cap. Ioannes. verſi vnũ eſt quod refragatur. vbi per iſtã rationem. concludit, hoſpitale, etiam non erectum auctoritate ſuperioris eſſe locum pium. Idẽ dicit Alexan. in conſil. 209. vol. 2. et Abb. in cap. fin. in. 2. notab. deteſtam. Card. in cap. Ioannes in 7. quæſt. deteſtam.

¶ E T I N ſpetie ꝙ confraternitas dicatur locus pius ſentit Bal. in. l. id quod pauperibus. 21. q. Cod. de ſacr. ſanct. eccleſie ſentiens clare quod ſit locus pius, ſed non religioſus. Card. in cõſ. 221. et clariſſimê, Iap. in tract. de cano. portio. verſi. quinto quæro.

et

et in sequētibus quest. Idem dicit Barb.in.d.cap.officij detestá. & Petr.de Peru.in tract.decano. portio.in.2.art. prin. et in . 2 . q. princ.Deci.in consi.72. versi.tertiò principaliter.Et dicit Petr.de Ancharra.in cap. auditis.11. quæstio.derest.in integr. (ait idē Gabriel vbi supra num.5.in. d. vers. et in specie) quod dicitur pium, etiam colligium.

¶ E T q, episcopus huiusmodí loca visitare teneatur, voluit Federi. de sen.in cons. 111. incipit. quæstio talis est.

¶ T Enendo primam opinionē quæ videtur magis communis (ait Gabriel.vbi supra nu.7.)ad dictum specul.in tit.de instrum. editio.§. nunc aliqua. vers. et si scias:responde declarádo illud. vt declarat Alex.in cons.89. vol. 4.et in cons.120.vol.1.vt illud ꝓcedat in hospitali fundato auctoritate episcopi et non alias.

¶ Q V am opinionem amplia (ait iste)etiam si sit sibi Campanella:& misse quandoq; ibi celebrentur.Deci.in cons.148.Card. in consil.13.Paris.in cons. 34. nu. 15.vol.4.

¶ E X P Rædictis infertur (ait idem Anto.Gabriel.in num. 9.) vt relicta dictis confraternitatibus patiantur trebellianicam: quasi non sint relicta pijs locis. et ita expresse concludit Bal.in consil.111. vol. 4.Corne. 119. nu. 27.vol.2.et in consil. 18 . num.5. volum.4.& in cons.307.in fine, eod.vol.Parisi.in cons.34. vol.4. & in consil.50.vol.2.

¶ C O Ntrarium verius puto(inquit Anto.Gabriel in loco supra citato nu. 10.)quia licet non sit locus pius.tamen videntur relicta ad pios vsus & in piá causam: &propterea cessare debet trebellianica.vt concludit Paul.de Castro in consil. 167. incip. præsuposita. quæm citat & sequitur Socin.in consil.72. vol .4. sentit Bal.in auth. similiter.versi.& nota.Cod.ad.l.fal.Alios in hác partem citat quos legere ibi licebit quia maior eorum pars recitatur in anteriore versi.

24 ¶Ratio est(inquit in nu.11.)quia relicta huiusmodi fraternitatibus pro anima cēsentur relicta. Corn.consi.307.nu.6.vol.3.& in cōsi.18.nu.13.& 14. vol. 4.quádo autem pro anima relinquitur,etiam si amico, vel consangineo pauperi relinquatur, dicitur relictum ad pias causas. gl.in cap. 2.de sepult.Bal. & Paul. castren. in fine in.l.1.C. de sacro sancta ecclesi. Bald. & Imol. in. l. siquis

Titio

titio.ff. de leg.2.& in cap. 2. de app. Card. in cap. tua detesta. & in consi.158.vol.8.

¶ SEcundo infertur ꝙ in alienatione rerum huiusmodi fraternitatum, non requiratur solennitas que requiritur in alienatione rerum ecclesiæ (inquit Anto. vbi supra nu.12). Bal. in authen. hoc ius porrectum de sacroSāct. eccle. & ibi Paul castrens. Felin. in cap. de quarta, depres. Paris. in d. cōs.34. vol,4. & itererum felin. incap.2. de foro compet.

¶ TERTio infertur (ait idem) vt derelictis factis huiusmodi fraternitatibus, episcopus nōpercipiat canonicam portionem Bal. in.l.siquis ad declinandam. vers. deinde queritur Cod. de epis. et cler. & incons.133.vol.2.Rom. in cons.233.in.2.vol. Inno. & Abb. in.d.cap.officij extra detestam. Feder. consil. 150. Car. cons.13. alios lege in.d.Gabriele, qui et cōtrarios appellat ibi doctores.

¶ QVARto infertur (ait Gabriel. nu.14. et pertinēt ad hanc questionem quam disero) ꝙ hi qui sunt existis confraternitatibus, si sunt laici, non possunt cōueniri coram iudice ecclesiastico tanq̃ religiosi. Bar. in.l.vlt. nu.15. de colleg. illicit. quē sequutus est Ias. consil.218. vol.1. et idē voluit Cardin. in consil.34. nu. 28. vol.4.

¶ QVINTO infertur (ait idē nu.15.) vt talia loca non possint per episcopū visitari. vt per Decium, in cons.148. et per Paul. Paris. in d. consil.34. vol.4.

¶ RATio autem est quia dicta loca non subsunt iurisditioni episcopi. (dicit ipse) vt ait Abb. in cons.31. versi. non est enim cōmunio. et in versi. quæ quidem ratio. vol 1. Imol. in cap. officij. vers. vnde aduerte. et ibi Barb. versi. Sicut enim episcopus. de testam. Petr. Perusi. in tract. de cano. portio.14.q. prin. nu.10. et nu.12. Cardin. cons.13. Paris. consil.34. vol.4.

¶ DEclara (dicit Gabriel) quia bene poterit episcopus cognoscere & videre an in huiusmodi locis, bona dispensentur iuxta illorum voluntatem qui bona predicta reliquerunt, vt dicit Bal. in d.l. Siquis ad declinandam. vers. nec tamen est negandum. Cod. de epis. et cleri.

¶ QVE Omnia ad vnguē placuit referre, ac suis verbis recitare: vt lector candide dicas: an ex his cunctis doctrinis regulā

regulá vllam ellicias quæ sit absq; controuersia? Et an valeas respódere, 26 + vtrum possit Episcopus confraternitatem Anduxariensem visitare. Est enim in ciuitate de Andujar quædam confraternitas erecta inter eos qui mellis examina nutriunt & in melle habent peculium: maiorem q; partem, vel minorem patrimonij & facultatum. Hec non respicit fauoré animarum, sed viarum instructionem quæ tédunt ad examina: Item ad habendam copiam vtrium quibus infundatur mel. Et ad extinguendos quosdam paseres qui deuorant omnes apes: ad aliaq; huiusmodi, cómoda dumtaxat huius cómunitatis respicientia. Nisi q semel in anno festum celebrant Sáctæ Mariæ. In cuius se congregant téplo, vt quid sit faciendum determinent. Casus accidit: q voluit eos ordinarius visitare. Ipsi vero iuris ditionem declinauerunt. Sed tamen ordinarius virtute concilij supra. d. Tridentini vlterius in causa processit. Confraternitas a dicta prosequtione appellauit coram Principe: vim allegans Sibi illa tam: ac petens q auferreretur ab eadem iuxta ea que sum dicturus in. 2. parte libri, tractátis de stilo curiæ, cap. 2. et hesita verunt doctores: vtiq; nec non auditores, Deum et Pontificem timentes.

tantum defendenda q̄ quis sol uerit per decem annos: nec vtiq; d̄ dominio ex actibus dumtaxat solutionis presumendo: Sed quia solutioni alius contractus præcesserat. Etenim constabat de in rem verso in prima parte. constabatq; in secunda, de contractu ac de celebrato matrimonio. merito ex decenali prestatione vsurarum ratione dictorum contractuum præsumitur ea quantitas cui correspondent vsure debita esse. Idcirco cum constasset in prima parte eius legis, q̄ extiterat in rem versum: Sed de promissione quantitatis vsurarũ ex alio q̄ ex longa solutione non constasset, rectissimé determinauit Imperator quod soluerentur vsuræ: quasi promissæ præsumantur ex longa solutione. Sic et in secunda parte legis. ad sortem principalem dotis condemnauit soluendam quam ipse vsuræ inferebant. non enim vsuræ sine sorte cui corresponderent esse poterant: nec possent ipsæ deberi nisi eisdem precederet stipulatio, vt notat Bar. in ipsa. l. cum de in rem verso. Verum tamen imperator et Vlpianus non determinant q̄ presumatur sortis principalis numeratio vbi non præcesserit contractus vlla probatio qui soleat sortem inferre. Esset enim duas spetialitates in eadem re præsumere: Vnam q̄ precesserit contractus numerationis absq; causa: aliam q̄ precesserit solennis vsurarum stipulatio: census vè impositio atq; promissio: quæ simul presumendæ non sunt. l. 1. Cod. de dot. promiss. Propterea vbi constet de contractu censuali, vel de matrimonio in quo consueuit dos promitti, sed de quantitate aliter non appareat q̄ per census longam solutionem, quia tempore confectum corrosum vt in ea sit parte instrumentum vel quia demum non appareat, Sed probetur matrimoniũ: probetur vt in rem versum, vel seruijsse soluenti: quantitas sortis principalis intelligetur promissa tàm in alijs q̄ in dote cui vsure correspondent. Sed exigetur vsura vbi sola stipulatione solenni interposita debetur. vt est de iure communi. Item ibi vbi solo pacto exigi posit. vt est de iure canonico atq; Regio cap. 1. de pact. & pred. l. nr̃a Regia. 2. tit. 16. lib. 5. legum Regni, in casu licitæ vsuræ vt in causa matrimonij. cap. salubriter de vsur. Ideo gener ineptè cẽsum petet et ei correspõdentẽ sortem, cum opus sit ad censum scriptura. l. 1. Cod. de iure emph. et d. gl. in cap. 1. de censib. lib. 6. in §. post q̄. cum posit agere ad dotem sorti regulatam vsurarum. Sic est mihi probatum manife

stissime.tituli allegationem non sufficere cum longinqua perceptione: Sed vera probatione esse opus tituli quẽ dixerint precessisse: vel alterius ex quo inferatur secundario qui allegatur. vt promissio vsurarũ quia precessit matrimoniũ probatum. probaturve ꝙ gesserit alicuius negocium, cõuertit ve aliquid de suo in soluentis patrimonio. quicquid contra erranter dixerit Molin. de contract. q. 20. col. 2. & in consuetu. parisi. tit. 1. § . 7. sequaturq; Regius preses in. 2. par. cap. possessor dereg. iur. lib. 6. §. 4. nu. 3.

¶ NEC LEX. 1. Cod. de fideicommiss. his impedit: quamuis fuit solutio vaga non facta ratione fundi nec vtiq; longo tempore sed per trienium: et est sufficiens vt qui prestitit condemnetur in futurum ad futuras prestationes. Nam ommissa solutione. d. Bar. in ead. l. cum de in rem verso, de vsur. & omnium scribentium in pred. l. 1. qui existimarunt insulsê: esse casum spetialem in ea lege, fauore duplicato alimentorum & testantis: veritas atq; responsio ea est quam in libro de acq. poss. cap. 15. nu. 6. posuimus ꝙ illic inualida dispositio testatoris. (non defectu voluntatis, Sed alterius solennitatis) potuit per heredem validari: dictam inualidam voluntatem testatoris solo expresso consensu approbãdo ac validando. argumento. l. si prodote Cod. de dot. promiss. Idcirco non mirum est, si quod potuit vno verbo, vtiq; expresso: potuerit tacite ad implendo tribus annis inualidam defuncti voluntatem. Quod non est in. l. si certis annis. quia in manu paciscentis non est q, pactum nudum producat actionem ciuilem ad experiendum in iudicio. nec est in manu censatarij ꝙ valeat contractus censualis absq; re: et scriptura deficiente. Est tamen in manu heredis velle in futurum obligari ex suo contractu aut quasi cum predicto legatario celebrato: ad inualidam defuncti dispositionẽ habentem tamen eiusdem voluntatem regulato,

¶ SED Quia supra dictum est in nu. 4. ꝙ quandoq; res non cernitur pro qua solui pensio dicitur Sed voluit aliquando videri, nec remaneat id incognitum, exemplo dicto in pecunia: eius membri significatio ponenda est in spetie dicti tex. in. l. cũ de in rem verso. ff. de vsur. ibi quippe est allegatum interuenisse pecuniam ex qua vsuræ processerunt: Interuenisse vẽ promisionem loco pecuniæ præstandæ solenniter factam, ex qua quoq; deriuabantur

vsuræ

vsuræ processerunt: Interuenisse vè promisionem loco pecuniæ præstandæ solenniter factam, ex qua quoq; deriuabantur vsuræ que longo erant tempore solutæ, ex quo censuit Imperator sortem esse presumendam fuisse numeratam: promissam pro negocio de in rem verso, vel pro dote, quia de negocio constitit administrato & in secundo casu constitit de matrimonio celebrato: & vtrobiq; fuerunt longo tempore solute vsuræ que certam quantitatem sortis principalis inferebant ideo manifestisimè colligo, †ex
13 prestatione pensionis facta longo tempore ratione facti probati quod est pecunia estimabile, præsumi pecuniam promissam solenniter cui correspondet præstatio: quemadmodum præsumitur in.l.licibus.C.de agri. et cés. lib.11.datio fundi pro pẽsione, vẽditio ve pẽsionis super fundo ex tam lõga prestatatione, qua prescribitur exceptio allegandi libertatem fundi de quo litigatur.† Et
14 in hoc differre legem si certis annis.Cod.de pact.à lege cum de in renverso. ff.de vsur.ꝙ in hac non constabat de nuda promisione, nec de ualida: Sed de contractu inferente promisionem ex correspondentia vsurarum. quæ promisio ex tam longa solutione presumitur solenniter facta, iuxta tex.in.l.sciendum.ff. de verb. oblig.30.in ordine.& quæ ibi notat Ias. etiam inextrinseca solennitate.nu.16.&.17.propter.l. si filius.C. de pet. here. & alia iura que citat.In alia vero lege si certis annis, constabat de promissione nudo pacto facta: quia dicit tex.quod nudo pacto conuenerat.† Vnde etiam sicum dicit cer
15 tis annis, scriptum esset decem annis substantia dispositionis ne vtriq; mutaretur, ratione qua supra dixi prestationem diuturnã perse tantum non conualidare inefficacem obligationem, quæ constat quod est nulla, vel non efficax. quoniam lex cum de in rem verso nittitur in probatione contractus mediati: & in presumptione resultante immediate ex solutione decenij merito in materia census annuæq; pensionis (quia scripturam desiderat vt dixi) solutio decenalis nõ sufficiet ad cõdemnationem in futurum si scriptura non appareat vel de perdita non probetur. aut alius cõtractus mediatus non probetur: ex quo valeat adfirmari ꝙ, census contractus præcessit, cui annua pensio soluta per decenium correspondeat, qui ex tam longa solutione presumatur.

16 ¶ SIC item† manifestisimé colligo, in casu legis cum de in ré verso.ff.de vsur.pariter vt in.l. si certis annis.C.de pact. si supponas de-

decenium non præcesſiſſe, ceſſa re interim & interdictum poſſeſſorium retinendæ: quia agatur de perſona ad perſonam propter rem: non tamen eſt res que cerni tur vt fundus, ſed que potuit ali quando videri, quia dicitur ꝙ fu it pecunia, merito nec ſequeſtra bitur que conſueuit pēſio ſolui. et in hoc differūt predictæ leges, a prefata. l. litibus. Cod. de agri. que inter vtrunq; ellegit medium. quia ſi ſecus factum fuit in cap. querellam de elect. fuit vt dixi quia de re ad rem actū fuit. In principe ergo erit ſecus quia pro publica habetur perſona vt in proximo cap. reſoluam.

¶EX CAPITE SEQVENTI,

1 Verè ac strictè, ad vnum hominem, tanquàm ad eius tamen determinationem et sententiam, vsus referatur: et ad plures consuetudo.

2 Dictio, con, denotat duitatem, vel pluralitatem.

3 Verè consuetudo non est quæ frequentiam tantũ respicit actorum absq; concursu personarum.

4 Priuatam cõsuetudinem differre a generali, & in quo differat.

5 Priuata consuetudo vtenti tantum preiudicat: generalis vero sibi et alijs.

6 Priuata consuetudo tribus actibus contẽta est, vt quis sibi tanquàm consuetudinarius in eo negocio preiudicet.

7 Priuata consuetudo que tendit ad acquirendũ vel perdendũ decenio eget vt generalis consuetudo, quia nittitur in prescriptione.

8 Ad probandum in legato palafrenorum quibus equis testator vteretur pro palafrenis, tempus non est articulandum, nec probandum.

9 Prestationum que solent annuatim solui, quandoq; in pecunia: quandoq; in alio genere ex his que appẽduntur, et metiuntur solui consueuiße.

10 Non semper annua prestatio est vniformis, sed quandoq; informis.

11 Præstatio annua quandoq; fit simpliciter quia vaga: quandoq; habito ad aliquid respectu.

12 Informis annua præstatio non inducit consuetudinẽ vt nostri putant. pariter nec prescriptionẽ parit.

13 In priuato, aut respectu priuatorum Baldi opinio sub stinetur quia prescriptio proprius est. Sed in mera cõsuetudine dãnatur. quia inhac informitas prestationis non nocet: quia prophana a sacris desferũt. vt infra in nu. 29. et. 31.

14 In consuetudine gratuita ad id quod minimum est reredigenda obligatio est.

15 Confraternitates et officialium collegia qui ceram cõ sueuerunt de ferre coram Christo et mimos facere annuatim: posse ad id ipsum compelli.

16 Ad vniformem ceræ delationem, & ad sumptuosos celebrandos festos prehabitos officiales non cogẽdos

17 Ordines decurionum, seu quos dicimus rectores ciuitatum: debere habere bona propria ad hos sumptus destinata: vt ad tauros habent parata exagitandos in plateis: ne pauperes egenosq; his sumptibus infestarent die dominica vel festiuali.

18 An possint parrochiani cogi offerre die dominica con consuetas clerico, aut parrocho ministranti sacramenta charitatiuas oblationes: & an vniformes offerre sint cogendi.

19 Subtrahere parrochum seu rectorẽ spiritualia, (etiam necessaria sibi non ministrantibus) non posse sine peccato. Sed spiritualibus ministratis potest iudicis officium implorare. Ideo inuehitur contra non nullos qui ex diametro istud faciunt.

20 Patronus, gratis pro egeno fouente iustam causam tenetur postulare, ne mulctam illa tam a principe incurrat: deumq; vt crudelis offendat: vbi princeps de aduocato non prouiderit.

21 Vbi consuetudine parrochiani facere oblationes non tenentur: iure compelli non posse facere ipsas, si aliunde est parrocho vnde scalat.

22 Agitur de consuetudine dandi precium pro sepultura: que cum sit per ius canonicum condemnata viget hodierna die apud nos.

23 Quando a iure reprobatur consuetudo, tam futura quam preterita reprobatur.

23 Cum precium petitur pro materiali sepultura simpliciter simonia est quæ consuetudine nondefenditur: cum vero petitur pro honoratiore loco sepulture defenditur consuetudo.

24 Expensa superflua et voluntaria non includitur sub nomine pietatis.

25 Clericus qui ratione officij tenetur aliquem sepelire, si sepulturam dilatat quia non soluitur salarium peccat. Idem est si ex officio non tenetur ministrali, sed de officio charitatis quia parrochus non adsit & simus in necessitate precisa.

26 Clericus propter pompam ad sepeliendum aliquem inuitatus: non peccat si nolit ire donec consuetum sibi soluatur salarium.

27 Pro prophanis etiam consueuit quid solui.

28 Præstatio vaga, et sine respectu aliquo certo, in prophanis, non inducit consuetudinem obligantem in futurum.

29 Præstatio annua respectiua (non dicto expreßim respectu) personalis, que habuit inicium voluntarium et sortitur suum effectum (saltem nomine donationis) in preteritum: non inducit consuetudinem nec obligationem in futurum. nec manutentionem ad presens. vt in rustico prestanti annuatim par cauponum.

30 Præstatio annua personalis respectiua, que potest in futurũ inferre obligationem: si informis sit (quia diuersimodeque ad materiam vel materiequantitatẽ, fiat prestatio) obligationem quo ad futura non inducit.

31 Annua prestatio personalis, respectiua, et vniformis, decenalis, sine vlla interruptione: inducit obligationem ad futuras prestationes: presumptione tituli habili a principio precedentis ex tam longa consuetudine soluendi annuum.

32 Par cauponum sine interruptione temporis nec speciei, patrono per decenium solutum inducit presũptionem contractus celebrati dum lites durẽt. ideo nisi contractus reuocetur (si valet post decenium reuocari) durat in futurum obligatio. Et quid probare teneatur patronus vt obtineat.

34 Par cauponum per decenium sine interruptione, annuatim præstitum prælato aut superiori: aut quid aliud solutum vniformiter: non inducit infuturum obligationem.

35 Solutio annua non interrupta vniformis, facta prælato aut superiori: meram donationem preteritorum non probat: Sed in liberam & coactam prestationem reuerentiali coactione.

36 Ad obtinendum ius aliquod percipiendi pensionem vel tributum per aliquem superiorem contra inferiorem vel vasallum: non sufficere decenium in cõsuetudine percipiendi stetisse: Sed esse opus tanto tempore quod superet memoriam hominum, vt vicem habeat constituti.

37 Seruitutes discontinuę, non nisi tempore immemoriali prescribi posse.

38 Seruitus iuris pascendi, non nisi tempore inmemoriali, in alieno fundo prescribi potest.

39 Non est continuus animus qui sæpissime interrumpitur: nec poßeßio continua potest dici que per momentum tenetur, et tarde sarciri conatur.

40 Errant qui dixerunt, in personalibus seruitutibus non dari seruitutem discontinuam, eo quòd animo retineatur poßeßio: quia et si animo retineatur, non negatur interrumpi: neq; si negetur verum erit.

41 Vsufructus non vsucapitur trienio, sed præscribitur decenio. sic enim conciliantur tex. in l. iusto. §. non mutat. ff. de vsucap. quo dicitur non vsucapitur: et l. vlt. Cod. de pres. longi tempor. vbi habetur prescribi longo tempore vsumfructum.

42 Errant pariter qui dicunt, etiam seruitutes discontinuas prescribi posse longo tempore, si titulus habilis ad transferendum dominium allegetur: vt venditionis, donationis vel legati.

43 Vbi vsus pascẽdi in agro alieno decenio continuo precesserit, presente eo contra quem prescribitur, & mercedem aliquam in precium dicti pastus recipiẽte pro quolibet animali, quolibet anno vel mense vniformiter sufficere ad acquirendam seruitutem vsus pascendi: modo titulus predictus seruitutis empte pro eo precio allegetur.

44 Duplex sentẽtia absolutoria sine pignorum restitutoris, iuncto vsu decenali, id efficit (vt dicunt quidã, sed dubitat dominus Preses) ne noceat discontinuitas huius seruitutis iuris pascẽdi. In quo adducitur lex regia.

45 Lex regia. 5. tit. 2. part. 1. que ad substantiam consuetudinis desiderat duas sententias latas palam apertis: ne iuri communi induceẽti absq; sententia consuetudinem: intelligenda est, de consuetudine eundi ad aliquem locum, causa iuris acquirendi: non autem vbi de consuetudine mores ciuium respiciente disceratur. Idem de qualibet alia consuetudine id ipsum respiciente: & quæ inde sequantur vtilitates.

46 Habitus non facit monachum, nec faciunt stigmata militem, sed militaris authoritas adiunctis stigmatibus: at tamen facit presumere quem monachum.

47 Honestas vestes clericus prime tonsure deferre debet vt gaudeat immunitate ecclesiastica.

48 Consuetudini eius prouinciæ standum erit, quibus vestibus vtantur tales clerici que reputentur honeste.

49 Cum pretenditur quòd annua prestatio sit loco cẽsus vel alicuius concessionis que sine scriptura non tenet: non inducitur per solutionem decenij in futurum obligatio: nec ad presens manutenssio.

50 In alijs annuis prestationibus continuis et vniformibus scripturam ad substantiam contractus non desiderantibus: intra decenium non datur possessoriũ nec penitus adimitur sed fructus sunt sequestrandi vt in l. litibus. Cod. de agri. & censit. lib. 11.

51 Annua prestatio vniformis facta rei occasione per decenium, exigendi ius inducit in futurum vbi priuatus eam facit. presumptione scilicet tituli allegati, non autem prescriptione. sic si exigatur a priuato

52 Corpus misticũ vniuersitatis quod annuas fecerit prestationes, etiam vniformes, intra decenium: nõ preiudicatur quo ad futuram obligationem soluendi: nec ad presens grauauitur in possessione.

53 Annua prestatio vniformis decenalis, (etiam facta a mixto corpore) inducit manutenssionem, interdictumq; retinenda possessionis iure canonico.

54 Annua prestatio decenalis vniformis, respectu alicuius rei, vbi scriptura ad substantiam non desideretur (etiam si vniuersitas eam faciat) iure ciuili inducit obligationem in futurum. Iure vero canonico longius tempus expectabitur & titulus.

55 De iure canonico etiam si vt superiori soluatur pẽsio per decenium vniformis conceditur interdictum possessorium atq; interim. De iure vero regio partit. non est tempus prestitutum. Sed de nouo ordinationum regalium quadraginta annis est opus.

56 De iure canonico ad acquirendum ius percipiendi annuam prestationem seu tributum, quadraginta anni sufficiunt iuncto titulo. Sed de iure ordinationũ tempus queritur immemoriale.

¶DE CONSVETVDINE soluendi censum publico, aut pro publico.

CAP. X.



Ve in precedenti scripta sūt capitulo, pertinent ad solutionem que facta sit priuato per priuatum: que nihil vel parum potest ad consuetudinem referri vt dixi: cum de consuetudine vnius tractet, quæ potius vsus dicetur. nam si fateor consuetudinem ad vnum posse referri. l. si seruus plurium. §. fin. ff. de leg. 1. ibi, ante omnia ipsius patris familias consuetudo: Deinde regionis in qua versatus est inquirenda est, &. l. 3. Cod. de epis. aud. in fine. ibi, nec in eos liberalitatatis Augustæ referatur humanitas, qui impunitatem veteris ad missi, non emendationi potius q̄ cōsuetudini deputarūt: nosq; aliquid circa hoc in proximo cap. presensimus: vere tamen ac stricte ad vnum vsus refertur tanq̄ ad solius determinationem, seu sententiam. l. labeo. ff. de suppell. legāb. seruius fatetur sentētiam eius qui legauerat aspici oportere: in quam rationē solitus sit referre. l. 1. post medium. in. §. Aristo. ff. de aqua plu. arcen. quate nus his verbis habet. Aristo putat, eum demum interdictum hoc habere qui se putat suo iure vti. Et iterum (Idem ait) eum qui hoc anno aquam duxerit: ne vi nec clam: nec præcario: et eodé anno viciosê vsus est, recte tamē hoc interdicto vsurum. Quod referri ad id tempus potest (dicitur in eodem tex.) quód sine vicio fuerit. esse enim verum hoc anno non vi, non clam, non precario vsum in quo tex. bis. terq; quaterq; vsus ad vnam personā refertur. Dictio etenim con, denotat duitatem, vel pluralitatem l. 1. in fine principij. ff. de pact. vbi habetur: Et est pactio, duorum, plurium vê in idem placitus et consensus. l. si conuenerit. ff. de re iud. l. si conuenerit. ff. de pig. act. & prin. inst. de oblig. ex consensu ibi, ideo autem istis modis obligatio dicitur consensu contrahi, quia neq; scriptura, neq; presentia omnimodo opus est: at nec dari quicq̄ necesse est vt substātiam capiat obligatio: Sed sufficit eos qui negocia gerunt consentire. Quasi et hoc amplius contineat dictio con, q̄ copulat ac colligit in idem.

¶ET

¶ E T E X hoc non mirum est si
de vsu vtantur promiscuê leges
nostræ circa plures, vt de consue
tudine apud vnum, vt millies ca
sus se offerent: cum duitas et plu
ralitas actorum reperiatur in
vno, ad ipsam eandemq; senten
3 tiam vel vsum. Sed verè consue
tudo non est quæ frequentiam
tantum respicit actorum absq;
concursu personarum: quia colli
git singularitatem actuum in
vnum: Sed non colligit singula
res voluntates plurium persona
rum ad eum actum ita vt mores
dici valeant quæ introducunt
consuetudinem. l. de quibus in
prin. ff. de legib. ibi, quod mori
bus et consuetudine inductum
est. Vnde apertius ad notabis,
4 priuatam consuetudinem a gene
rali in eo differre, quod generalis res
picit pluralitatem personarum:
priuata autem respicit pluralita
tem actuum.

¶ S V B I N de quoq; ad notabis
5 priuatam consuetudinem vten
ti tantum contendere preiudica
re: generalem vero sibi et alijs.
merito in priuatis vsus est vt dixi
in publicis consuetudo.

6 ¶ H I N C priuata consuetudo
tribus actibus contenta est, vt
quis sibi tanq; consuetudinarius
in eo negocio preiudicet. gl. in l.
3. Cod. de epis. aud. quod proba
uimus supra cap. 5. ibi scribentes
quatenus extẽdenda pena sit ob
delicti consuetudinem: Genera-
lis vero plures exigit, vel paucio-
res iuxta naturam negocij tran-
seuntis vel permanẽtis: quia per
sonas respicit & tempus vtiq; de
cenale vt est sæpissimè dictum.

¶ Q V I N T O loco hinc sub de
7 ducite: priuatam consuetudinẽ
que tendit ad acquirendum vel
perdendum: pariter egére de-
cem annis atq; eget consuetudo
generalis, quia innititur in pres
criptione, tex. in cap. cum eccle
sia sutrina, extra de cau. poss. et
propriet. ibi. nec exeo quod clerici
ante dicti se inter eligentes sutri
nos episcopos probauerunt ter
tio extitisse: ius eligendi propter
breuitatẽ temporis vsq; ad pres
criptionem legitimam non pro
ducti sibi acquirere potuerunt:
gl. que istud sensit in pred. l. 3. ne
mo deinceps. C. de epis. audiẽ. in
verbo, cõsuetudini. Priuatã vero
cõsuetudinẽ que ad acquirendũ
non tendit, sed ad mores osten
dendum quales sint: qualis ve ex
titerit animus facientis non esse
opus tanto tempore: sed tot acti
bus esse opus qui demonstrent
eius mores.

¶ Q V O D notandum ad de-
cla

clarationem.l. numis. ff. de leg. 3.&.l.si seruus plurium.§. fin. ff. deleg.1.& ad id quod notat Bar. in.l.labeo.ff.de suppell.leg. de le
8 gato palafrenorum . quia+tempus non erit articulandum nec probandum, sed tantummodo actuum frequentia.

¶ S E D quia qui præscripsisse contendit contra aliquem,allegat vt consuetudinem circa vllam præstationem, non semper contédit deberi pecunia est præ notandum, +præstationum quæ
9 solét solui annuatim qñq; in pecunia qñq; in alio genere ex his quæ appédutur et metiuntur sol ui cósueuisse:aut inspetie. propterea qñq; triticum quandoq; ordeum,quandoq; farina,quando q; oleum vel vinum prestatur. quandoq; suem vel arietem,aut fortasis per cauponum ille consueuit recipere qui dicitur nunc
10 actor. Quinimmo+ non semper prestatio est vniformis sed in formis:nam qñq; numus qñq; argéteus præstatur:et aliquádo datur aureus.Sic itidé hodie pánis: eras forte mensura tritici. hodie agnus : & anno preterito caupo:forte in futuro aper dabitur. Item+quandoq; fit prestatio sim
11 pliciter,quia vaga:quandoq; habito ad aliquid respectu. In hac specie: aut est personalis respectus:aut realis.In vtraq; spetie: aut fit præstatio per vnum seu per paucos:aut fit per maiorem partem loci. Et rursum , aut fit homini priuato tanq̃3 priuato: aut priuato tanq̃3 publico, et publicum repræsentanti.Et hic aut fit formis,aut in formis.

12 ¶ C V M in formis est præstatio, consuetudo non inducitur.l. Seyo.§.fin.ff.de annu.leg.l. mela .§. vlt.ff.de alimen.et cibar.leg.Bal. per hæc iura in. l. si certis annis Cod.de pact.cum qua opinione seu doctrina tanq̃3 cum aprobatissima videtur Preses transire. in cap.possessor,de reg.iur.lib.6. in.2.par.§.4.nu.2. & Menchaca. lib. 2. controuersiar. cap. 83 .in prin.Presidem et multos citans: qui vtiq; nihil de in formi scripserunt prestatione. pariter nec dicerem posse in duci prescriptioné:et hoc maiori ratione: cũ ad prescribendam quantitatem debeat cótinuata esse possesio, nec aliquo modo interrupta,iuxta ea quæ tradũt Bar. ac Balb.in l.celsus.ff.de vsuccap.titulusq; sit probádus qui nó potest ad informé promisioné allegari. Ná ad consuetudiné soluédi moribus cóprobádá, aut vt dicitur præscribédá,nó nocet hæc in formitas vt dicá. quippe cósuetudine obtineri poterit ꝙ aliquid offeratur seu prestetur,quanq̃3 illud sit in forme:quia de solutione

ma

magis agitur quam vero de quã titate soluenda.cap.cum aposto lis, in fine. & cap. ex parte extra de censib. cap. Ad apostolicam extra de simo.In quibus constat ꝙ erat in formis præstatio,et tamen compelluntur eam prestare qui cõsueuerant prestare.Propterea quod,+in priuato, aut res
15 pectu priuatorum.Bal.ad mitendus est.Id enim præscriptio est quæmadmodum in cap. abhinc tertio ego resolui: Sed in mera consuetudine in formitas prestationis non nocet. vt in iuribus prædictis.lex Mela.§.vlt.ff. de alim.leg.doctrinæ Bal.nil prodest Lex Seyo.§.fi.ff.de annuis leg.[vl lam prestat occasionem sed nõ probat. Etenim cum tex. dicat: medico sempronio quæ vibus prestabam dari volo:ea videntur relicta quæ certam formam erogationis annuæ, non incertam liberalitatis voluntatem habuerunt: non negat heredes posse compelli, medico aliquit prestandum si diuersimodæ essent formæ prestationis quas viuens testator fecerat. Sed negat exquirendum quid incertũ ex coniecturata voluntate defũcti si viueret certficãdum.quod merito lex negat, quia in certis non est locus coniecturis.l. continuus.de verb.igitur ad id quod certum est redigenda est obligatio.Hoc vtiq; est quod Pontifex sumus determinat in cap. ex parte extra de censib. quando deuoto Diui Iacobi, quod vilissima in cognita q; mensura soluebatur ad obligationem sic redegit Cum ergo non constet ad quam mensuram antecessores eorum prædicta vota persoluerint, credimus distinguendum. vtrum habitatores regionis ipsius quia ea continuê per soluerunt, ad vnam et eandem mensuram huiusmodi vota per soluerint, an ad varias et diuersas?In primo enim casu ad eandem et illi soluere sunt cogendi.In secundo: volentes soluere ad minorem, non sunt cogendi vt ad maiora per soluant. Quoniam cum huiusmodi vota gratuita fuerint abinitio: begninius sunt a viris ecclesiasticis exigenda : ne tanq̃ ex actores videantur lucris temporalibus in hiare. Plane igitur ex summo Pontifice in.d.cap.ex parte Põponij interpretatur decisio in præhabito.§.finali. Et cõtra Bal.elicitur:in formé præstationem consuetudinem inducere præstandi in genere: Sed non inducere præscriptionem dandi quantum, siue quale. merito circa quantum siue quale inspiciendum esse id quod habuit certam formam : quod ve habuit certiorem ex incertis.

tis. Item an gratuita datio fuerit ab initio, vel ratione alterius pre
14 cedentis obligationis. † Etenim in gratuita consuetudine ad id quod minimum est redigenda obligatio est, vt predicitur in. d. cap. ex parte extra de censib. & probatur in. l. numis. ff. de leg. 3. & in. l. semper in stipulationibus, ff. de regul. iur.

15 ¶ V N D E † Confraternitates, collegiaq; officialium, quæ diebus solennibus deferreceram cõ sueuerunt & aliquos mimos facere insigniaq; præ se ferre, ac flagellari: (vt accidit in duobus eucharistiæ temporibus celebrãdæ: scilicet in die cenæ Domini, vbi eiusdem acerrima mors celebratur: et in die corporis Christi, vbi eius noctis mortisq; misterium atq; commodum recolitur ac demonstratur) cogi poterunt laudabilem consuetudiné obseruare: vt et illi qui defunctos sepelliuntur, contrahunt ve nuptias, pro benedictionibus ac orationibus a presbitero faciendis pias oblationes absq; simoniæ timore, iuxta consuetudines laudabiles eius loci presta re cogi poterunt. cap. ad apostolicam extra de simo. & ibi Abb. et doct. & in. d. cap. ex parte. et in cap. cum apostolus. eod. tit.

¶ Erunt tamen non formiter ad vnam speciem, ad vnam ve quãtitatem vbi in formis fuerit præstatio ad eum diem cogẽdi: nec ad summum apremiãdi: sed be-
16 nignius, et hoc presertim a viris ecclesiasticis exigendi: ne tanq̃ exactores videantur lucris temporalibus inhiare. cap. ex parte, extra de censib. Ve nostris temporibus: in quibus eius tex. determinatio est oblita: ab eis scilicet magis de quibus loquitur tex. et quibus posset merito illud dici, quod quibusdam philosophis in. l. 6. Cod. de muner. patrimon. obiecerat Imperator: professio et desiderium tuum inter se discrepant. nam cum philosophum te esse proponas vinceris auaritia et rapacitate. Ve iterum nostris temporibus, in quibus, quas pij antecessores nostri Christiani laudabiles consuetudines, voluntaria ac pijssima cõ sideratione in venerũt: pessima ac contraria consuetudine præsentes qui gubernant, ad necessi tatem redigunt: miseros artifices modo tributario in collectãdo: ita q in ea die exuriũt, in qua deberent Christi aduentu et Eucharistiæ gaudium capere. Et in qua iure communi est censitum neminem vllis vexationibus exactionum prophanari: nulla ad monitione fideiussionis vrgeri: sed ea die debere a controuersijs litigantes respirare.

re. l.

re.l.dies festos. Cod. de fer.cur ergo in regno istud nōmedetur? & cur iniqui ac desidiosi in republicanadisciplina,miserabiles hos in collectant?euntes contra legem,quæ in consulto principe prohibet in collectari?l. placet, Cod.de excusat. mun. lib .10.in quo exercetur die charitas, si in die festo atq; dominico , loco gaudij tristitiam & famem inferunt?Quippe vidimus nō semel lectulo vili ac tenuo miseros spoliari fabros propecunia sibi indicta.& qnq; palio nudari:& quod durius est in carcerē qnq; de trudi. quod mihi videtur iniqum. Et contra illud quod habetur Matthei.9.euntes autem dicite misericordiam volo et non sacrificium. Ex quo mihi satis est q istæ confraternitates,ipsarumq; confratres se offerant coram sacramento præire: vexilla sua & ceram accensam ferentes. Hæc enim christiaorum signa sunt: hæc est pietas et religio : hæc est Theosebia sculatria,de quibus supra diseruimus capit. 8. non autem mimos facere, nec alia bachanalia gentilitia pro sacrificio Deo offerre. Nam nec sacrificiū principaliter Deus amat iusta illud psal.50.quoniam si voluisses sacrificium dedissem: sed amat principaliter cordis contribulationem & contritionem, iuxta eundem psal. vtiq; holocaustis non delectaueris: Sacrificium deo spiritus contribulatus: cor cōtritum et humiliatū deus non despicies.

¶ NEC mimos prædictos condemno,quia in dei honorē fiunt alliciūtq; plebeiorū animos ad
17 concurrendum ad Christum:, Sed admonitos Decurionū vellem ordinis,& rectores conciliorum:q de proprijs bonis faciant publcis Reipublice quæ posidēt in communi:Quæmadmodum ex ijsdem sumptus faciūt ad tauros ex agitandos in plateis, homines populares potius ad deuotionem proprijs sumptibus mouentes , q̃3 districtione præmentes.

¶NEC remoueat Auendanius in oppositum in capitulis pretorum.cap.10.nu. 28. in alijs enim ipse processionibus loqutus est, quæ non sunt ita publica , nec ad sumptum conciliorum expectantia.et in sumptibus alimentorum vini et panis:non in faustibus qourum nos loquimur.Id quod Dei misterio qui eius inuētanū siue indicē cōfecit rectesensit penitus contra Auenda.sic dicēs:Expensæ que erogātur in ludis quæ fiūt in die corporis christi,debent solui ex pecunia publica. quasi negasset collectam.

¶NEC

¶NEC te retrahat quod dixerat Alexan. scilicet ab Alexandro (vir doctus et eruditus) dierum genialium lib.3.cap.4. munera magnificentissima, ludosq; apparatissimos ad conciliãdum populi fauorem per ædiles plebis, aut Curules, nunc Romanos, nunc plebeios; non nunq̃ scænicos, publica vel priuata impensa, aut exmultatitia pecunia curari, instaurariq;. Id enim hodie omne cessat, cum respublica pecuniam ad hoc habeat, penes ipsos decuriones seu rectores ciuitatum, villarum et oppidorũ vt pontes, fontes, vie atq; plateæ fiant & reficiatur. et vt mimis & maiuma publice homines letentur l.1.Cod.de maiuma. lib.11.& late dixi. in cap.1. tractatus de acq.rer.domi.

¶ERGO proximum est hic tractare de oblationum consuetudine quæ dominica die fiunt;

18 †An poterunt parrochiani ad ipsam cogi faciendam presertim vniformem? Etenim quod offerant in formiter atq; simpliciter ministranti sacramenta, negatur iure cõmuni. Thom. in .2.2. quest.87. artic. Turr. cremat.in cap.omnis de consecrat. distinctio.1. Pannor.in rubri.de parrochi.atq; Nauarrus in manuali super.3.præcep. decalogi. cap.13. infine. multo igitur minus ꝙ offerant aliquid formiter. Sed hoc verum, nisi aliud habeatur consuetudine. vt probant Pannor.& alij in præhabita Rubr.de parrochi.& Nauarrus vbi supra Et mihi probat tex.in præhab. cap. ad appostolicam extra de simo. Et id præsertim vbi indigeat qui sacramenta ministrat. Quoniam tunc saltem in formiter consuetudine non opus erit, sed iure exiget substentationem absq; ea tex.in cap. si episcopus, de offi. ordin.lib.6.et cap. cum ex officijs extra de præs.& cap. cum apostolus extra de censib. quia (secundum Apostolum.1.ad corinthi.cap.9.) non sit magnum si abeo metantur temporalia, per quem spiritualia seminantur, Quod item voluerunt Diuus Thom.in.2.2.q.86.arti.1. Abb.in Rubr.de parroch.ver. tertius casus.Rom.in consil.344. in casu præpositæ consultationis. & Ias. in.l.dequibus.col.17.nu.77. de legib Id quod existimo extendendum, etiam ad vniformem prestationem in pecunia, vel in alijs vbi existat consuetudo: non autem quo ad quãtitatem nam et si ceperit prestari voluntariè in ea materia: consuetudo extat laudabilis q parrochus vel presbiter substẽtur. immo cogit necessitas parrochianos ꝙ substen-

ter, vt predixi. quia ad ātidota te nētur. l. Attilius Regulus. ff. d dō. Sed qua forma: (difformi scilicet vel vniformi) id obtinuit consuetudo, quæ abinitio est voluntaria, sed necessaria ex post facto. l. de quibus. §. in veterata. ff. de legib. l. sicut abinitio. C. de act. et oblig. ideo ad id quod consuetum est tenebuntur.

19 ¶ SVB trahere vero parrochus spiritualia etiam neccessaria sibi id non ministrantibus, non poterit sine pecato. Abb. in rub. de parrochijs. Sed spiritualibus ministratis iudicis officium implorabit. Ve igitur illi parrocho seu rectori, qui cum in vitatur ad benedicendos sponsos qui volunt in facie ecclesiæ ad eius valuas contrahere matrimoniū vt prius q̃ȝ illud consumant recipiāt Benedictiones nuptiales Sacramentum sub trahunt: abscondentes se quia non præmittitur pinguis gallina. Sed ve illis qui detinent cadauera in plateis, vel alijs locis publicis: donec (quia egenorum sunt) ab raditur eleemosina ad cadauer sepelliēdum. Nam si dixerint ꝙ pio animo faciunt, vt Deo sacrificium offeratur pro defuncto: cur ipsi gratis non offerunt pro egeno? an parrochis et rectoribus, clericis ac fratibus tantummodo est reseruatum ne faciant sine retribucione opus pium? præsertim misericordiæ? Peccat medicus mortaliter si gratis non curat egrotum vtiq; egenum. gl. in summa. 83. distinct. S. Antonin. in. 2. part. titul. 7. cap. 2. §. 3. et Angel. de clauas. in verbo medicus. quos sequitur Nauarr. in manuali. c. 25. nu. 65. quamuisquadā adhibita declaratione, quæ opinioni nihil detrahit.

20 ¶ Tenetur patronus causarum, gratis pro egeno postulare quem sciat ꝙ petit iustitiam: vbi in republica pauperibus de publico non est pro visum: et ad id iudicis officio cogi poterit. gl. Hostiens. nec non Abba. Felin. & omnes in. c. 1. extra de offi. iud. l. prouidendū & ibi Bal. Cod. de postul. cum in numeris quos posui, in secunda par. libr. scilicet de stilo curiæ Regalis. cap. 3. nu. 35. vbi posui legē Regiam. vtiq;. 5. tit. 19. lib. 2. ord. antiquarum quæ priuat ad vocatione vno anno: & isti deum et famam non timebunt? Emendētur obsecro si hactenus circa hoc negligentes extiterunt, ne Deo dicere teneatur quisq;, a pecatis meis munda me domine: quia peccaui opere proprio: et ab alienis, (quia dederim alijs occasionem murmurandi atq; peccandi) parce seruo tuo. Nam si hoc fecerint quod eis monemus, dicere rursum poterunt:

paſ-

pasce seruo tuo, ne illum fame ne care videaris. cap. pasce fame. 86. distinct. vbi scribitur isthæc materia eius qui temporalia sub trahit & spiritualia. Tunc enim Christus eis dicet, per Mathe. in. 6. cap. Ne soliciti sitis animæ vestræ quid manducetis: neq; corpori vestro quid induamini. nóne anima plus est q̃ esca? et corpus plusq̃ vestimentum? Respicite volatilia celi, quoniam non serunt, neq; metunt, neq; congregát in horrea, et pater vester celestis pascit illa: nonne vos magis pluris estis illis? et post pauca iterum dicet: Considerate lilia agri quomodo crescunt: non laborant neq; metent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomó in omni gloria sua coopertus est sicut vnus existis.

¶ IGITur ad eam questionem est deventum, †an si non sit con-
21 suetudo offerendi cogi possint parrochiani rectori non egeno die dominica offerre? nam si preter consuetudinem istud sit expedit tractari hic breuiter. quia ex eodo. 23. sic dicitur: non apparebis in conspectu meo vacuus Id quod est in. c. omnis Christianus, de consecra. distin. 1. Sed est sensu in herédum, non iudaice intelligendum. ne scilicet coram domino vacuus quis aboperibus appareat. Lauren. et gl. Hug. Rayne. & Archid. in præhabito. c. omnis. Quód si materialiter intelligatur, est cósilium ad merendum. Nam exod. cap. 25. ita dicitur: abeo qui vltro munuus offert recipe. et Mathei. 15. conditionaliter dicitur. si offers munus tuum ad altare. Propterea, post Diuum Thomam latissime hoc attingentem. in. 2. 2. quest. 86. arti. 1. in hoc omnes cóueniunt Canonistæ in Rubr. de parroch. teste Ias. in. l. de quibus. ff. de legib. col. 17. nu. 77. ne possint parrochiani ad oblationes cogi. In quo loco lapum citat hoc ipsum determinantem, alleg. 68. sed in lapo id non inueni. Romanum q; reprehendit eo q̃ dixerit contrarium consil. 344. Eos tamen ego admitterem vbi congruam substentionem parrochus predictus haberet: non si egeret. prehab. c. si episcopus. de offici. ordin. lib. 6. & prehab. cap. cum apostolus, de censib. et tenet Thom. in loco dudum dicto. vers. Tertius casus.

¶ DE Consuetudine non est incongruum tractare precij pro
22 sepultura recipiédi. †Ipsa etenim damnata est, in cap. quæsta est nobis Nereida. 13. q. 2. cũ alijs ibi sequen. & in. c. abolendæ extra de sepult. sed his iuribus non obstanti

stantibus.Hostien.Abb.& alij in ipso cap. abolendæ eius opinionis sunt. vt si consuetudine obtineatur q, precium pro sepultura soluatur, peti pro ipsa preciũ posit. Quod itidem Rom. voluit in prehabito cons. 344. per prehabitum cap. ad apostolicam de simo. Dicunt tamen vim esse in verbis ponendam. quia si dicãt clerici, petimus pro sepultura, Sucumbent: etiam si consuetudinẽ allegent. cap. non satis extra de simo. Sin aũt petant ex consuetudine laudabili, obtinebunt. quia in officio sepeliendi non nituntur, sed in consuetudine laudabili. Quod placere nunq̃ȝ potuit quia non sunt imponendæ leges

2 verbis. † Et cum reprobatur consuetudo non tantũmodo præterita reprobatur. sed et ea que est futura. Bar. et moderni in. l. Si mihi et tibi, et in. l. legatis: cum adductis cõcordantijs ibi. ff. de leg. 1. Cyn. et Bal. in. l. 2. C. quesit lõga cõsuet. omnes in cap. 2. extra de consuet. reprobata gl. in clem. 1. de electio. testante istud Iasone in. l. cunctos populos. col. 6. nu. 35 Cod. de summa trinit. Nihilominus tamen occulis quotidie cernís q, venditur selpultura, cum communi scientia Episcoporum Archiepiscoporum, Patriarcharum et onmium. et vt simonia ca non condemnatur prehabita vẽ ditio. Nec, vt dixi, consuetudine defendi potest laudabili, desumpta ex cap. ad apostolicam de simo: quia reprobata est ex alijs iuribus. nempe per præhabitum cap. Abolendæ de sepul. & cap. questa, et cap. postq̃ȝ. 13. q. 2.

¶ PROPterea vt honorem ecclesiasticum aliquomodo defendã quidam questionem in duas partes. prima erit de ipsa materiali sepultura: nam de ea loquuntur iura. Altera erit de clericis precium pro sepeliendo recipientibus. nã de his Hostiensis & cæteri sensérunt, cum dixerunt. sin autem petant ex consuetudine laudabili, obtinebunt: quia in officio sepeliendi non nituntur, sed in cõsuetudine laudabili.

¶ Quantum attinet ad primam partem dico: q, aut precium petitur pro sepultura simpliciter, aut

4 pro aptiore loco sepulturæ. † In prima specie est negocium charitatis et operis misericordiæ, quod absq; simonia atq; peccato non venditur. vt in dictis tribus iuribus. propter quod cimiteria habent parrochiæ. in quibus gratis cadauera sepeluntur. Quare cum contenditur intrare templum: pro illo loco honorato precium capitur pro fabrica prædicti templi: de quo nihil habent

bent clerici. Sin autem cum templum intratur, & locus honoratior petitur, pecunia crescit vsq; ad altare. Nō enim tantum sepultura petitur quod est quid piū: sed talis
25 quod est mundi et vanæ gloriæ. † Nam expensa superflua et voluntaria non includitur sub nomi pietatis: Sed cuiusdam animositatis. Bal. in auth. ingressi. nu. 19. de sacrosanct. eccle. per. l. si ex duobus de neg. gest. et. l. 2. de pred. nauiculario. lib. 11.

¶ QVANtum vero ad secundam partē attinet distinguo. Aut clericus tenetur sepelire ratione officij. aut non. † Inprimo casu
26 si dilatat dare sepulturam donec consuetum sibi salarium soluatur peccatum est: quia subtrahit sepulturam: vt diximus de sacramentis supra hoc cap. versi. Subtrahere. nu. 18. Sin autem nō subtrahit. potest petere officio iudicis post factam in humationem. d. cap. ad appostolicam. de simo. Sic intelligo Hostiens. Abb. atq; Rom. In secūdo casu, cum nō tenetur ex officio sepelire. Aut sumus in casu necessitatis præcisæ: et dicam idem quod respondi de parrocho. † Aut sūmus extra
27 necessitatem itaq; inuitatur ad pompam: et dicam idem cum Bal. quod dixi de sepultura materiali atq; passiua. nam et poterit se subtrahere si velit donec salarium soluatur. Sæpe enim qui quærunt hanc vanam gloriam tardius soluunt: vel denegāt portionem debitam: quia sequti sūt intentum.

¶ CVM igitur de informi hactenus tractauerim consuetudine facta aliquo respectu personali: (verum præstatione informi inducta: et vt quis consequatur spirituale: quasi ad antidotam obligationē referendo, vel vt consequatur vitā eternam sperando)
28 de reliquis tractandum est respicientibus prophana. † Nam pro prophanis etiam consueuit quid solui. Sed in istis iterum est repetenda illa distinctio qua vsus fui in nu. 12. scilicet quod prestatio quādoq; fit simpliciter, quia vaga: quandoq; habito ad aliquid respectu: et hic aut est personalis respectus, aut realis. In vtraq; specie aut fit prestatio per vnum vel per paucos: aut fit per maiorem partem loci. Et rursum, aut fit homini priuato tanq̄ priuato, aut priuato tanq̄ publico et publicum representanti: et hic aut est prestatio formis aut informis.

29 ¶ QVANDO prestatio vaga est non habito ad aliquid respectu; nullam obligationem inducit: neq; præstat petitorium, neq;

preſtat poſſeſſorium : non enim repetitur actio perſonalis nec realis, quia reſpectus deficit, ergo non eſt dabile petitorium: nec quaſi, vt probauimus ſuperius in cap. huic vicino. nu. 6. et in verſi. Iacobus tamen. Item nec eſt dabile poſſeſſorium. vt illic quoq; probauimus. et probat tex. in l. qui iure familiaritatis de adq. poſſeſſ. In qua ſpetie (prophanorum ſcilicet) admittendum cenſeo Bal. atq; reliquos ſupra citatos in nu. 12.

¶ IN SEcundo caſu, cum preſtatur habito reſpectu ad aliquid ſed eo expreſsim non dicto, ſi eſt reſpectus perſonalis, aut potuit habere inicium volũtarium, aut neceſſarium. ſi volũtarium, aut preſtatio poteſt tantum ſortiri ſuum effectũ in preteritum, aut poteſt in preterito et futuro. In
30 primo caſu. 3 nec dabitur petitorium, nec dabitur poſſeſſorium. Exemplum primi caſus in eo ruſtico, de quo loquitur. Bar. in l. cum de in rem verſo. ff. de vſur. qui preſtitit per decenium par caponum quolibet anno, nam ſortita eſt quælibet preſtatio ſuum effectum in preteritum: ſcilicet donationis cõſummatæ. Sed non infert in futurum ius cogendi quod donetur. Et ſi dixeris cur præſumo donationem contra l. cum de indebito. ff. de prob. breuiſsime tibi reſpondi in cap. ſupra vicino. nu. 9. in fine cum ſeq. Quia donari videtur quod nullo iure cogente conceditur. l. donari. ff. de don. l. donari. ff. de reg. iur. Et vtilius reo eſt ꝙ præſumatur donatio q̃ȝ preſtatio ex alia cauſa: quoniam hæc inferret in futurum damnoſam obligationem. vt latius iterum dixi, in d. cap. ſupra vicino, nu. 9. et. 10.

¶ VBI vero preſtatio perſonalis reſpectiua infert in futurum ex ipſo actu de preſenti: aut preſta
31 tio eſt vniformis aut informis. 4 In hac ſpetie preſens a preterito non differt caſus. Eſt enim informis preſtatio, et ideo diuerſas intulit donationes operantes ſingulatim ſuos effectus: merito conſuetudinem ferre minime valuit vt per Bal. in l. ſi certis annis. C. de pact. Nec intereſt ꝙ probauerim ſupra in prox. cap. cõtra prehabitum Bal. ꝙ poteſt conſuetudo ex actibus informibus induci. quia vt illic dixi, atq; ſupra in nu. preſertim tertio, vere conſuetudo ea non eſt quæ reſpicit frequentiam actorum abſq; cõcurſu perſonarum. Et vt præſcriptio ne obtineatur contra priuatum non debet interrumpi poſſeſsio: quæ tunc erit interrupta cũ informiter preſtatur. quod diſtat a ſpirituali. vt dixi ſupra in nu. 12.

32 ¶FINALIO vero casu: † vbi formiter prestatio facta sit per decennium: non censerem aiure fore alienium dandum esse possessorium per indeatq; petitorium. Vt voluit Rofred. in libellis suis. in titul. de actione ex stipulatione presumpta, ex prestatione longi temporis. quicquid gl. simpliciter contra tenuerit in l. solent. ff. de offi. proconsul. et Bar. vtrunq; citans, in ipsa l. cum de inrem verso. ff. de usur. Formalis enim solutio et decenalis, operatur effectum presumptionis promissionis in preteritum. Nam cum tam longo tempore et formiter solutũ sit, sine vlla interruptione, creditur stipulationem eius muneris precessisse ex quo dicitur solutum: modo signum allegati tituli precesserit. vt dixi supra in cap. vicino. Sic intelligo Rofredum. non simpliciter vt fuit loqutus.

¶MERITO † si patrono cau-
33 sarum præhabitum par caponum, sine interruptione temporis nec speciei, per decenium solueretur: aut quid aliud vniforme, presumerem precessisse promissionem pro salario dum durarent illi lites rustico qui soluerit: modo vllam habuerit intra decenium. Id et enim probare debet patronus vt obtineat præsũptionem promissionis: quẽ ad modũ in l. cum de in rẽ verso. ff. de vsur. probare debuit actor matrimonium, vt dotis inferret promissionem: atq; dotis quantitaté ex vsuris. Probareq; tenebitur ꝙ durant lites si vult ꝙ teneatur in futurum ad capones: nisi est ꝙ cadimus in alia questione, an potuerit penitere et reuocare salarium? quod tractamus in libro de acq. rer. domino. Et hoc forte est quod voluerunt Ioann. Andr. in cap. peruenit extra decensib. Petr. et Cyn. in. l. 2. Cod. de ser. Bal. in. d. l. si certis annis, & in Rubri. de cau. poss. & propriet. Archid. in cap. seruicium. 8. q. 2. & omnes in cap. querellá de elect. Prestationem annuam que non fit principaliter per se, sed respectu alterius obligationis precedentis personalis, ita ꝙ prestatio personalis habeat relationem ad aliquod vasallagium subiectionem vel seruicium. vt ꝙ libertus prestet operas tanq̃; libertus, inducere petitorium similiter & possessorium.

34 ¶QVAPR opter † in prelato aut superiore istud cessabit, quia latẽter presumitur ellicitũ ac illicitè, iuxta gl. Abb. et reliquos in cap. quod latenter extra de reg. iur. et cap. quia cognouimus. 11. q. 1. Quibus existimo addendum. quod dixit gl. in ver

bo,quæmadmodũ,in.l.1.in prin.
ff. quod iussu. Rogatio domini
preceptum est.Dyn. et Bal.in.l.
qui in aliena.§.fin.deacq.hered.
idem Bal.in.l.2.Cod.cõm.deleg.
verba potentium inducunt ius-
sionem.Et itidẽ quod dicit tex.
in.l.rem legatam,de adim. leg.
ꝙ in necessitatibus nemo libe-
ralis existit.ꝙq; necessitas caret
lege,nec ei subiacet. cap; quod
nõ est,de reg. iur.Ideo(vt ibi no
tat Abb)necessitas est contra-
ria volũtati.quare merito(ni fal
35 limur in hoc)†nedum quo ad fu
turas præstationes petitoriũ nõ
inducit præhabita prestatio de
cenalis,etiam vniformis:verum
neq; quo ad præterita dicendũ
est donasse:tantum habest vt va
leat obtineri in possessorio.quic
quid contra hoc dixerint Ioann.
Andr. et reliqui quos citaui in
versi.in alio vero casu,post nu.
28.tractãtes de vasallagio et sub
iectione. Nam quod deliberto
dicunt qui tanto tempore solue
rit,auasallis est diuersum. loco
etenim remunerationis liberta-
tis datæ intelligetur promissum:
non post datam libertatem ex
tortũ neq; elicitum:cũ semel da-
ta libertas nonsit amplius rebo-
cabilis.§.semel aut inst. quib.ex
cau.manumitt. non licet. Non
sic est dicẽdum de vasallis: quia
durant in subiectione ac oppres
sione(argumento eius quod di-
citur demetu)dum stant in vasal
lagio.Durare enim metus præsu
mitur durante causa. cap.1. de
his quevi. metus ve cau. fiunt.
Calder.in consil.1.eo.tit.Bar. in.
l.si obturpem.col. vlt. Cod. de
cõd.obtur.cau.significãs in viro
qui vim intulit ante contractũ.
¶ VNDE vt de dominio,& id-
eo de petitorio tractemus: non
sufficiet siquis superior vel præ
latus, consuetudinem soluendi
allegauerit decenalem ac proba
uerit, exhibitam sibi a vasallis,
quam vis titulum alleget,sed nõ
probet. quia latenter ac illicite,
existimatur elicitum:et quadã
necessitate cumcontradictione
36 voluntatis coacte datum. †Sed
est opus tanto tempore ꝙ supe-
ret memoriam hominum.cap.
Super quibusdam extra de verb.
sig.vt ex inde priuillegium,siue
vicem habuerit, id constituti.l.
hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de
aqua quot.et estiua.vel demum
titulus cum quadragenali posse
20 dum: tansi promittatur vel legetur ex hoc fundo sit conditionale legatum, vel promissum, ita vt si ex fundo non nascatur non teneatur qui promisit, nec heres eius qui legauit? Nam vt de lægato prius agamus contraria sunt iura inter se, vt sæpe euenit in iure nostro. Nam si dixerit testator lego Petro quod titius mihi debet, et titius nihil debeat: inutile est legatum.l.si sic.§ 1.ff. de leg.1. Idem est si sic dixerit, decem quæ in archa sunt relinquo titio. Etenim si in archa nihil sit, vel quinq; tantummodo sint: nihil, vel quinq; heres debebit.l. in.incip.si seruus legatus.§.qui quinq;.ff.eod.tit.quæ de stipulatione id ipsum dicit. Aptior tex. in.l.cum certus.ff.de trit.vino et oleo leg.cuius verba breuia sunt. Cũ certus numerus amphorarũ vini legatus esset exeo quod infũdo semproniano natum esset & minus natum esset: non amplius deberi placuit. et quasi taxationis vicem obtinere hec verba quod natum erit.

¶PER contrarium in.l.99.ff. de leg.1. sic dicitur: Quidam testamento vel codicillis ita legauerat: aureos quadringẽtos pamphilæ dari volo ita vt infra scriptum est: a Iulio auctore aureos tot: et in castris quos habeo tot: et in numerato quos habeo tot: post multos annos in eadem voluntate manente decessit: cum ones summæ in alios vsus trãslatæ essent. Quero an debeatur fideicómissum? Respondi. verisimile estpatré familias, demóstrare potius heredibus voluisse vnde aureos quadringẽtos sine incómodo rei familiaris cõtrahere possint, ꝗ conditionem fidei cómisso iniecisse: quod in inicio pure datũ esset: et ideo quadringenti páphilæ debebútur. Ad idẽ ibi Accurs. cumulauit multa iura in verbo, iniecisse. Sed magis cognatus est tex. in.l. Lucius. ff.de alim.et cibar.leg.ibi enim liber

libertis suis lucius cibaria et vestiaria, & annua certorum nummorum reliquerat: et posteriore parte testamenti ita cauit: eis obligatos esse ob hanc causam fideicommissi fundos in eos illum et illum, vt ex reditu eorum alimenta suprascripta recipiat. et fuit quesitum, an si quanto minores reditus peruenerint q̃3 est quantitas cibariorum, et vestiariorum heredes ad supplenda onerari non deberét, vel si alio anno excesserint, an suplendum sit quod superiore anno minus perceperint? Et Paulus respondit: libertis defuncti integra deberi, neq; exeo ꝙ postea predia his pignoris iure testator obligare voluit vt ex reditu eorum alimenta perciperent: minuisse eum vel auxisse ea quæ reliquerat videri. Verũ Bar. in. d. l. quidam breuissime elegantissimè q; iura. ista conciliat, ac reliqua quæ videbantur dissentire, et contraria sibi extare dicens: aliud esse cum

21 quis pure legauerit, & postea designauerit vnde soluatur, vt in his postremis iuribus: et aliud esse vbi ad ipsam substantiam in ipsa vè substantia legati, locus ille demonstretur. Aliud est enim dicere, lego tibi decem quæ in archa habeo: et aliud est dicere, lego tibi decem que soluentur de his que petrus mihi debet, vel de his que in archa habeo. Hic enim non apponitur predictus locus substantiæ ipsius contractus: et est textualis solutio, si ponderes predictam l. quidam in suo. ibi, quod in inicio purè datum esset. et predictá l. lucius. ibi, et posteriore parte testamenti. et postea in fine, ibi, nec exeo ꝙ postea predia, his pignoribus, iure testator obligare voluit. quamuis aliam prolixiorem tradiderit post Cyn. solutionem, ipse Bar. in. l. inter stipulantem. §. Sacram. nu. 6. ff. de verb. oblig. et vterq; post Petrum, in. l. si quis argẽtum. Cod. de don. vbi Bal. in fine principij.

¶ IN Contractibus non minor est difficultas, cum in. l. si debitor. §. verisimile. ff. de contrah. empt. sic dixerit Iulianus: verisimile est, eum qui fructum oliue pendentis vendidisset: et stipulatus est pro decem pondo olei quod natum esset: precium constituisse exeo quod natum esset vsq; ad decem pondo olei: Idcirco solis quinq; collectis, non amplius emptor petere potest q̃3 quinq; pondo olei quæ collecta essent: et hoc a plerisq; respõsum est: Ex quo tex. not. Bar. in. l. si merces. §. vis maior. ff. locat. et Abb.

Abb.in cap.propter sterilitatem nume. 13. extra de locato: † em
22 ptorem fructuum, illis non natis ad precium uon teneri. Vnde per contrarium, et venditor ad fructus quinati non sint nõ tenebitur: quia pro miscua et corelatiua est obligatio. l.1. Cod. de. cupress. lib. 11. cui tex. conuenit. l. 111, supra. d. incip. si seruus. §. qui quinq;. ff. de leg. 1. quatenus cum dixerit: in legato hoc decẽ quæ in archa sunt, nõ venire nisi quinq; quæ in archa erant, addidit, idem est in stipulatione: quasi de legato et de stipulatione idem sit vt non amplius in legato et promisione veniat quæ referuntur ad locum, quam que apparuerint in loco: quasi intrinsecam habeat præhabitam conditioné si in archa sint.

¶EX Quo interim videtur respondendum: in casu. l. si iactum rethis. ff. de actio. emp. precio nondum tradito, emptorem cõpelli non posse q̀ tradat, si inane iactum apparuerit. Quod non existimo verum: † nam incertum
23 est quod emitur, et spes quedam de qua fieri contractus potest. l. spem. Cod. donat. Et quemadmodum valeret emptor si quod pisciũ vẽditor extraheret, ipsum cõpellere q; redderet vbi redere noluerit: ita vt si nõ redderet estimaretur ex tractum, & id soluere cõpelleretur: & si nollet iactare rethim æstimaretur incertũ, idest id quod cõsueuit extrahi, vt in. d. l. si iactũ: sic ẽptor iactatore rethe, & ipso extracto absq; picibus, cõpelleretur ad precium ne claudicaret contractus: & ne lex sit sine actione. l. statuas. ff. de acq. rer. domi. Vnde. Bar. obscurus est cum dicit, emptorem fructuum, illis non natis ad precium non teneri et obstat tex. in. d. l. si debitor. §. verisimile. ff. de contrah. emp. Sed facilime dissolues obiectionem, modo aduertas in. §. verisimile, ponderis & mensuræ fuisse factam mentionem, nõ sic in l. si iactum rethis. Vt hinc intelli
24 gamus, † aliud esse emere certá quantitatem vini aut olei ex aliquo fũdo: et aliud emere id omne quod ex fundo natum sit. In primo etenim casu, retentio aut repetitio pecuniæ pro fructu nõ nato conceditur, vt in. d. §. verisimile, & superest alia quæstio: si repetere præcium solutum nolit emptor: velit vè quod promiserat venditori, eidẽ soluere, & ipsum cogere q; ex alia parte triticum vel oleum tradat (si non ex oliuis vineis ve de quibus tradere promisit, quia in ipsis non sit fructus) posit: & ex alijs saltem facere quòd tradat: vel fructus anni futuri speretur:

retur:sit vt vēditor ab obligatione liberatus pro parte quæ non nascitur,reddēdo precium si acceperit:quasi venderet sub conditione,si fructus inde nascerētur? In secundo vero casu hec omnes dubitationes non sunt:quia siue pisces extrahantur siue non tenebitur precium soluere: modo vēditor iactum proiecerit.

25 ¶ Vnde interrogatus respondi:† empto fructu cuiusdam vineæ cuius fructus rigore gelu nunq̃3 apparuit,non teneri venditorem allegata sterilitate precium reddere quod iam acceperat:nec remittere quod debebatur. quia, vt diuersus casus est ab illo quem proposui ex.§.verisimile: sic etiā est diuersus á cap. propter sterilitatem,de emp.et vend. & .l. ex conducto.§. siui tempestatis. ff. de locato.et.l.22.&.23.tit.8. part. 5.& a.l.si merces.§. vis maior. ff. eod.nam et hec loquitur de colono;quamuis de eo colono qui ad pecuniam numeratam conduxit de quo dicitur in textu: vim maiorem quam greci theophir appellant,non debere conductori damno esse, si plus q̃3 tolerabile est lesi fuerint fructus. Licet enim hoc in textu illo dicatur & in.l.vlt.Cod.de iure emphit.dicatur,perempta re emphitheotica pensionem vllam non deberi,vt inferius latius dicam: in conuenit responso nostro, quod tractat de spe empta eius quod in fundo,aut vinea, aut in olineto natum sit.

¶ TRES igitur habemus casus nisi dixeris q̃ quatuor sunt aut demum quinq̃;.Primus,vbi ematur certum pondus olei siue vini ex vinea vel oliueto, inquo casu vel poterit fructus iam apparere vel non. vt in.d.§. verisimile. Secundus,vbi ematur spes tantum vt in.d.l.si iactum rethis.ff.de cōtrah.emp.Tertius si ipse fundus conducatur ad pecuniam. vt in. d.l.si merces.§.vis maior. ff.locati.Et demum quartus, vbi fundus non ad numos seu pecuniam sed ad partem fructuum conducatur.de qua locatione reliquæ. ll.loqūtur eiusdem tit.& lex vlt. Cod.de iure emph. que loquitur de alia spetie contractus.

¶ REDEO ergo ad primum casum qui supponit esse conditionalem contractum, ita vt si fructus non nascatur ad illum venditor non teneatur ex alio fundo,in alio ve anno ex ipso fundo soluendum.nam ei obstat.l.26.ff de actio.emp.ait enim:Siquis cū fundum venderet:dolia centum que in fundo esse affirmabat accessura dixisset:quanuis ibi nullū

dolium

dolium fuisset, tamen dolia emptori debebit. Sed ibi Accurs. respondit: quia affirmauerat ꝙ essent dolia in fundo teneri.
26 temeraria enim adseueratio facit vt quis ad id teneatur ad quod aliter non teneretur. l. Iulianus. §. itē qui furem. ff. eod. tit. Et vtiq; bona est responsio. sed adde aliam: et quia fortasis si hoc cognouisset, quod ibi nō erāt: vel nō emisset vel minoris empturus esset. l. quero. ff. eod. tit. qua propter non debet cum aliena iactura ditari. l. nam hoc natura. ff. de cōd. indeb. Igitur sublato dolo vel quasi liber superest qui vendidit et tradere id non tenetur quod promisit. Sed nec liberabitur a precij restitutione quod accepit vbi nihil natum sit: nec a parte vbi partem tantummodo fructuum restituerit, quia pars tantummodo sit nata. ex ratione. d. l. nam hoc natura.

¶ ERGO interest ꝙ fundi de-
27 monstratio vnde aliquid soluendum est contingat in testamento an in contractu: quia in testamento animaduertitur vtrum purê dari iubeatur per prius q̃ accideríc demonstratio, an vnica oratione datio & demonstratio producantur: vt in postremo casu demonstratio substantiæ dationis existimetur apposita, & ideō conditionaliter, si fructus inde colligantur. In contractu vero semper demonstratio fundi, substantiæ obligationis existimetur apposita. l. si debitor. §. verisimile supra. d. ff. de contrah. emp. Bar. in pred. §. vis maior. atq; Abb. in prehab. cap. propter sterilitatem.

¶ QVOD existimo bene notandum ad malicias coercendas
28 eorum qui lanas futuras emunt precio anticipato seu ante oblato: quia cum non nascātur, vel non tot nascantur ꝙ precio dato adæquentur: promissum pondus exigunt, habito respectu ad presens tempus quo exigunt: in quo lana maiorem æstimationem habet q̃ tépore contractus habuit. quod penitus est cōtra ius, cum ab obligatione liber venditor existat eius partis que nō prouenit ex ouibus: ita vt nec in futuro anno supplere illud teneatur. vt in. d. §. verisimile. quia fuit vēditio vt diximus cōditionalis. Attamē si dixeris fraudē adesse quia maiorē numerū ouium vēditor adfirmasset habere: vel diceret de illis ouibus esse que maiorem quantitatem lanæ dare consueuissent non dicerem liberatum. propter tex. in. d. l. 26. incipientem si quis cum fundum. ff. de actio. emp. &. l. Iulianus. §. item qui furem. ff. eod. tit.

¶ VER um durior esset questio,
29 † vbi lana duorum annorum, tri
um velplurimorum venderetur:
et annuatim vinumoleum ve cu
iusdam vineæ, aut oliueti: vtrum
venditor ab obligatione libere
tur vbi fructusnon nascantur, an
teneatur quod defecerit in vno
anno supplere ex fructu anni se
quentis iuxta tex. in. d. l. si vno an
no. ff. locati? Questionem vltra
hunc tex. facit, ꝙ videtur vna
emptio fructuum duorum pluri
um ve annorumsupplenda apud
finem anni. argumento. l. scire
debemus &. l. quod dicitur. ff. de
verb. oblig ibi. vna est stipulatio.
ná si est vna plurimorū annorū,
sequitur supplenda esse ex anno
vberiore. Quod ad pastum vtile
esset eius qui gregem haberet, et
defessam, seu dehesam emeret
pro tribus vel pluribus annis, et
hoc vtilius vbi porcorū sit grex
quíglandem comedunt quæ con
sueuit non nasci aut nata gelu
aduri. Propter quod ex cogitan
dum videtur vtrum sit vnus con
tractus vnaq; obligatio trium
pluriū ve dationum et annorū
an sint plures ita vt vna queq; fi
nito anno finiatur? Sed et aliud
queri potest ꝙ videtur neccessa
rium ad questionem diffinien-
30 dam: † Vtrum prehabitus contra
ctus appelletur locationis an em
ptionis? Hec est ardua difficul-
tas & valde vtilis obsolutionem
gabellæ si esset emptio: et quia
vbi locatio sit opponetur sterili
tas si acciderit. quam disputant
latius, q̃; verius possint resoluere
Bar. in quest. incip. Publicanus.
Paul. in. l. Cottem ferro. §. qui
maximos. ff. de publican. plenius
Rip. in tract. de peste per tres et
plures columnas. verius nos in in
dice in verbo, locatio. vers. arduá
et difficilem questionem. arti. in
dubijs an venditio iudicanda
sit?

¶ SED non puto diffundere tan
tum questionem, nec habenas
relaxare. Nam si aduertimus dif
ferentes sunt questiones ab ea
quam nos disputamus. Interest
enim emantur omnes fructus v-
nius fūdi, aut vineæ, an certa fru
ctuum mensura? In primo casu ef
ficitur quid disputabile. vtrum
sit emptio et venditio, vel e con
tra sit locatio, quando duorum
trium vè, vel plurium annorum
fructus comparatus sit? nám pu
tát nostri inspiciendum esse pre
cium vnū sit an diuidatur per an
nos? Sed nos agimus quando vē
ditur certa mensura, soluenda in
quolibet anno, vel in fine locatio
nis pro omnibus annis? Quam-
uis enim accedere locationi vi
deatur eo ꝙ vbi precium annu-
um, menstruum vē pro fructibus
per-

percipiendis futuris est promis-
sum, intelligitur esse locatio. gl.
in.l.1. Cod. de iure emph. quam
sequuntur Bar. et Sali. ibi, atq; Su
cin. in consil. 156. pro fundamen
to. lib. 2. appellans ipsam com-
munem: Attamen promissio ip-
sa vna est, vnicusq; etiam con
tractus, d.l. quod dicitur, cum. l.
Scire debemus. ff. de verb. &
ideo videtur venditio. nam item
præcium accedit quod reddit
contractum emptionis. l. si ex pre
cio & ibi gl. celebris communi
terq; approbata. C. de non num.
pecunia. Quamcumq; igitur se
qutus sis opinionem, existimo
hoc esse absq; dubio: emptionem
esse vbi precium sit promissum
annuum quidem pro certa fru-
ctuum annuatim reddendorum
mensura: siue illud sit diuidendũ
annuatim habito respectu ad fru
ctus siue semel sit soluẽdũ in qua
libet temporis parte. Non enim
conductor assumit fundum co
lendum: id est is qui precium
pro fructu promittit, non acci-
pit fundi curam (tunc enim
colonus esset, nõ vtiq; partiarius
atq; socius, sed purus et verus co
lonus quia adsumeret colendũ
sibi fundum, pronumerata pecu
nia. l. si merces. §. vis maior. ff. lo
cati.) Sed sine onere mensuras
certas emit pro suo precio esti
matas: ergo venditio est dicen
da. Vna scilicet trium plurium
ve annorum, vbi vnica solutio
sit facienda: tres vè, scilicet vel
plures, vbi annuatim sint solutio
nes faciendæ: iuxta distinctioné
l. quod dicitur, & .l. scire debe
mus. ff. de verb. oblig. Sed omnes
sunt conditionales, vel vna, nem
pe si fructus ex fundo nascantur
temporeq; sint quo debent tra
di, vt in. d.l. si debitor. §. verisimi
le. ff. de contrah. emp. merito si
non nascantur, natiuê adurantur
gelu, vel aliter sine culpa perie
rint venditoris, ab obligatione il
lius anni libererit: Sed nec ipse
exiget aut retinebit partem pre-
cij pro parte quam non tradide
rit: quia in hoc est diuersus casus
hic, a casu. l. si iactum. ff. eod. tit.
Ergo nec tenebitur supplere ex
fructibus anni sequentis, neq
quid facere quod ad locationem
pertineat: quoniam equitas nõ
sub est que sub est in locatione.

31 ¶ SED videndum, † quare ma
gis in contractu demonstratio
fundi ex quo fructus debeat dari
faciat conditionalem contractũ
vt. d.l. vendito. §. verisimile. ff. de
contrah. empt. q̃; cum debet ex
aliquo legato dari, vt in illa. l. 99.
incip. quidam testaméto. ff. de
leg. 1.? Id quod cum dubitatum
nunq̃; viderim, existimo id cir-
co esse, quia legatum est dona

 tio

tio.l.legatum.ff.de leg. 2.& ideo in ea est liberalitas non commẽsurata cum precio; nec cum aliqua neccesitate.l. donari. ff. de don.l.donari.ff.de reg. iur. merito cum aliquam mensuram quis dederit, vel legauerat, soluendam ex tali fundo: creditur q̃ designauit locum ad eum finem; seu eo proposito, vt esset eius liberalitas, sibi, vel herdi sine incõmodo. Et hoc magis vbi in continenti, et ad substantiam ipsius promissionis id addiderit: quoniam tunc mens eius magis perpẽditur; restringiturq;: considerans q̃ magis voluit restringere liberalitatem q̃3 in casu superiore: Idcirco locum demonstrans ne exigatur vltra locum, vt in.l.si sic.§. 1.et in.l.in. ff. de leg. 1. Multo igitur hoc magis in contractu illiberali, vt in.d.l si debitor.§. verisimile.ff.de contrah.emp.quia interuenit neccesitas: vbi nemo reperitur liberalis.l.rem legatam ff.de adim.leg.

32 ¶ EX QVO infero, non interesse inter contractum et vltimam voluntatem, vbi militet eadem ratio, eadem ve reperiatur voluntas in disponentibus. pre hab.l in.§ quiquinq;. ff. de leg. 1. Quatenus dicit Quiquinq; in archa habebat ita legauit, vel stipulanti promisit: Decem que in archa habeo: et legatum et stipulatio valebit, et quatenus adijcit, ita tamen, vt sola quinq; vel ex stipulationæ vel ex testamento debeantur: et quatenus confestim addit: vt vero quinq; quæ deerunt ex testamento peti possint vix ratio patitur.

¶ INFERO etiam legem vlt.§. vlt. ff. de actio emp. que videtur huic resolutioni contraria diuersam speciem diffinisse. ait enim: Lucius titius promisit de fundo suo centum millia modiorum frumenti ãnua prestare predijs Gaij Seij. postea lucius titius vendidit fundum additis verbis his, quo iure, quaq; conditione ea predia luci titij hodie sunt, ita vt optima maximaq; sunt, ita vt ? habebũtur. Quero an emptor Gaio Seio ad præstationem frumenti sit obnoxius? Rñ. emptorem Gaio Seio secundum ea quæ proponerentur obligatum non esse. 33 Licet enim predictus. § vltimus, Lucium titium qui de fundo suo centum milia tritici modiorum promisit, videatur, fundo vendito obligatum supeресse ad triticum siue frumentum disponere: non determinat teneri ipsum lucium titium prestare dictas mensuras si non nascantur in fundo: nec ad eam questionem determinandam accessit: Sed ad ostendendum vtrum

ex predicta promiſsione realis vel perſonalis, vel demum vtraq; iúcta naſceretur obligatio? Ná quia exſtitit propoſitum q; promiſit lucius titius, videbatur perſonalis: ê contra vero, quia dicebatur promiſſum preſtare Gaij Seij, ſeruitus videbatur realis. l. Qui aliena, §. fin. ff. de neg. geſt. l. 1 & lex ſeruitutes prediorum. ff. de ſeruit. Demum mixta videbatur rem obligans atq; perſonam. ſed ſceuola perſonam emptoris ex prehabita pactione reſpondit non teneri. Quaſi fundus non ſit obligatus per lucium; et ideo emptor qui ea conditione ipſum emit, vt quo iure quaq; códitione in die quo emit eſſet ad onus non teneatur.

¶ APERte ergo dictus tex. docet id quod examinare propoſui
34 †vtrum is qui in ſingulos annos de fundo aliquid promiſsit vel legauit, rem vicio afficere velit præ dicti oneris: ita vt quocunq; ſeu ad quemcunq; vadat tranſeat cũ ſuo onere: et ratione oneris. (ſi tamé naſcatur, vt hactenus probatũ eſt) perſonaliter teneatur? Ibi enim ſupponitur rem ab onere eſſe liberam, et tantum perſonam teneri promiſſoris. Quod item probatur ex tex. in l. fundus ff. de annuis leg. et ex l. Lucius. ff. de adim. leg. Ait enim lex. 1. fundus quem pater familias libertis legatorum nomine, que in annos ſingulos reliquit, pignus eſſe voluit. En, nititur in eo quod voluit teſtator, non autem in onere impoſito quod ex fundo erat ſoluendum. Ait item ſecunda: legatis alimentis, cibarijs atq; veſtiarijs, & annua certorum numorũ quantitate teſtator ita cauit: eis obligatos eſſe ob hanc cauſam ſi dei commiſsi fundos meos illũ et illum: vt ex redditu eorum alimenta ſupra ſcripta percipiant. Iam enim ſi natura verbi ex redditu eorum, ſuppoſiti eſſent fundi, fruſtra precibus teſtator obligationem ex peteret. l. 1. Cod. de theſaur. lib. 10. Duriorem tex. ad fero in. l. fũdi trebatiani. ff. de vſu et vſu fructu leg. in quo ſic dicitur: Fũdi trebatiani redditus vxori meæ quo ad viuat dari volo: Quero an poſsit tutor heredis fũdum vendere, et legatario quantitatem auferre annuam, quam viuus pater familias ex locatione fundi redigere conſueuerat? Rñ poſſe.

¶ EX Ad verſo tamen ſolet tex. allegari, in. l. 123. ff. de leg. 1, cuius breuia verba ſunt. Nihil proponitur cur prohibeatur heres edificia diſtrahere: quorum redditus ſportulæ ſunt relictæ: Salua tamen cauſa legati. Hæc nimirum

verba, salua tamen causa legati, satis manifestè ostendunt onera tum esse fundum legato illo spor tularum, alio ve simili legato tri buti aut alimẽtorum. Quod vo lucrũt Hostiens. in summa de lo cato. §. actiones. versi. Sed si dixe rit, et specul. eod. tit. §. nunc ali qua. vers. octuagesimo sexto. et Guido Papæ. decis. 576. Pro quo rum opinione, et tanq̃3. l. concor dans legi illi, aliá ad feto que est 2. ff. de alim. et cibar. leg. Quia de bonis tractans ad alimenta ser uis relictis, sic ait: Et licet ad fiscũ fuerint bona deuoluta exqui bus alimenta debeantur præstan da sunt: sicuti si ad quẽlibet suc cessorem transissent. Demum in eo quod relinquitur pro anima, idem esse quod est in relicto pro alimentis, licet dubius voluit Petrus nempe Iacobi. in pract. tit. de actione in rem quæ pro re cõ petit emphitheotica. Determi nans idem in anniuersario. Quẽ firmiter sequitur Guido in pred. decis. 576. ijsdem rationibus, et quia pro anima multa reperiun tur scripta. vt in. l. 1. Cod. de fidei comm. et auth. sed cum testator Cod. ad. l. fal. Et quia demum de fisco ad animam arguẽdo (vt ip se putat argui posse, per. l. Impe ratores. ff. de publica.) determi natum dicit in parlamento Dal phinatus: in ea lite quá ipse vt ad uocatus defendebat. Quid nisi q̃ de decimis id ipsum quidam vo lunt ex predictis. per. cap. quan do extra de vsur. volentes q̃ fun dus pro ipsis sit obligatus?

¶ DE verbo super, non deficit controuersia. nam dictio super inducit obligationem realem, si Bartholo credendum est in. §. in stituto. l. codicillis. ff. de leg. 2. per ipsum tex. ibi, neq̃; fenerari super eas. dicens q̃ si scholaris dixerit mutua mihi decem super hunc librum, super est liber obligatus datis mutuo decem. Volens idẽ in. l. fundũ quem. ff. de annu. leg. per ipsum. §. instituto, & Rubr. ff. de reb. cor. Per contrarium, quia in prehabito. §. instituto testator vetetuit ne vsuræ imponerentur super domum: non tamen prop terea quid de modo imponendi disposuit. neq̃; dixit datis numis interpositis predictis verbis rem subijci hippothecæ, etiam vbi ip sa non subijciatur expresim. Et quod Bar. determinauit est in li bro et in re mobili que pignus po tius dicitur quia pugno capitur. l. plebs. §. pignus. ff. d verb. sig. quid enim si predictus scholaris verba expresserit prædicta, liber tamen absens esset: Dices pignus contra hi si pugno non capiatur, vel pre sentia? ergo vt hipothecæ subij ciatur dum est absens, expresis verbis

verbis est opus inducẽtibus obligationem. Quam ergo doctrinam dabo in re tam ardua?

¶ PRO inter prætationẽ: Igitur difficilis huius materiæ non nul
35 la principia præmitto:+consensu scilicet domini hippothecam non sine eo contrahi.l.2.Cod. queres pig.oblig.possunt.l.si sine.Cod.ad velleian. et ibi pulchra gl.rationem tradens cur vẽdi aliena res posit invito domino obligari tamen nõ? ad idem est.l.1.ff.de pig.actio.cum vulgaribus. Sed consensus non semper est exigendus expressus. Sed sufficit vel contraxisse cum priuillegiata persona, vel fortasis deliquisse.l.1.Cod.in quib. cau.pig. vel hippoth.tacite contrah. vbi habetur, vniuersa eius bona qui cẽsentur vice pignoris tributis esse obligata.l.2.eod.tit.vbi idẽ est si contraxerit cum fisco. Et est idem si contraxerit pro primipilo. Domum vt conduxerit. l.satis.et.l.si non inducta. Cod. eo.tit.l.pen.quæ tractat de ipsa hippotheca.idem etiam est pro dote.l.1.Cod.de rei vxor.actio.l. asiduis.Cod.qui potior.in ping. habean.et alij forte erunt casus.

36 ¶ PRÆ mitto etiam, +pignus abinicio esse non posse, nisi subsit vlla actio personalis cui accedat: Sed posse rursum consistere obligationem personalem non apposita hippotheca. l. Iulianus in prin.ff.d leg.3.l.grege.§.cũ pignori.ff.de pig.act.l.2.C.si pignus pignori dat.sit. Ex post facto vero id est postq̃; cum actione personali pignus constitutum est: Potest separari a principali.idest ab actione personali.notat. Bar. in.l.fide iussor obligari, in prin. ff.de fide iuss.et resoluit negusantius de Fano, in tract. de pig.6. part.2.membro, num.5.fol.165. col.2.in. paruis. inferentes cedi posse hippothecariam sine actione personali per iura que ibi citant. ita quidẽ vt indubio cessa personali actione, non inteligatur cessa ipsa hippothecaria. gl. et Bar. in.l. si pignori, versi.contra: ff. famil. hercis. idem Bar. in.l. si heres pecuniam in prin. et ibi Paul. ff. ad trebell. non inspecto veniat hippotheca ex obligatione generali aut speciali.Bal.in.l. si insolutum cum.l. seq.Cod.de act.et oblig. modo non incipiat competere post cessionem, vt Bal. notat vbi supra per.l.heredem. ff.mand. vt etiã resoluit Negusant.in præhabito tract.in.3.membro quinte partis nu.23.fol.125.

37 ¶ PRÆ mitto tertio q+creditor qui non idoneum pignus ac

cepit:non amittit ex actionem eius debitæ quãtitatis in quam pignus non sufficit. Nam exigit actione personali quod deficit ex pignore. l. creditor qui non idoneum. ff.si cert.pet. l. Aduersus. Cod.de act.et oblig.et ibi gl. Bar.et Bal.notant. Quod veneti non sequuntur: (ait Accurs.in d.l. creditor.) quasi videatur renũtiatum quantitati in qua pignus nõ sufficit: hæc enim præsumptio venetorum fecit causam dubitandi,& decidendi in illa lege.

¶ HIS præuisis conclusionibus recte infertur, † omne onus rei iniunctum non adherens vlli actioni personali impropriè dici hippothecam,sed appellari reale onus:seruitutis scilicet vel census: vt infra audies in nu.45.atq; probaui,nu.6.&.12.supra hoc cap.

38 ¶ HINC † vbi concurrerint obligatio personalis cum onere rei iniuncto in aliqua stipulatione vel contractu,neccessario est distinguendum:vtrum qui obligatur personaliter quid dare, ad id etiam fundum obliget pro debiti securitate:an vt fũdus onus sufferat,& se obliget profundo? In primo etenim casu verè et realiter est hippotheca.idest personali obligationi suppositio, adiectioq;. In secundo vero casu; duæ obligationes sunt realis et

39 personalis æque pares.l.fin.§.vlt. ff.de contrah.emp. Quod est vtile pro prescriptionibus impediendis.l.male agitur.Cod.de pres. 30.vel.40.annor.

¶ IN de, in. d.§.vlt. respondit sceuola, emptorem fundi grauati onere frumentario, ex verbis in emptione adiectis, quo iure, quaq; cõditione ea predia hodie sunt ita veneunt, itaq; habebuntur: emptorem Gayo Seyo pro frumento obnoxium non esse, non quia adfirmauerit negauerit vt obligatum esse fundũ pro frumento predijs Gaij Seij: sed quia ex prehabita stipulatione accepta a Lucio titio venditore: non potuit ius acquiri Gayo Seyo personale. Alteri enim per alterũ iure communi non acquiritur stipulando.l.inter stipulantẽ. §.alteri.ff.de verb.&.§.alteri,inst. de inutil.stip.Iure vero regio cõtra:vt dixi. 40

¶ ERGO infertur ꝙ in spetie pred.§.vlt.legis vlt.ff.de cõtrah. emp.si constet velle emptorem obligari Gayo Seyo loco titij pro frumento,iure canonico erit secus,quia ex pacto actionẽ concedit.cap.1.extra de pact. et multo magis iure regio:nam permittit solo pacto alteri per alterum acquiri ius.l.2.titu.26.lib.5. noue legum recopilationis regni huius. Ceterum ex verbis in

pre-

prehabito.§.contentis, in nihilo mutádus est sceuola. Nó etenim in proposita illic quæstione dictum fuit aliquid de personali obligatione; sed fundus venditur, qua conditione hodie est: et emptor ait ita habebitur.

¶ITEM infertur duas fuisse obligationes in pred.l.vlt.§.vlt.ff. de contrahen. emp. Sed omnes fuisse personales: vna scilicet de dando cétum milia modiorum tritici fundis Gaij Seij: altera de dando ex fundo Luci titij venditoris. Et verius vnam fuisse qualificatam obligationem. Scilicet dandi frumentum ex illo fundo.

41 ¶EX quo sequitur ꝙ in.d.§. vlt. non esset onus reale exeo tátum ꝙ dominus predicti fundi promitteret de fundo, aut ex fundo dare: sed ex eo ꝙ a fundo fundis promittitur: nam exeo assimilatur seruituti.l.qui aliena.§. vlt.ff.de neg.gest.l.1.&.l.seruitutes.ff.de seruit.l.via.§.si fundus. &.§.quicunq;.ff. de seruit. rust. pred. vere tamé atq; propriê seruitus non est, sed quedam actio personalis, quia verba infactum sonant. Quemadmodum ex ipso tex. notant quidam. et ex tex. in.l.idem Iulianus.§.siquis alicui.ff.de leg.1.notant glo. et alij ibidem. Bar.in.l.pater.ff.de seruit.leg.Paul.Castrens.in.l.lucius ff.de seruit.rust.pred. qui dicit hoc probari in.l.2.§.item si infacto.ff.de verb.oblig.de quo plene per Cep.in tract.seruitutum. cap.2. de seruit. reali. versi. Sed dubium est pulchrum. vel ergo aperte debet dici ꝙ seruitus conceditur fundo a fundo: vel vbi concessio conferatur in personam ad fundi vtilitatem, debet obligatio seu concessio in ius sonare, & ad fundi vtilitatem. vt concedo tibi ius eundi per fundum meum ad talem fundum tuum: vel ius aquæ ducendæ ex fonte meo ad hortum tuum.l. pecoris cum.l.seq. et seq. et lex cũ fundo.ff.de seruit.rust.pred.l. si fundum, de seruit. leg. et cap. cumuenissent, extra de instit. Nisi tamé ex qualitate persone cui conceditur: et ex qualitate rei concessæ suaderi diuersum valeat.l.pater.ff.de seruit.leg.et ita notat Bar.Paul.Castrens.in.l.lucius.ff.de seruit.rusti.pred.et demum Cepola.in prehab.tract. seruitutum.in præhab.c.2.col.3. in impræssione maiori.versic.in primo casu. Vnde in.d.l.vlt.§. vlt.ff.de contrah.emp.si dictum esset. Concedo tibi seruitutem centum milia modiorũ fruméti ex fundo, ad vtilitatem tuorum fundorum: vel ad minus diceretur, concedo tibi ius exigendi ex fundo meo predijs tuis centum milia modiorum frumen-

ti annua, fundus esset realiter seu prædialiter obligatus: et quia id dictum non fuit sine onere fuit fundus: et qui emit fuit ex pacto extra obligationē personalem constitutus, quanuis stipulatione vallato.

42 ¶ D E Mum igitur deducitur, dictionem ex, seruitutem non inducere, nec onus rei: nec demum vllam hippothecā, neq; pignus. Ideo multum interesse onus imponatur solutionis fructuum, vel annuæ pensionis, per propositionem super, an per supra dictam dictionem ex: nam per super, imponitur rei onus, licet hippotheca non nisi contrahatur expressim. l. Codicillis. §. instituto, & ibi Bar. ff. de leg. 2. & alibi vbi supra versi. de verbo, super. iuncta. l. fundus. ff. de annu. leg. et. l. Lucius. ff. de alimen. et cib. leg. & pred. l. vlt. §. vlt. ff. de contrahen. empt. Non impedit quod supra diximus, in prehab. vers. de verbo, super. quia non legitur in iure ꝙ ad pignus inducendum neccessaria sit ipsius speciei aliqua presentia. Nisi tamen dixeris procedere idquod diximus illic, ad inducendum pignus tacitè pro domus conductæ pensionis. l. si non inducta. Cod. in quib. cau. pig. tacite contrah.

43 ¶ H Inc venimus in declarationem. l. nihil proponitur. 123. ff. de leg. 1. in eo quòd brebiter dicit: Nihil proponitur cur prohibeatur heres ædificia distrahere: quorum sportulæ redditus sunt relictæ: salua tamen causa legati. Non enim ex his verbis, salua causa, inducitur hippotheca. Sed bene onus inducitur quod rem ipsam committatur quocunq; ipsa res vadat: vt si redditus nascātur possessor ipsos soluat, vel rem petitori dimittat. Et si pars redditũum legetur proportione soluat onus.

¶ E T exinde est tex. clarus in. l. fundus. ff. de annuis leg. quatenus verbis demonstrat, expressa obligatione hippothecæ opus esse vt contrahatur hippotheca, dicés: Fũdus quem pater familias libertis, legatorum nomine quæ in annos singulos reliquit pignus esse voluit: ex causa fidei commissi rei seruande gratia recte petetur.


¶ E T sub inde concertātur leges istæ cum. l. libertis. ff. de alim, et cib. leg. quatenus determinat in hoc legato: libertis libertabus q́; meis da ri volo mea predia adhoc vt quecũq; viuēte me acceperint constituātur eis cibarij et vestuarij nomine, ipsa predia esse libertis relicta vt pleno dominio ea habeant.

habeát. Hic enim prædicta ipsa relicta fuere adiecto modo q, conditionem non inducit quia fauorem respicit honorati. In lege vero si fundus, predium extitit legatum, legati nomine annui, non autem simpliciter pro alimentis ex quo apparuit, non fundum simpliciter: nec fundi legati integros redditus (vt fuit in. l. nihil proponitur. ff. de leg. 1.) sed quid annuum relictum fuisse. Ita vt in. d. l. nihil, omnes redditus, in. l. vero fundus partem fructuum vel quid annuum: in. l. demum libertis fundus ipse ad alimenta, vel ad omnes fructus intelligatur relictus, vel ad omnem domus redditum.

¶ EX inde itidem deuentum est ad declarationé tex. in. l. 1. Cod. cóm. de legat. in quā tres legatario actiones conceduntur. personalis scilicet contra heredem ratione quasi contractus celebrati in adeundo hereditatem. Rei vendicatio si res erat testatoris vt in. §. nostra autem, instit. de leg. et hippothecaria contra bona testatoris pro securitate legati. Non enim in. d. l. 1. Imperator tractat de hippothecaria cō tra ipsam met rem quæ legatur vt ex tex. ipso in. §. 1. in fine adparet. Et insuper seruiana, idest hippothecaria super his quæ fuerant derelicta in res mortui prestare. In re etenim propria et quæ potest vendicari, non cadit hippothecaria. vt in. d. l. neq; pignus. ff. de reg. iur. Cadit vero in relegata pro alimentis singulis annis prestandis. quoniam rei ita oneratæ dominium non trāsfertur, vt in. d. l. fundus. ff. de annuis leg. & in. d. l. lucius. ff. de alim. et cib. leg. sed tamen tunc cadit cum in iungitur a testatore, et non aliter, vt in dictis duabus legibus. vel tunc demū cum verba apta exprimuntur ad obligrtionem ipsius, fundi, aut ædificij grauati: non si tantum ex fundo quid relinquatur pro alimentis, vel annuatim prestandum. Quæ vtiq; id operatur vt valeat ipsa res peti: ad id vt rei seruande gratia possideatur, vt in. d. l. fundus: et pro eadem missio fiat in reliquis hereditarijs bonis, vt ibidem scriptum est.

44 ¶ ET Eadem radix nobis edit, annuas pensiones: (quæ tam vsu quotidiano exercitantur) nō afficere res hippothecæ nec oneri seruitutis realis cum vēditur ex ipsiis annum: nisi concedatur ius emptori ipsas easdem percipiendi annuas pensiones. Sed personam venditoris, tantummodo obligare. vt in. d. l. vlt. §. vlt. ff. de contrahen. emp. que fu

gi



gi aut tergi versari non potest, cum communi adnotatione.

45 ¶ET ex dictis deriuatur, cum ipse annuæ pensiones vendun- tur (non ille tantum quæ perci- piende sunt ex fundo. sed quæ imponuntur super fundum, vel aliquod edificium. ita ꝙ ipsum oneret quocũq; vadat: et etiam si concedatur ius emptori aut donatario percipiẽdi pẽsiones:) seruitutem non esse realem aut prædialem: quia ad vtilitatem al terius fundi non reperiuntur im positæ. Sed esse seruitutem per- sonalem si imponantur per di- ctionem super, vt probaui in ini cio huius cap. post num. 13. versi. forte dixeris: vel quasi persona- lem si apponantur per dictionẽ ex. vt in. d. l. vlt. §. vlt. ff. de con- trah. empt. vel demum onus in iunctum ipsi rei quod rem ip sam committatur quodcũq; va dat. non autem esse hippothecã, vt sæpe repetitum est. Et (licet sa tis sibi incertus) in hoc residet præses. lib. 3. resolut. cap. 7. nu. 5. versi. quarto si contractum et fir mius in num. 6. inquiens esse ius quodam & onus impositum su- per fundo. Clarius Aluarus Va- lascus in. 1. par. tract. iuris em- phit. cap. 22. nu. 13.

¶EXEO ꝙ non est hippothe- 46 ca, sequitur ꝙ potest esse ab ini tio sine obligatione personali, quod hippoteca non potest vt prædixi.

47 ¶EXINDE sequitur non de- bere precedere excussionẽ per- sonæ imponentis cẽsum: nec bo norum eius anteq̃; perueniatur ad rem ipsam onere pensionis grauatam quod voluerunt Gui do Papæ in præhabitis questio. 42. & 576. Cassane. in cõsuetud. Burgund. Rubr. 11. §. 6. in prin. nu. 2. et in versi. aduerte. nu. 16. quos refert, sequiturq; preses in lib. 3. resolution. cap. 7. nu. 6. cum si es set hippotheca præcedere excus sio deberet. authen. hoc si debi- tor, Cum vulgaribus. Cod. de pig.

48 ¶SEQVITVR etiam, non interesse ad exigendam pensio- nem ꝙ sit res penes ipsum qui obligauit, an ꝙ sit penes extra- neum vtiq; tertium possessorẽ. Neq; esse circa hanc annuam pensionem tractandum quod Bar. & alij tractant, in. l. 3. incipit creditores. Cod. de pig. et in. l. si creditor. §. vlt. ff. de distract. pig. necnõ Suarez in rep. l. post rem iudicatã, in 1. limi. ad. l. regni. ver si. Y q̃ las cumpla. fol. 136. Quod enim ibi discritur pignus respi- cit, aut hippothecã, quæ non ita afficit

afficit rem vt afficit hæc impositio, imposita per modum prædictum.

49 ¶ EADem ratione dicendum est, non habere locum in possessione annua pensione grauata, vel censuali impositione; quod habetur in l.2. eademq; vlt. Cod. si ad vers. credit. vbi dicitur, tolli actionem hippothecariã præscriptione longi temporis, si tertius rem possideat titulo atq; bonâ fide: non is qui censum imposuit, cui obstat lex male agitur. Cod. de pres. 30. vel. 40. annor. Etenim si census seu annua pensio vere hippotheca non est, nec per regulas gubernatur hippothecæ non est de vna ad aliam arguendum, sed alia natura est querenda.

¶ SED ne videar in allegationibus, exemplo q; deficere, ex Tiraquello mutuo summam, qui in tract. de pres. gl. 7. §. 1. in fine ait: Sed rursum queritur, Petrus mihi vendidit decem aureos annuos, in id q; domum obligabit, quam postea alteri vendidit qui illam possedit decem aut viginti annos: quibus ille mihi soluit annuatim decem aureos: Postea cessat soluere, obidq; volo agere hippothecaria contra illum domus dominum, ac possessorem, an poterit se defendere prescriptione: vide specul. in tit. de pres. §. 1. versi. pone, colonus, vel emphiteuta. Et in titulo de locato. §. nunc aliqua versi. 43. Guillel. Cugiet Bal. in l. solenibus Cod. de reiuend. Bal. in l. arboribus. §. quid tamen. ff. de vsufr. Herich. Bohic, in cap. vigilanti, de pres. Ioann. Fabr. in l. 1. Cod. de bon. mater. Alex. in consil. 71. videretur, col. vlt. lib. 1. Iasim l. 2. Cod. de iure emph. et Cassen. in consuet. Burgun. tit. descens. §. 2. col. 15. versi. nunc succedit, vsq; ad finem. Hactenus predictus Tiraq. qui exposuit nobis exemplum & authores, sed disputationis nihil attulit.

¶ EGO vero de duobus anxius sum: Primum est quod supra tetigi: an quod dicitur de hippotheca dicendum sit de fundo annua pensione grauato, aut censuali. Alterum est, quanto tempore hippotheca prescribatur: 50 Desiderat enim. d. l. 1. &. 2. Cod. si ad vers. cred. in lib. 7. Cod. quia est alius in libro. 2. longum tempus. 10. vel. 20. annorũ. 10. inter presentes, sed inter absentes viginti. retento exemplo prædicto qod edidit Tiraq. quod velit tertius præscribere. non is qui ré hippothecæ subiecit nec eius heres. sic. DD. Bar. Bal. & reliqui,

in præd.l.1. Quibus conuenit lex regia.39, titu.13. par. 5. testantur & ibi glosator Gregorius. & l.27 tit.29. part.3. vbi iterum Gregorius Lup. quorum meminit Gomecius de leon in sua centuria, responso.50.nu.1.et.2. sed multos alios doctores congesserat Rolandin. de valle. consil.79. prefertim nu.7. inter quos adducit gl. quam ordinariam appellat, in l. cum notisimi, in prin. et ibi Angel. Cod. de præs.30. vel 40. annor. Cuman. in consil. 92. col.1. Oldral. in consil.19. Alex. cons.58. col pen. in fine. lib.5. & in consil.83. col.2. versi. vlterius lib. 6. & consi.220. col.1. eod. lib. Parisi. consil.50. col.1. lib.1. qui asserit esse cōmunem. Afflict. decis.139. in prin. et in constit. Regni. constitutione, duram consuetudinē in.3. notab.

¶ VERVM tamen istud est verum si præcedad bona fides. Etenim si malam habeat quoniam sciat de hippotheca: quis dubitat augendum fore tempus et ad annos triginta extendendum, iuxta tex. in auth. Male fidei. C. de pres.10. vel. 20. ann. gl. in. d. l. cum notisimi in prin. Cod. de præs.30. ann. & prædictū Rolandin. vbi supra ne dicam iure canonico non sufficere istud tempus, cum possessor male fidei nullo tempore prescribat. vt in regula possessor de reg. iur. lib.6. & in cap. vigilanti, & cap. vlt. extra de pres.

51 ¶ SED, vt scias in hac questione quis possessor male fidei appelletur: non ille est qui emit a debitore, nisi addas ꝙ hippothecam præsciuerit. Si credideris Iacob. Aren. Cyn. Angel. et Saly. ibi. Alexan. in. d. consil.220. Negusantio Fanens. in tract. de pig.6. par. membro.2. col.2. in fine. Paris. in præhab. consi.50. col. 1. & Rolandin. vbi supra nu.9. et ignorantia presumitur in alienis saltē factis. l. verius. ff. d prob. l.14 tit.15. part.3. sic deniq; isti volunt ꝙ stāte bona fide, et emptoris ignorantia ꝙ est obligata res, ius antiqum perseueret tam cōmune q̃3 predictum partitarum.

52 ¶ NEC credendum est mutari per. l.63. Tauri, quæ hodie est. 6. tit.15. lib.4. noue recopillat. Procedit enim ea lex quæ triginta annos desiderat ad creditorem hippothecarium excludendum in eo ipso qui imposuit, idest obligauit rem in pignus: si credederis Cifuentes atq; Castello supercam. & Gomecio in loco dicto centuria.50. nume.3. respondens superfluitati, ꝙ non est superflua ea lex quæ trigin-

ginta annos contentatur respe-ctu ipsius obligantis, cum stantibus prædictis legibus Regijs talis debitor quadraginta annis egebat propter propriam malá fidem.

¶SED quam miserè lapsi sint omnes prædicti exeo iudica, q
53 † auth.supra dicta(etiam vbi ad sit bona fides præscriptionem lõgi temporis de qua tractat ille titulus) ad triginta annos extendit verbis breuibus et claris dicens:Male fidei possessore alienante cessat lõgi temporis præscriptio:si verus dominus ignoret suum ius et alienationem factam.in super hoc addens tex. Expectatur ergo triginta annorum defensio.Ecce non attendere possessoris tantummodo bonam fidem, sed quam venditor quoq; habet; quia si malam fidem habet ad triginta annos extenditur:modo dominus ius suũ alienatum non intelligat. nam eius scientia et patientia facit q sufficiat longum tempus, quamuis habeat malam fidem qui alienauit.quasi per prædictá sciẽtiam domini mala fides purgata sit venditoris.Quid tamen iuris sit, si velit ipse prescribere qui rem propriam obligauit:et quid si velit prescribere emptor ille qui sciẽs est hippothecæ et ideo habet malam fidem?non determinat authentica: nec determinat lex regia. Ergo remanet in dispositione iuris communis; q prescribatur ius illud stante iure ciuili per quadraginta annorum spatium.l. omnes Cod. de prescrip.30. vel. 40. annor, Sed stante iure canonico, cui in his standum est,non prescribat vllo tempore.vt in præhab. cap. vigilanti, & cap.vltim. extra de pres.& cap.possessor male fidei. de reg.iur. in. 6. † Quid ergo in 54
considerans Gomecius Leonius in præhabita centuria,est, quod applicat ad.l.Regiam Tauri.63. volens cum Castello atq; Cifuẽtes,q tantummodo lex in proprio obligante rem procedat, quãdoquidem lex vult q actio hippothecaria, vel mixta realis et personalis,non posit minori tempore excludi, q̃; tempore. 30.annorum:Incipit et finit lex negando,et præcipiendo q personalis actio prescribatur decẽ annis,realis vero viginti et non minus: hippothecaria demum & mixta, triginta annis et non minus:et asserit dictus Gomecius q accesit dicta lex ad attenuandum tempus quadraginta annorum quod in alijs partitarum legibus continebatur? vult igitur lex prædicta in eo quod dicit, et non minus: au-

gere tempus aſsignatum poſſeſſori bonæ fidei ad præſcribendum: (in præhab. authen. malæ fidei) vt ſi vc venditor habeat malam fidem, ſiue habeat boná cum vendit, dominus non excludatur ab actione hippotæecaria minori tempore triginta annorum. Quod tēpus an debeat incipere curſum ſuum a tempore venditionis, vel a tempore factæ excuſsionis in bonis principalis debitoris, diſerunt prænominati doctores. præſertim Afflict. Gregorius Lup. & Roland. quod non eſt præſentis ſpeculationis, quæ tantum agit, an de hippotheca & poſſeſsione cenſuali idem ſit iudicium? Sed nec ceſſum eſt videre. l. cum notiſsimi. §. in his, quam non poſt multum citabo. Cod. de preſ. 30. vel 40.

¶QVOD profecto in ipſo eodem obligante exiſtimo idem eſſe: quia † ſiue annua penſio, ſit
55 onus vt probauimus, ſiue ſit regularis hippoteca, non preſcribit quem leſa conſcientia ſemper mordet, vt in regula poſſeſſor, de reg. iur. in. 6. et in alijs ſupradictus. et præſertim ſi eis addas rationem cuiuſdam tex. in. l. male agitur, & in. l. cum notiſsimi. §. in his etiam. Cod. de præſ. 30. vel. 40. annor. & l. 4. titu. 15. lib. 4. nouæ recopillation. legum. vbi dicitur ꝙ in obligationibus annuis vel menſtrius, quia non poſsidetur non præſcribitur, vt item innuitur in. l. litibus. Cod. de agri. et cenſit. lib. 11.

¶IN Tertio vero poſſeſſore fundi onerati penſione, non exiſtimo idem eſſe. militat nanq; ratio iſtarum quatuor deciſionū in ipſo rem obligante aut onerante penſione, quæ in extraneo non militat poſſeſſore. poteſt enim habere bonam fidē ignorás obligationē pēſionis quia ſoluerit verus debitor tátá partē temporis, quod preſtet poſſeſſori occaſionem preſcribendi: quæ vti q; ſemper præſumitur. l. merito. ff. pro ſocio. & l. verius. ff. de prob. ſic erimus in ſuperiore queſtione, an ſi habeat bonam fidem preſcribat longo tempore? In quo erit vt ſuperius diſtinguédum. vel habuit rem ab ipſo domino, et prorrogatur preſcriptio ad. 30. annos: vel habuit ab alio extraneo: et tunc aut extraneus habuit quoq; malam fidé, & eſt idem ꝙ in caſu ſupra proximo: aut habuit etiá ignorátiá cum emptore, & preſcribet longo tempore. vt etiam in primis duabus ſpetiebus hoc ipſū erit, ſi poſſeſſor probet, ꝙ cum eius bona fide concurrerit ſcientia

do

mini: quippe tunc venditoris nō nocebit malafides. d. authen. malefidei Cod. de præs. longi temp. Erimus q; in alia quæstione non parua: cum dixerimus q̄ non est hippotheca nec pignus, nec debet per regulas hippothecæ gubernari fundus pensione oneratus, quia est onus et seruitus (vel
56 quasi) personalis: † quando incipiet possidere ius prædictum qui possidet dictum fundum, vt excludat petitorem: nam vt scimus sine possessione vsuccapio non procedit. l. sine possessione.
57 ff. de vsuccap. Et † in iuribus incorporalibus à negatione possessio incipit; et a prohibitione. vt in hoc citatur lex vlt. ff. quemad mod. seruit. amitt. gl. ordinaria in. l. qui luminibus. ff. de seruit. vrb. præd. et in. l. ficum meus. §. 1. ff. si seru. vendi. gl. in. l. apud trebatium. §. 1. in verb. non est, de aqua plu. arcēd. Faber. in. §. equæ si agat inst. de act. & ibi Ias. nu. 41 & in. l. quominus. ff. de flum. col. 8. nu. 53. gl. in. l. 1. Cod. de seru. Bar. in. d. l. qui luminibus. & in. l. & si forte. §. 1. si seruit. vend. nec nō in. l. si prius. ff. noui oper. nun. post specul. de caus. poss. & pro pr. §. in confessoria, versi. sed po-
58 ne. vt hinc † qui censualem fundum possidet, vel onere pensionis grauatum, non possit vtiliter prescriptionē allegare: nisi probet negasse annuam pensionem per decem annos retro, et exinde petitorem acquieuisse. vt alibi d̄ seruo in possessione libertatis cōstituto dixi, q̄ est ei tutius q̄ domino seu possessori resisterit & steterit in possessione longum tempus, q̄ si tantum constiterit q̄ fuit in fuga & q̄ gessit se pro libero predictum tempus. interpretans. l. 1. Cod. de ser. fugit. & l. 1. Cod. de pres. longi tempo. quæ pro liber. & non contra liber. est in ducta. quæ negat tali seruo prescriptionem eo q̄ habeat malam fidem. Sed ego dixi q̄ habet bonam, vel q̄ saltem nō est mala ex die in qua dominus in petitione serui seipsum resistētis acquieuit. in libro. de acq. poss. cap. 13. quod tractat de primo effectu poss. nu. 7. per ea quæ ibi dixi, & per. l. sequitur. §. viam ff. de vsuc cap.

¶ NEC impedit si dixeris amitti seruitutem si dominus per cōstitutum tempus ea non vtatur d. §. viam. & l. et Attilicinius. ff. de ser. rust. præd. Etenim et si per solum non vsum perditur, si tamen sine culpa amissa sit, conceditur ad ipsam restitutio vt ibi.
59 Sed † aut culpam is non habet cui continuo pensio soluitur per debitorem pensionis, eius ve heredem, cum dum isti viuunt et

Y illud.

solvunt cōfidit de iure suo, vt in .l.cū notissimi.§.sed cū illud .C. de pres.30.annor. vel (quod verius est) retinet ius suū et dici nō potest q eo nō sit vsus dū solui tur sibi atq; exigit. casum legis habes in.l.quāuis.§ .si cōductor de acq.poss.vbi cōductor rē vēdidit & ab emptore conduxit:& vtriq; mercedes prestitit.et dicit tex.q prior locator, idest dominus, possesionē percōductorēre ctissime retinet. Quo iure vt cer nis vtitur consuetudo.nam in his annuis pensionibus nunq̃ curritur ad possessorem nisi quando debitor nonsoluit:etcreditortūc non reppellitur.

60 ¶ REDEO ergo ad illationes, et item sequitur,† siue dictum sit ex hoc fundo siue dicatur super hunc fundum, sublata persona obligātis) non teneri ad pensionē personaliter, qui fuit olim fundi aut edificij possessor, et ipsum transtulit in alium. quocunq; trā stulerit modo, si iure transtulit.

61 ¶ SEQuitur etiam,† siue egeris contra tertium rei possessorem, siue egeris contra ipsum qui imposuit annuam pensionem, magni effectus esse q dicatur ex hoc fundo, an super fundum. quia in hac postrema spetie, etiam pro pensionibus decursis fundus erit obligatus pro tempore olim pos sessoris, vbi fuerint ipse perceptæ pensiones. Sed in prima non tenebitur extraneus, vt in .d.l. vlt.§.vlt.ff. de contrahen. empt. Sed nec debitor atq; promissor si non colligantur pensiones, quia domus non conducatur absq; cul pa debitoris.

62 ¶ SIC est absq; controuersia etiam extraneum fundi censualis possessorem, teneri satisfacere pro fundo quem possidet, licet dominus partiarius sit, vel illum creditori dimittere. Guido, in præ habitis questionibus.42.et.576. Cassenaus, & noster Preses vbi supra versi.ex inde.& Paul. alio intentus, cuius isti non meminere. consil.47.lib.2.col. vlt. in dubio. atq; Tiraq. de retract. ligna gier.§.1.gl.6.nu.21. dum tractant de alimentante. In quo loco Baldum citat, in.l.creditor.2.ff.sicer. pet. dicentem, q si onus quodpiam reale est & habens originem principaliter a re ipsa, debitor li beratur eam rem concedendo creditori. Sed vbi debetur a per sona ratione personæ secus est: quia concernit totum patrimonium, presens & futurum, permulta ibidem ab ipso allegata. inter quæ est videndus tex. in .l. filius familias.§.apud Marcellum. ff. de leg.1.sed melior in.l.6.incipiē

etsi forte.§.etiam.ff.si seruit.vẽd.
& Ioann.Andre.in aditionib.ad
specul.de instr.editione.§.dicto
de impugnatione.versi.nunc de
inuentario.nam de seruitute tra
ctans tex.hoc ait. Labeo autem
hanc seruitutem non hominem
debere sed rem. Deniq; licere
domino rem derelinquære scri-
bit.

¶ PARI ratione hoc amplius
nõ nulli ex prædictis determinãt
63 fundi censualis possessorẽ (etiã
extraneum non eũ quidem, qui
censum seu annuam pensionem
imposuit super rem) debere cre
ditorem recognoscere pro dicta
annua pensione, vel cogi rem
ipsi dimittere, cum quibus tan
q̃3 cum re absoluta nec ab vllo
controuersa transit Præses. in
præhab.lib.3. resolution. cap.7.
nu.6.in principio. qui pro eis ci-
tare posset leges quas in fine
præcedẽtis versiculi citaui.Nam
in.d.l.filius familias.§.apud Mar
cellum dicitur manifeste, debe-
re legatarium, relinquere fidei
cõmissario cui aliquid annuum
est relictum, fundum cuius cau-
sa oneratus fuit eo anno pertesta
torem, si nolit annuum præstare.
Et in.d.l.et si forte.§.etiam. ff.de
seruit.etiam dicitur, seruitem re
ficiendi parietem vel alium lo-
cum, quia venit in consequẽtiã
seruitutis oneris ferendi, ad pos-
sessorem edificij seruientis expe
ctare: Sed licere domino rem de
relinquere, per verba illa elegan
tia quæ dixi. Labeo autem hanc
seruitutem non hominem debe
re sed rem. Deniq; licere domi-
no rem de relinquere scribit. Mi
hi vero nũq̃3 placuit cogi ipsum
possere recognoscere vbi soluat:
cum præhabita iura de coactio-
ne non tractauerint, sed tantum
modo de permisione quæ nec-
cessitatem non parit.l.non quic
quid.ff.de iud. cũ alijs adductis
in gl.presertim ꝙ non est heres
vniuersalis successor, vel in par-
te vniuersalis iuxta.l.si pactum.
ff.de prob.et hoc presertim apud
nos, qui cum expublico sumus
obligati contractu tenemur via
executiua.l.1.&.2.tit.16.li.5.noue
recopillat. Nec queri potest cre
ditor ꝙ ius eius fit deterior, si qui
de actu ipso et effectu recognitus
est pro censu, pro annua ve pen-
sione.l.de quibus.ff. de legib. Id
circo si cogatur recognoscere,
vt sit domino res certa iuxta.l.
cum res Cod.de prob.et vt con-
stet ꝙ est census, annua ve pen-
sio in illo fundo imposita: (ne in
cidamus in difficultates quæ nas
cuntur in.l.si certis annis. C. de
pact.& in.l.cum de inrem verso.
ff.de vsur.& in.l.1. Cod.de fidei
cõm.) non cogetur se obligare

perſonaliter ad cenſum, nec vt
executiua via teneatur, quicquid
cōtra innuere videatur Moline.
in conſuetudinib. pariſien. §. 11.
nu. 19. Quoniam ſatis eſt q, poſ
ſit expelli de fundo, vel demum
de edificio cenſuali aut tributa-
rio eo ipſo ꝙ non ſoluerit pēſio
nem.

¶ NEC impedict ꝙ con ſueue
rit in huiuſmodi contractibus
cenſualibus apponi clauſala ſpe
tialis obligationis fundi aut edifi
cij, cum prohibitione venditio
nis: quæ efficit neres exiſtimetur
(etiam ſi tranſierit per multas ma
nus) eſſe penes ipſum qui obliga
uit, ita vt poſsit dum exiſtat, eti-
am penes tertium atq; extrane
um, fieri in ipſa executio, iuxta
tex. in l. creditor. §. fin. ff. de di-
ſtract. pig. et ea quę notauerunt
Bart. atq; Suar. in locis ſupra cita
tis, in verſ. Sequitur etiam. Nec
in quam id impidict noſtram de
terminationem, immo confir-
mat eandem. Nam propterea
quia dominus idemq; creditor
habet manus in iectionem in rē
ipſam iuxta. ll. et doctrinas ſupra
dictas: non habet executionem
perſonalem cōtra tertium poſ
ſeſſorem non heredem promiſſo
ris, qui obediens eſt ſolutioni.

64 ¶ FATE or tamen, reper exe-
cutionem ablata ab hoc tertio
poſſeſſore ob non ſolutionem
penſionis: non teneri creditorem
reſtituere eirem niſi obliget quo
q; perſonam ad ſolutionem pen
ſionis. multa enim fieri non per-
mittuntur quæ ſubſtentantur
iam facta. l. patre furioſo. ff. de his
qui ſunt ſui vel alie. iur. ideo cre-
ditor cui precium offerebatur
abeo qui poſsidebat rem ſubie-
ctam cenſualibus penſionibus:
qui ob hoc ipſum ꝙ precium of
ferebatur non poterat ad pluſco
gere offerentem: cogere ipſum
poterit ad id amplius quod po-
ſtulat cōtra perſonam: quia iure
ſpoliauit ipſum re, eo ꝙ non ſol
verat. Et iure quoq; retinet rem
in pignus rei ſuæ ſeruandæ gra-
cia. l. fundus. ff. de annuis leg. do
nec concedatur ei hoc amplius
quàm quod poterat petere an
te cum non habebat dominium,
nec habebat rem in pignus, vt
hodie habet. l. 1. C. ſi in cau. iud.
pig. cap. ſit.

¶ SED eſt interim notandū, poſ
65 ſeſſorē qui ſe obligat ratione rei
et non ideo eſt obligatus, quia
venditoris cenſus ſit heres: re cen
ſuali ſine dolo et fraude aliena
ta, non teneri perſonaliter: ſed eſ
ſe per creditorem faciendam
executionem contra rem ſibi o-
bligatam. Nam re cognitio pre-

dicta et obligatio personalis, no uusq; titulus acquisitus exeo pacto, non plus afficit recognoscentem, q̃3 is antea affectus erat, virtute possessionis quam tenebat affectæ vicio reali annuæ pensionis: et eo magis ꝙ non sit eo animo vt inducatur noua dispositio: sed ad effectũ dũtaxat vt posit competere executionis ius contra ipsum qui creditorem recognouit. Si credimus Molineo carolo, in consuetud. Parisiens. §. 11. nu 19. quem sequitur sumus Preses in. d. lib. 3. variar. resolution. cap. supra. d. 7. nu. 6. versi. hinc etiam deducitur, apud fin. modo ex instrumento recognitionis contrarium vel diuersum non probetur nam id erit obseruandum quod pacto contrahentium compræn datur. l. legem de pact. conuen. l. contractus. ff. de reg. iur. Ego vero et si video ꝙ causa finalis obligationis personalis huius tertij possessoris est res ipsa onere pensionis obligata: et ꝙ cessante causa finali cessat ipsa dispositio cap. cũ cessante extra de appell. cum vulgaribus: non satis censeo probatum ꝙ posit possessor prædictus discedere a contractu absq; creditoris volũtate, per solam rei alienationem, contra. l. ab em

66 ptione. ff. de pact. + Vt ergo per alienationem liber sit, expedit quod de creditoris alienauerit consensu, iuxta. l. vlt. Cod. de remissione pig. vt eo modo, non tàm a pristino negocio discessisse videatur, q̃3 vt nouæ quædam obligationes, et contractus, seu distractus inter ipsos constituantur. vt habetur in. d. l. ab emptione, in fine legis. vt tenent in feudo feudistæ quos citant Ias. in. l. 2. nu. 24. Cod. de iur. emph. Felin. in cap. quæ in ecclesiarum extra de const. & alij cumulati per Pinel. in rep. l. 2. in. 1. par. cap. 4. Cod. de res. vend. & in loco quem ibi citat.

¶ EX quo insurgit sententia nõ parum elegans, á nemine vsq̃3 audita, quæ declarat. l. vlt. Cod. de nouat. &. §. etiam vlt. inst. quib. mod. toll. oblig. Quibus conuenit. l. Regia. 15. tit. 14. part. 5. + No-

67 uatio enim non præsumitur nisi expræsse agatur: Sed additur cõtractus contractui, & obligationi obligatio, vt in dictis iuribus expressum est. Sed procedit propositio et simpliciter est admittenda, vbi quæ additur priori obligatio, perpetua est et duratura: nõ si sit tẽpori conmensurata aut possessioni, vt constat ex præhabita doctrina Presidis atq; Caroli, non iuncta. d. l. vlt. Cod. de remissio. pig. Limitata etenim causa limitatum producit effectum. l. chancellauerat. ff. de his que in

 testam.

testam.de len. l. cum seruo, in prin.ff.de contrah.emp.& cessan te cusa obligationis cessat pariter obligatio. Socin. consil. 31. pro sequendo ordinem, lib. 1. nã sic est in omni causa finali. cap. cum cessante, extra de apell. Id probatur ex eo, ꝙ alienata possessione sine dolo, propter quam se quis ad pensionem obligauerat eius dominum recognoscendo, ab obligatione liberatur, & non potest conueniri personaliter. Iũcta vero dicta. l. vlt. aliter dicendum est: nempe ꝙ procedit propositio quæ desumitur ex dictis ll. nisi tamen alia lege cautum sit ꝙ prima obligatio per superuenientem sit sublata: quamuis expressim non caueatur sed tacite. Hoc probatur ex predicta. l. vlt. Cod. de remiss. pig. quia si consensus creditoris consentientis ꝙ vendatur pignus, vsq; adeo ei preiudicat quia respuit ius proprium suum, vt si ad dominum peruenerit non subeat nouam obligationem ex generali hippotheca: necessario est confitendũ ꝙ efficitur nouatio quod attinet ad illud pignus. vt etiam fit quando dicitur ego assumo super me obligationem Antonij. Paul. in. l. valerianus in fi. de preti stipul. per legem si rem. §. omnis versi. satisfactum. ff. de pig. actione: remittentibus enim actiones suas non est regressus dandus. l. quæritur. §. si venditor. ff. de edil. edict. l. si quis in conscribendo. Cod. de pact. Nam si dixeris ꝙ nõ est pignus sed onus, vt superius dictum est: etiam dicam ꝙ possessor qui de consensu domini in alium transfert hoc onus, ad aliud non tenebatur preterq̃; ratione rei, vt Preses et Molineus dixerunt, merito qui res puit ipsũ quærat alium vt in. d. l. vlt. Et hoc presertim vbi quinquagesimam, vel decimam pro hoc recipit, vt patiatur ꝙ transeat res ad alium vt euenit quotidie passim.

68 ¶ QVA inspecta ratione, nihil interest sit debitor originalis an alius tertius, qui transfert possessionem censualem in alium domino consentiente pensionis. Nam que ratio differentiæ dari potest inter ipsum qui rei onus imposuerat, seq; pro pensione obligauerat personaliter: et eum ad quem postea res peruenit, & ob non solutam pensionem coactus fuit recognoscere et personam obligare? Erit igitur tantum modo differentia inter eos, cum res sine domini census consensu alienata sit in alium: nam tunc poterit recursus fieri contra primum debitorem, quamuis multo tempore exegerit a possessore pensionem extra iudicium. po

po-

test enim alter pro altero sol-
uere etiam inuito.vt inprin.inst.
quib.mod.toll.oblig,& sibi do-
minus idemq; creditor non præ
iudicat percipiendo quiscit ius
contra alium durare.l.si cum ex
ceptione.ff,quod met.cau.

¶ SED cum hoc hodierna die
cesset,quia apponitur conditio
in scripturis, ꝙ si alienetur sine
domini census licentia, aliena-
tio nulla sit,& res cadat in com
missum:non est a negocio isto a
69 lienum per conctare: Quid si
res ipsa alienetur domino cen-
sus irrequisito,qui post sciétiam
perceperit a tertio pensionem?
Edepol rationibus proximé scri
ptis præiudicatus non videtur:
sed obstat tex.in.l.Emilius lar-
giamus.ff.de minor.et in.l.de le
ge.versi.post diem.& in.l.post
dié,quæ sequitur statim post.d.
versi.ff.de lege cómiss. Post dié
enim (inquit) commissoriæ legi
præstitutum, si venditor preciũ
petat,legi commissoriæ renun-
tiare videtur:nec variare et ad
hanc redire potest.

¶ PROINDE,vt ad itinerem
redeam (in quo eram in versic.
sed est interim) qua ratione di-
citur,re censuali alienata ad pen
sionem non teneri qui alienauit,
non illicité,sed qui possidet nũc
70 rem:querendum est, an pariter
liberetur re perempta censuali
absq; eius culpa? Nam hæc quæ-
stio admodum est disputata in
emphitheoticarijs contractibus
in.l.1.Cod.de iure emphith. vbi
post Salyceti in constantiam.
Bar.& omnes teste Ias.col.5. nu.
20.id voluerunt,vt si modica pé
sio non constiterit soluéda esse,
sed vtiq;maior et talis,ꝙ exea in
telligatur ratione fructuum im-
posita,& in re compensationem
eorum,reperépta liberetur em-
phitheota:et ꝙ magis est ea du-
rante liberetur si sterilitas conti
gerit.Quod ipsum in locatione
ad longum tempus.Cyn.Bal.&
reliqui ibi voluerunt,quos con-
gerit prædictus Ias.num.21.Petr.
de Ancharran.& Imol.in cap.po
tuit extra de loca, Angel.in au-
then.de non alien. §. quia vero
leonis coll.2.Alberi.& alij in.l.li
cet certis Cod.locati.l.22.titu.8.
par.5.quæ cum tractet de cótra-
ctu locationis, non distinxit in-
ter modicam et longi temporis;
immo approbat simpliciter quæ
stionem circa dictam emphiteo
sim disputatam de remittenda
pensione propter Guerram:quá
post longam disputationem ap-
probat cum resolutione in pre-
di.loco Ias.col.18.num.88.&col.

20.nu.93.quamq; approbat Pius quintus proprio motu sic dicés: Postremo census omnes in futurum creandos non solum re in totum vel pro parte perempta, aut in fructuosa, in totum vel pro parte effecta volumus ad ratam perire: Sed etiam posse pro eodem precio extingui.&c.

71 ¶ ERGO errore lapsi sunt Carol.Molin.et Preses qui ipsum sequitur.iste,in consuetud. Parisiens.tit.1.§.11.nu.15.hic in.d.lib.resol.cap.7.nu.5.versi. quarto contractum istum. quatenus argué tes de hippotheca ad censum: annalé vt pésionem existimát, reperempta oneri subiecta.teneri eum qui imposuerit pensioné ipsam soluere per personalem actionem: licet non sic tertius possessor qui onus rei non imposuit.Sed fuit causa huius erroris onus istud comparare ad hippothecam, cum differant vt dixi in eo, cum onus est negocium equæ,et magis principale q̃ ipsa principalis obligatio: siquidé ipsa reperépta liberatur emphiteota, et is qui imposuit pensionem.Et si durat ad huc res re alienata identidem liberatur, vt ijdem volunt,qui hoc tenentes, istud negare non possunt. Nam qua re magis libererit cum alienauerit,(vt aiunt) q̃ cum perit ipsa res: cum hic absit, & illic adsit consensus eius qui censum imposuit? Et quare ijdem adfirmant, si res pereat, non esse de nouo cogendum venditorem dicti census, imponere iterum ipsum super alia possesione equæ bona ei quæ iam perijt: si per cótrarium defendunt, reperempta teneri debitorem ad pensionem impositam super re.

¶ TE Tamen prope respondétem mihi video aliud est circa dationem ipsius rei,et aliud circa dationem pecuniæ.ná cú datur ipsa res concessori remanet eiusdem dominium.l.1.Cod. de iur.emphit.et ibi hoc notat Ias. nu.48.et ipse Preses in. d.cap.7. nu.1.versi.ex quibus constat.(q̃uis aliter in tract. iuris emphit. quæst.1. sentit Vaez siue Valascus) quod non est in alia spetie. Dominij enim nihil transfferre hic videtur qui vendit annuam pensionem,sed de fundo aliquid védere separatum vt est pensio: præhabita lex vlt.§.vlt.ff. de contrahen.empt.nimirum si res pereat illic domino, vt est de natura dominij.l.pignus.Cod.de pig. actio. et item hic:ac propterea possessor debitor q; pensionis illiberétur, sed non hic. quia vt illic dominiú est creditoris, ita et hic est debitoris qui ad censum pecuniam accepit: vt solueret

pro ipsa pensionem: Et ea ratione non est mirum si hic supersit obligatus reperempta, vt Carol. et Preses dixerunt.

72 ¶ SED †non puto differentiam admittendam quod attinet ad hanc speciem. Nam cum annua pensio venditur, est vendenda super aliqua re immobili, et fructifera, iuxta extrauagantes Calixti atq; Martini, incipit. Regimini. & iuxta proprium motum Papæ, vtiq; Pij quinti, ne sit feneratitius hic censualis contractus Et hinc resultat quod venditur rei pars quod attinet ad proprietatem: talis vtiq; qualis per pensionis venditionem demonstratur. vt Latius istud aperiá infra eod. versi. vltimo videndum est nu. 91. dú disero de sterilitate alleganda in hoc contractu. merito non interest ꝙ tractetur de datione rei in censum vel de datione pecuniæ: quia pecunia quoq; data dator dominus efficitur, licet partiarius: ideo res perit eiusdem periculo quemadmodum in alio casu.

¶ V N De in fertur †vtile esse ei
73 qui comparat annuas pensiones ꝙ imponat super multas possessiones: ne si ceciderit vna, vel legitime alienetur, quæ sit onerata pensione, remaneat liber qui imposuit, sed obligatus pro reliquis: et reliquæ possessiones pro pensione. Quippe et si superius dictum est nocuisse emptori cósensum quæm dederit alienationi possessionis vt videatur nouasse: id tantummodo procedet ꝙ attinet ad eam rem in quam cósensit, vt in. d. l. vlt. Cod. de remiss. pig. sed non quod alias pariter obligatas possessiones. l. 3. C. de neg. gest. & l. creditor qui nó in doneum. ff. si cert. pet. & l. ad versus. Cod. de actio. et oblig.

74 ¶ I T E M infertur †inter veram hippothecam et fundum pro annua pensione obligatum hanc extare differentiam: ꝙ si creditor non idoneum pignus acceperit non amittit exactionem quá titatis sibi debitæ, quia id exigit actione personali quod ex pignore defecerit. præhabita l. ex creditor, & l. ad versus. et dixi supra in versi. premitto tertio. Sed non sic in creditore annuæ pensionis, quia si vilem fundum accipit qui confundatur, vel domum ruinis subiectam, post eorum casú non exiget pensiones promissas quia utilis dominij partiarius dominus est, et éptor fructuú vel redditus, qui si nó nascátur nó détur

si debitor.§.verisimile.ff.de con trah.emp.

74 ¶ QVarto infertur debere rem fructiferam esse de qua pensio comparatur annua, vt sanctissimé ac prudentissime determinat Pius quintus in eius extrauangá ti. Et si secus fiat est fœnus, vt colligitur ex extrauagantibus Calixti atq; Martini, in communibus. incipit.1.et.2. Regimini vniuersalis ecclesiæ. quod tenent Ioann. de ligniano in cap. in ciuitate, de vsur. et in cap. vlt. quest.1.eod.tit. nec non alijquos cógessit regius preses in prehab.cap.7.nu.5. lib. 3. resolution. et quos recensere nó curo, cum sit iam determinatum hoc negocium per prehab. extra uag.

¶ SED (ne videar Conrrado de contractib.quest.74. & .75. nec non et.78. conclusione.3. Molineo in.d.tract.quest.22. Mutinæ siue Medine in tract. de restit. q. de censib. col.5. et Presidi vbi supra consentire, vel responsum ignorare rationibus per eos adductis) dicq; non prodest eisdem id quod adferunt prose, nempe stare posse obligationem personalem absq; fundo, & ideo à persona exigi posse censum annuam ve pensionem: Nam est verú ex post facto, non vtiq; ab initio, multa etenim facta tenent quæ non facta non valerent. l. patre furioso. ff. de his qui sui vel alien. iur. sunt. Idq; etiam verum est,
75 si obligationi reali personalis quoq; addatur, adiecta ea condi tione, vt si respereat, vel in alium alienetur, etiam de voluntate creditoris, venditor personaliter teneatur in solidú. pactione enim fieri istud poterit, vt pacta reli qua obseruantur. l. legem. Cod. de pact. cóuen. l. cótractus. ff. de reg. iur. Sed quod ab initio super persona imponatur césus annua vè pensio soluenda pro pecunijs quas receperit est fœnus, vt aiút predicti doctores. ET non interest q gratis promittere potuit, et idcirco pro aliqua vili pecunia. Nam si concederet gratis donatio esset eius annui. l. donari. ff. de don. Sed cum accipit pecunias, venditio est neccessaria. et in necessitatibus nemo liberalis exi stit. l. rem legatam. ff. de adim. leg. Sed vendit vt a nouerca quæ instat neccessitate se liberet, de qua loquitur Accurs. ibi dicens, cum fueris felix multos numera bis amicos: Tempora dum fuerint nubila solus eris. Ergo si in venditione annui reditus, congrua debet esse pensio, precio, ne mutuum & vsura ex iniquitate,

te, aut ex inequalitate iudicetur.l.1.Cod. de episc. et cleric. et cap.1.extra de empt.et vend.et extrauagantes.prædictæ.non nihil debet esse quod vendatur.cũ
76 † subtantia contractus venditionis consistat in tribus,in re.vt in. l.nec emptio.& in consensu,vt in l.in venditionibus. & demum in precio.l.pacta conuenta.ff. de cõtrah.empt.aliter erit mutuũ sperans aliquod fænus. Nec nocet mihi ꝙ operæ vendi possunt; quia id non nego. Sed quæ operæ venduntur quando annue pẽsiones emuntur?

¶ QVod si instaueris ac dixeris Ergo durat ad huc fænus si ad hereãm huic opinioni per ratio
77 nem supradictam.quia † si abinitio non potest actio personalis perseſtare circa censum annuam ve pensionem quin sit fenus, et vsura: Sequitur ꝙ res non sufficit,nec est excusatio delicti, si ipsa res non sufficiat, ad pensionem retribuendam pro accepto precio: vt voluerunt Petr. de Raben.in titulo de vsur.§.visum fuit & Lauren. de Rodulph. in cap. consuluit,in.2.parte. q.12.de vsur. nec non Syluester, in verbo vsura.2.§.12.Et item sequitur, q, iterum pactio non sufficit,ꝙ res perẽpta aut legitime alienata is teneatur quise obligat.nam pars redditus annui, in prima specie, imponitur super persona, vt prædicti aiunt:& non cadit super re, cum ipsa non sit sufficiens ad pensionem sibi impositam. Et quod ex pacto postulatur videtur contra naturam contractus: quæ ea est vt prædixi, vt re perempta aut legitime alienata remaneat liber possessor. quod repellitur per legem cum precario. ff. de preca. et in indiuiduo in nostra specie Pius quintus in predicto proprio motu.in parte,conuentiones.

¶ SED non impedit argumen-
78 tatio: quia † in totum non est falsum quod iuuatur primordio veritatis.l.cum filius.77.§.heres meus.de leg.2.Et imaginaria venditio non est precio accedente.l. imaginaria.ff.de reg.iur. pariter nec vbi est res aliqua quæ vendi
79 tur.Propterea quod, † is qui vendit vllum censum impositum super re aliqua quæsit fructifera, vel redat annuam pensionem,aut menstruam:principaliter venditioné cõtrahit,& se obligat secũdario:quasi fide iubeat et promittat rem,futuram fore sufficientem ad præhabitam pensionẽ Merito si res sit onerata pensiobus alienis: tenebitur absq; dububio contrahẽti propter dolũ.

l.26.incipit si quis cum fundum. ff. de actio. emp. presertim iuncta.gl. & id quod supra dixi in versi.redeo ergo. Et si dolus ei deficiat eo quod scienti nō fit fraus. Etiam non impedit: quia fide iubere voluit, potuitq; quod fundus impleret pensionem. Qua ratione, re alienata, potest obligatus super esse. Quia non impedit quod quis pro alio fide iubeat nec quod quis plures fide iussores recipiat. olim scilicet possessorem & præsentem possessorem. Sed in eo quod opponitur vbi res pereat, argumento consentirem. Nam quæ ratio potest esse quæ conuincat, quod res pereat periculo alieno & non periculo domini: vtiq; vllam non video. neq; poterit applicari donationi, vbi, vt dixi, adest necessitas. l. rem legatam. ff. de adim. leg. quia si dixeris quod durationem promisit. promittere id non potuit: nisi per surrogationem. l. cum debere. ff. de ser. verba. pre. & in hoc verba deficiunt l. 4. §. toties. ff. de dam. in fect. l. expressa. de reg. iur.

¶ ERGO ex his clare deducitur,† defuncto eo qui pensionem soluere promisit annuam, quam imposuit super fundo: eius non teneri, exceo tantum modo, heredem, quod rem possideat. Sed quia successerit in obligatione fideiussionis quam fecit eius defunctus. vbi constet possessionem fuisse onere alieno grauatam tempore impositionis pensionis. Quod est vtile ad eum effectum, vt, etiam si rē non possideat, possit tanq; heres conueniri prædicti fideiussoris, si de re facta excussione reperiatur non sufficiens.

80

¶ PER contrarium, si tempore impositionis pensionis extiterit res sufficiēs, defuncto eo qui promisit, heres eius si rem non habeat, quia ad eum non peruenerit, vel postq; peruerit alienauerit legitimê, ad pensionem non tenebitur, cum et ipse idem defunctus siui veret non teneretur vbi rem non possideret. Limitata enim obligatio et causa limitatum producit effectum. l. Cancellauerat. ff. de his quæ instam. de len. Nam quod dicitur in. l. si pactum. ff. de prob. quod plerunq; tam hæredibus nostris q; nobis met ipsis cauemus: non debet retorquæri contra nos, vt in personalibus comprehendatur hæres cuius contrahentes nō meminere: presertim in casu prædicto, vbi et ipse cōtrahēs ex causa limitata tenebatur.

81 ¶ Vt inde quoq; decerpas, errare eos qui dixerūt. reperēpta cēsua li,

li, vel onere pensionis grauata: teneri ipsum venditorem ex integro pensionem imponere super re æque primæ bona. Et eos recte sentire qui determinant contrarium, vt sunt Carol. Moli de. in tracta. de contract. quæst. 8. cui consentit sumus Preses. vbi supra nu. 6. versi. quod item diximus. Quamuis in diuersa conclusione contra hoc innuant, sed errant penitus: quia si reperem pta census seu pensionis venditor est liber, nisi in casu supra. d. vbi vt fide iussor se obliget quia implicita sit res oneribus: non tenetur de nouo pensionem imponere. Propterea quod, vt prædixi vtile est ꝙ census siue pensio annua super multas possessiones imponatur: vt si ceciderit vna debitor non liberetur sed teneatur personaliter.

¶ VERVM queritur † an om-
82 nes possessiones debeant in contractu nominari, vel sufficiat generaliter censum imponere vt et futuræ comprehendantur, vt dicimus de generali hippotheca. l. ex obligatione generali. ff. de pig. Cassan. et enim in cathalogo gloriæ mun. part. 12. considera. 98. fallen. 25. et in consuetud. Burgund. Rub. 12. §. 6. in fine. et in consil. 63. nu. 6. existimat nominari debere. citans ad idem Conrrad. aliosq́; Sed vt testis extat Preses lib. 3. resol. cap. 7. num. 5. contrarium prædicti voluerũt, vt constat ex ipso Conrrado. de contractib. conclus. 13. quæst. 83. et ex Laurentio de Rodulphis, in cap. consuluit, in. 1. par. quæst. 13. de vsur. nec non ex Ioanne ligniano, in cap. vlt. quæst. 1. eod. tit. Et ex Carolo Molineo de contractib. in prin. nu. 22. cum quibus Preses per transit. et mihi displicere non potest. Non mihi obstat proprius motus Pij quinti tradens formam creandi census quatenus edit in his verbis, (que flectebãt Aluarũ valas. in tract. iuris emphit. q. 32.) Hac igitur nr̃a cõstitutione statuimus, censum seu annuum reditum creari, cõstitui ve, nullomodo posse nisi in re immobili, aut que pro immobili habetur, de sui natura fructifera: et quæ nominatim certis finibus designata sit. Procedit enim vbi nulla res designata sit: secus si vna principaliter et nominantim, cui reliquæ adijciantur in genere.

¶ SED iuxta hoc secundo que-
83 ritur † an res omnes insolidum teneantur pro censu, annuæ ve pensionei vel singule pro suis portionibus seu partibus? Quod vltimum defendi posse videtur quia cum plures simplici-

ter obligantur, pro virili intelli guntur obligati nisi contrarium sit actum.l.reos.§.cum in tabulis ff.de duob.reis.etiam si teneátur ex sententia.l.si mandato titij.§. Paulus respondit.ff.mand.l.si qui separatim.ff.eod.tit.in.§. quoties.l.1.tit.16.lib.5.legum re copilat.Qua forte ratione moti hoc tenent Guido quæst.432.cas sane.in consuet.Burgun.Rubr.5. §.2.nu.235.Rupell.libro.1.institut Forensi.cap.10.ex tex.singulari, in cap.2.de religios.domib.vbi Pannor nu.5.et Anchara.13.huic sententie non minime suffragan tur. Quos laudat Preses noster vbi supra nu.8.

¶ SED Locuntur in ea spetie, in qua fundi aut possesiones, super quibus census annua ve pensio imponatur diuidantur inter plu res: emptione, aut donatione, aut simili alio contractu. Quasi velint determinare contrarium, si posideat is qui imposuit: e-ius ve hæredes posideant: cu-ius opinionis sepe fuere. SED vt ego supra ostendi.nume.57, nihil interest q ipse conueniatur qui imposuit, eius ve heredes conueniantur, vel extraneus: cum par causa comprehendat eos omnes quod attinet ad perso nalem si posideant rem graua tam: vel idcirco non posideant

84

quia licite alienauerint, vel peri erit. Sed intererit in hac spetie vbi conueniatur is qui imposuit: quoniam hic simpliciter conue nietur et insolidum, siue vnam si ue plures posideat possesiones: cum et si super omnia bona sua annuam pensionem imposuerit pro ejusdem solutione persona liter insolidum se obligauit, et sufficit q vel minimam earum pars posideat: vel nullam par-tem dummodo de consensu cre ditoris non alienasset eas omnes Quod non erit vbi res deuenerit ad possessores extraneos. Tunc enim cum res ipse conueniantur obligatæ proportioneq; tenean tur pro ea tamen conuenietur qui posidet: pro eaq; tantum te-nebitur recognoscere, nisi iuro spolietur vt predixi quia non sol uerit pensionem: nam poterit res non restitui nisi obligetur insoli dum. Nec intererit q sint here-des qui posident, vt insolidum conueniantur: cum sciant omnes q pro hereditarijs portionibus heredes onera hereditaria agnos cere debere placuerit, etiam in fisci rationibus.vt in.l.pro here ditarijs.Cod.de heredit.actio.

¶ NEC impedire huic senten-tiæ quod in ipso text. habetur post verba superius relata: nisi intercedat pignus vel hippo-

theca

theca: et quod sequitur post hæc Tunc enim possessor obligatæ rei conueniendus est. Ná si multi ex dictis verbis existiment nó diuidi hippothecá vt alie actiones diuiduntur: nec aliquid interesse heres vel extraneus possideat, vt patet ibi, tunc enim possessor obligate rei conueniendus est, quæ non distinxit: ad feratur q; pro hac parte tex. in. l. Moschis et ibi gl. & Bar. ff. de iure fis. Corn. in consil. 135. lib. 1. Ferratius in. pract. libello responsionis ad actionem hippothecariá: §. exceptionem, num. 24. Ias. in. § item siquis in fraudem nu. 128. inst. de act. Fanus de pig. in primo membro. 8. par. nu. 50. dixerit q; eam veram Affilict. in constit. Neapolit. lib. 1. Rubr. 17. nu. 26. veriorem q; Preses in. d. cap. 7. nu. 7. in fine. ne creditor cum pluribus debitoribus litigare cogatur, rerum possessoribus: et ne etiam cogatur particulares recipere solutiones cum maximo discrimine, grauissimis q; expensis, NON defuerunt tamen qui oppositam opinionem tenerent. Inter quos fuit Dyn. in pred. l. Moschis Faber in. d. § ité si quis in fraudem. nu. 26. Cassaneus in consuetudin. Burgun. Rubr. 5. nu. 37. et ipse Afflictus in pred. lib. 1. nu. 26. asserens hoc seruari in Regno Neapolitano tanq̃ æquissimú ac demú tacite Preses, dum in. d. nu. 7. post principium, maximam habere æquitatem existimet hanc opinionem. Quibus id annecti potest ꝙ in. d. l. pro oneribus non dicitur ꝙ possessor insolidú coueniatur. Et rationes que per Præsidé adferuntur: magis inicio congruerent ad legislatorem mouendum, q̃; vt legem interpretentur iam conditam.

85 nam † potuit emptor, debuitq; id posse euenire prospicere. l. siquis domum. §. idem queritur. ff. locati. l. quibus diebus. §. 1. ff. de cond. et dem. vt Bar. & alij notant in. l. inter stipulantem. §. Sacram. ff. de verb. obli. Quos tamen cum non approbem, nec reprobem, quia locus disputationis non est hic: & videam tex. aliter intellectum q̃; vulgo legitur in. d. l. pro oneribus in anem quasi fuisse: et eo magis communem sententiam sequamur, ꝙ hippotheca respicit omne debitum, vt ipsa obligatio personalis cui accedit hippotheca respicit: Attamen in hoc onere pensionis annuæ posteriorem sequtus sum o-

86 pinionem. † Non enim est hippotheca, nec eius naturam habet vt probaui. Non est accessoria personali, sed equæ ei principalis, ne dixerim principalior, vt ostendi: merito inter omnes diuidenda est possessiones; nisi qui

qui possidet eas insolidum sit obligatus sua actione personali: vel quia abinitio ipse vendiderit vel coactus recognouerit quia dum est extraneus non soluerit sine litigio pensionem, sed exclusionem expectauerit depossessione.

87 ¶ HINC adparet † vtile esse ꝙ cum census nouiter venditur, annua ve pensio super aliquas possessiones imponitur, adhibeatur hippotheca ipsarum rerum cum obligatione generali: vt si obierit primus venditor et bona eius dispergantur inter multos, pereantq; fiat ad hippothecam recursus. Sed vtilius est remediũ quod insurgit ex grauamine pensionis ob remediũ prescriptionis quod resultat ex. l. male agitur. Cod. de pres. 30. vel. 40. ann.

¶ VLTIMO videndum est. †
88 an in his annuis pensionibus possimus sterilitatẽ allegare? Quod sepe tractare in rebellione Regni huius nobis accidit: Sed dispu tatum non vidimus. Etenim propter Guerrã possessiones onere pensionis grauatæ locari non potuerũt: Et si quæ cõducebãtur id erat pro precio vili, quod fortassis non æqui valebat pẽsionibus. Et est questio diuersa ab alijs duabus eius qui alienauit legitimẽ possessionem: & possessionis quæ cecidit. Et adeam questionem accedit quam decidi in nu. 20. cum alijs. vtrum qui promittit ex hoc fundo fructibus non natis teneatur? Et vtrum sit locatio talis impositio census, vel venditio aut emphiteosis? Vel census,
89 vel vocetur demum seruitus? In emphiteosi enim satis resolutum est et a nostris comprobatum: Si sub tam modica pensione res in emphiteosi non concedatur, ꝙ ex concessione intelligatur ꝙ dominus retinuit dominiũ, sed ꝙ accipit pensionem in fructuum compensationem: re perempta, aut sterilitate allegata excludi dominum a petitione, & fieri remissionem pensionis. Bar. et reli qui presertim Ias. nu. 20. in. l. 1. Cod. de iure emphit. Quin immo et si tam modica sit pensio ꝙ cum fructibus nullo modo comparari valeat: nec facta cõcessio cõtemplatione aliqua beneficij credatur: nec anuæ pẽsionis prestatio diuersa ratione fiat q̃3 in recognitionem dominij: tenent ijdẽ emphiteotam liberari quẽadmodum resoluit Ias. col. 18. nu. 88. vbi supra & iterum col. 20 in prin. nu. 93. sed loquitur de interitu, per rationem quam ibi addit: Quia emphiteota ita demum tenetur ad solutionem pẽsionis, si ex re emphiteotica quid rema

remaneat. Et aliquid remanere tunc dicimus, quando ex ipsa re emphiteotica superest pars, ex qua possit pensio solui. Bar. ibi, tam in .1. col. in .2. oppo. q̄3 in vlt. versi. quero quando sit diminutio magna, post gl. pen. ibidem in prin.

¶ QVOd quoq; in locatione ad longum tempus nostri admittunt. Cyn. Bal. reliqui atq; Ias. in loco supracitato. nu. 21. & alij quos ipse citat. Quibus conuenit lex Regia. 22. tit. 8. part. 5. simpliciter de locatione disponens: non distinguens inter longi temporis et aliam. Et Guerræ sterilitas in. l. 28. eod. tit. et part. et stirilitati Guerra æquiparantur. vbi et alij casus fortuiti iunguntur.

90 ¶ SED vt cernis, †annuæ pensionis contractus soluendæ pro precio accepto, emphiteosis nõ est: nec comparatur eidem: quia tũc tantum comparatur cum soluitur pro re recepta, cuius remanet dominium apud ipsum qui concessit, et idcirco eidem soluitur vt confiteatur esse dominus. Sed nec dicenda est locatio. pecunia etenim accipitur, non autem res vt colatur. Sed si locatio non est sterilitas non potest allegari.

¶ DIC Demum ꝙ est census, & tunc in hac annua pensione habebunt locũ omnia que in cõtractu census statuta sunt iure communi. vt volunt Anto. Gometius in. l. 63. Tauri col. 5. & plenius Palat. Rub. ibi, in sua gl. post Bal. qui ad istud citatur in authen. eiqui iurat. nu. 59. Cod. de bon. auth. iud. possiden. Innocen. Abb. Cardin. et omnes, in cap. in ciuitate, de vsur. ita quidem, vt idem sit de hoc contractu censuali, in quo quis super re sua propria immobili, accepto precio, pensionem annuam perpetuam ad tempus ve cum pacto redimendi imponit: & de eo in quo quis accipit rem immobilem alienam gratis vel precio dato pro ea, cum obligatione soluendi annuam pensionem in recognitionem pristini dominij pro dicta re gratis dati, aut estimata eo precio cui annua conuenit pensio, vt communiter volunt doctores, in cap. constitutus, post gl. ibi, extra de religio. domib. Imol. col. 2. & alij in cap. 2. de reb. Eccles. non alien. Bar. et alij in. l. 1. §. 1. ff. de publican. Ias. in. l. 1. nu. 48. Cod. de iure emphit. et in authen. qui rem. nu. 10. C. de sacrosanct. eccle. Anto. Gomez in. l. 68. Tauri. col. 3. Benedict. Curt. in Arist. 8. pagi. 69. et postremo Aluarus Vaez seu valascus in. 1. par. tract. d iure emphit. c. 22. qui hos postremos ad hoc citat. nu. 7

et primus cum dicta equiparatione nu. 8. Quod si equiparatio bona est ac recepta, de contractu censuali in quo recipitur pecunia pro qua soluenda erit pensio ad contractum censualem in quo recipitur res ad celum vt pẽsio pro ipsa re quæ recipitur soluatur: et hic contractus emphiteosi equiparatur: de primo ad vltimum sequitur, idem esse de contractu censuali annuę pensionis soluendę pro pecunia recepta quod est de mero emphiteosi. ideo valet sterilitas deduci et allegari, in hoc contractu vulgari annuę pensionis soluendæ, quem vulgo appellamus censualem, quemadmodum et in eo qui comparatur emphiteosi: & in ipsa eadem emphiteosi. Sed substineri non videtur quod sit idem de eo qui possessionem adquirit et dominium per emptionem et traditionem pecuniæ: quod est de eo qui proprium dominium alienat cum retentione vllius iuris: cum alibi emptor dicatur & alibi sit venditor. Merito si comparatio est mala, illatio quoq; falsa est quæ tractat de sterilate.

¶ SED dic ꝙ vocetur venditio: et tunc non poterit allegatio sterilitatis substineri. quia in emptionibus non inuenitur, sed periculum rei venditæ. vt per totum. Cod. &c. ff. de pri commodo rei vend.

¶ Adde ꝙ dicatur seruitus seu ius quodam reale, predio, seu rebus omnibus immobilibus pro certo precio impositũ: quod sequitur res ipsas in quem cunq; possessorem transierint: vt in simili, tributionus, rem tributariam quocunq; ierit illam sequitur l. 2. C. de alluuionib. &c. l. vlt. Cod. sine censu vel reliquis. quemadmodum nos supra sensimus. & palam probat Valascus in loco dudum citato nu. 13. ponens hanc diffinitionem. Nam nec tunc sterilitas videbitur substentabilis: quia in seruitutibus non legitur ꝙ allegetur sterilitas: nec si allegetur q, valeat allegatio eiusdem Quid igitur de sterilitate dicendum?

91 ¶ MIhi videtur valere atq; tenere allegationem si aliquid particulare eam non tollat. Sed ad probandum hoc clare, quis contractus iste sit oportet examinare. ideo breuiter dicendum est, ꝙ est venditio: Sed pensionis siue fructuum. Debet enim res immobilis interuenire vt predixi, ex extrauagantib. Martini atq; Calixti. inter extrauagantes cõmunes. de emp. et vẽd. quæ pariter incipiunt Regimini. et extrauagan

uagan. Pij quinti. Interuenit quoq; precium, quod efficit venditionem. gl. communiter approbata in. l. si ex precio Cod. si cert. pet. Demum consensus interuenit, & sic substantialia contractus. l. nec emptio. l. in venditionibus. l. pacta conuenta. ff. de cōtrah. empt. Quod aūt sit venditio fructuum seu pensionis annuæ soluendæ in pura pecunia, nullo monstrante id reponitur. Sed cum dixeris, in venditionibus non contingit sterilitas; respondebo verum est, si proprietas ipsa vendatur et tradatur. Tunc enim vera est regula, et superest periculum reiuenditæ ad dominum expectare. l. pignus. Cod. de pig. act. l. 1. Cod. de per. & cōmod. rei vend. Cæterum si fructus fundi vendantur: pars ve reddituum alicuius retentæ domus: quis valebit inficiari, teneri venditorem ratione possessionis quam ad onus seu pensionem destinauit? lex vlt. §. vlt. ff. de contrah. empt. et φ contulit se ad fructus vel redditus possessionis? lex si debitor. §. verisimile. ff. eod. tit. ita vt quasi taxationis obligationis vicem pareat fundi vel bonorum nominatio. l. cum certus numerus. ff. de trit. vino et oleo legato. Et ideo magis quia (vt supra extat probatum) nō potest pensio annua super persona principaliter aut sine bonis imponi. Allegatur ergo sterilitas in hac contractu venditionis: quia pars fundi quod venditur considerata pensione: remanet penes ipsum venditorem tanq̄ locetur eidem, et tanq̄ breui manu acciperet eam emptor, et venditori locaret. Sic enim hac ratione, nihil interest quis contrahat istum contractum censualem tradendo fundum suum proprium, vel φ, datis pecunijs pro censu, venditorem pensionis sibi obliget, vt prehabiti. dd. dixerunt. Nam obligat pro venditione prehabitæ rei immobilis reddentis fructum, vel, loco eius, pensionem: quasi emat partem fundi correspondētem pensioni. Emit nanq; & ideo venditor gabellam soluit, vt cernis occulis quotidie. Ergo in propria re domini ementis pensionē casus accidit fortuitus: Guerræ et sterilitatis, vel interitus ipsius rei et eius periculo perit. prehab. l. pignus. Cod. de pig. act. cum alijs supra cit. Quod bene presensit proprius motus Pij Quinti, ne dicá expresse dicit quādo dicit: Postremo census omnes in futurum creandos, non solum re intotum vel pro parte perēpta: aut infructuosa intotum, vel pro parte effecta, volumus ad ratam perire sed etiam posse pro eodem precio extingui: Ecce pari ficata sūt aprehabito Pontifice Pio quinto

q res pereat in totum quo ad totum, vel pro parte quo ad partem: aut q, fiat in totum infructuosa, quo ad totum, quod proprie est sterilitas: vel pro parte quo ad partem, quod vocat Pontifex ratam: vt etiam si sterilitas acciderit non in totum, pro rata pensio extinguatur. Quamuis posset acerrimus indagator respondere, q tractat de infructuositate nō annuali sed perpetua re sidēte in rei substātia. Sed quod iuris est de toto erit de parte. l. que de tota. ff. de rei vendicat.

92 ¶IDEO, †quod ellicitur ex tex. in. l. si merces. §. vis maior. ff. loc. per omnes doctores communiter: et ex cap. propter sterilitatē extra eo. tit. vbi Abb. Imol. Anani. Rauen. & schola cōmunis doctorum teste Aluaro valasco, in preh ab. tract. iuris emphiteo. 1. par. cap. seu quest. 30. nu. 6. In colono partiario non esse locum allegationi sterilitatis: tunc erit sine timore admittendum, cum partiarius remanet in suo nomine partiarij. quia ad quotam, nē pe tertij, quinti vē teneatur: Sepissime enim locatur fundus ad quartū, vel ad quintū frumēti ordei ve, vel alterius seminis quod in fundo nascatur: et est casus absq; dubio. Sed si in nomine partiarij non remaneat: qui ad quotam non teneatur, sed ad partē quandam certam totius fructus numeratam, (vt ad centum milli amodiorum iuxta. d. l. vlt. §. vlt ff. de contrah. empt. vel quia promiserit pondus olei vel mensuram iuxta. l. si debitor. §. verisimile. ff. eod. tit.) cessabit dicta conclusio: & poterit sterilitas allegari, vt ibi. & in. d. l. cum certus numerus. ff. de trit. vino et oleo leg. & in alijs supradictis: sic enim sub breuibus dici poterit, aliud in simplici colono partiario: et aliud in colono partiario numerico, seu numerario.

¶IGItur pro complemento ex
93 his deducitur, † annuas pensiones, seu reditus redimibiles (qui ad rationem quatuor decim pro milliario imponuntur: nec possunt minores promitti. l. vlt. tit. 15. li. 5. nouæ legū recollect. huius regni) postq̄; iā sunt legitimo precio interueniētæ cōstitutæ, seu constituti: viliori precio ex domino et iuris exactore comparari posse. Emptio etenim est predicti iuris, non differens ab alia emptione fundi, aut domus lancis, equi, vel alterius rei maiorem valorem habentis. Et errant omnes qui putant contractum hūc esse iniustum. Non obstat prehabita regia lex quia loquitur de censu imponēdo, et de eius iustitia:

stitia:nos vero de iusto censu imposito.vt prius aduertit Olanus in concordia antinomiarum iuris cõmunis & regij littera.A. nu. 113.cuius iustitia exeo pendet ne venditor decipiatur vltra dimidium iusti præcij,vt in.l.2.C. de rescin.vend.Et eo magis q; minoris effectus et cõmodi regulariter est annua pensio,q̃3 tota pecunia rediret,presertim in mercatoribus.propter quod res tantum valet quantum vendi communiter potest.l. præcia rerum. ff.ad.l.fal.

¶LEGES ab anastasio,et per diuersas.Cod.mand. minus nocent, aborrent enim litium redemptores,idest eos qui alienas actiones in se suscipiunt. quia sepe venditores et qui cedunt in alios actiones,vel ideo cedũt quia amore,vel timore eiusdem litis, non putant totum exigere : vel quia de seipsis desperant vexare reum posse vt is vexabit qui emit , suscipit ve in se actiones. Quod non accidit in emptore annuæ pensionis:cum exigi precium principalis pensionis, idest precium quod datum fuit pro cesione iuris,exigi inuito debitore non posit:sed sit redemptio ad eius libitum.ita quidem vt si redimere ipse velit non sua inter sit magis venditori q̃3 emptori soluere.Propterea iura supradicta censent ne plus redemptor litis exigat q̃3 ipse dedit pro actione.

¶ EX CAPITE SEQVENTI.

¶ Existimare hispanos scriptores de maioratu ad patronatum iudicium idem esse:et sub regulis maioratus patronatum comprehendi.

2 Diffinitio maioratus(secundum Molinam) est ius succedendi in bonis ea lege relictis,vt in familia, integra,perpetuo conseruentur:proximoq; cuiusq; primogenito ordine successiuo defferantur.

3 Res onere grauata pro cōmodo animę debet perpetuo conseruari cum suo onere.

4 Omnem dispositionem de mundo recipere interpretationem regionis in qua degitur.

5 Patronatum a maioratu differre quia non competit ei diffinitio Maioratus.

6 In maioratu potior est familia.Sed anima in patronatu.

7 Bona patronatus vendi possunt:et ius ipsum patronatus cum bonis ipsis transit in emptorem. etiam si sit ius patronatus ecclesiasticum.

8 Lege aut homine prohibente alienationem rei simpliciter,nisi dirigatur prohibitio incertas et singulas res,notatasq; personas non videri in ea re prohibitam institutionem heredis:siue institutio ex testamēto peruenerit,siue ex lege deferatur,vtcū abintestato succeditur.

9 Res prohibita alienari vt permaneat in maioratu, debet necessario per vltimum possessorem relinqui successori iuri sanguinis contingenti.

10 Diuersimode apud nos solere relinqui pro anima.

11 De vniuersis bonis solet fieri patronatus quem dicunt capellaniam.

12 Siue testator fundum pro anima reliquerit,siue vniuersaliter bona omnia:siue velit prouidere patrono, siue sacerdoti principaliter:Siue sacerdoti æqualiter atq; patrono,hoc vnum est absq; dubio:q; vult animæ prouidere principaliter.nam eius gratia curat constituere patronatum,et item aniuersarium.

13 Vbi non potest nisi vnica ratio reddi,ea habetur acsi fuisset expressa.

14 Qui aniuersarium facit,Patronatum,vel capellaniam, nihil gentilitię dicens,de anima considerauit dumtaxat,vel de anima credendum est tantummodo cōsiderasse.Ergo de agnatione nihil, Gentilitie nec prophanitatis.

15 Etiam in vniuersali patronatu:idest in eo patronatu in quo cuncta bona ipsi heredi relinquuntur sacerdoti aliqua portione assignata,succedere feminam posse atq; debere.Nec excludere eam masculus in inferiore gradu existens,nec in pari.

16 Mentio hęc familię,nunquam feminas exclusit:memoriam etenim conseruant.

17 Per feminam etiam nuptam quoq; familia cōseruatur.

18 Generum vt sororem,hoc nomen,familia,comprehendere.

19 Si late nomen familię sumatur,non solum agnatos, verum etiam cognatos comprehendit.

20 Nihil impedire contra feminas q, res relicta pro anima seu aniuersario vel Capellania prohibeatur alienari.

21 Debere quid addi masculinitatis vel agnationis, vt femina propter masculum a fideicōmisso excludatur. nam agnatio per feminas non conseruatur,nec per filios feminarum.

22 Si in institutione Patronatus institutor id expresserit reserit absq; dubio.

23 Si institutor id non dixerit:ratio tamen eadem sub intelligi,et ex verbis possit colligi habebitur pro expressa.

24 Sepe homines auribus tenere lupum volunt : Deoq; & Mamone seruire:

25 Licet regulariter masculinum concipit femininum : in multis iuris nostri articulis,deteriorem esse conditionem feminarum,q̃3 masculorum constat.

26 Masculo et femina relictis testamenti executoribus, si discordent,preferendum in dubio masculum esse. item si patroni sint, discordentq; in presentatione preferendus erit masculus.

27 In differentibus ratione masculinū non concipere femininum.

28 Deficiente masculo succedere feminam.

29 Incepta linea successionis,finiri ipsam debere, anteq̃3 ad transuersales pro grediamur:etiam vbi masculinitatis expressa mentio sit facta.

30 Inter successionem Regni,Ducatus et Marchonatus et Varonie ex vno latere.et Patronatus ex alio:differentiam non existere q, attinet ad lineam ceptam.

31 Quod Paul.Castrens,ab omnibus celebratissimus dixit in Maioratus successione, feminam ad instar redigi secundi gradus masculo existente:in ipsa linea cepta admittendum non creditur,nec dictum.et iterū aliter.nu.48.&.54.

32 Si diuersarum linearum,(dempta linea cepta)masculus & femina ad maioratum concurrant : masculus quāuis etate minor feminæ erit preferendus: quia (vt dignior)etiā si cū sorore concurreret maiori eam excluderet.

33 Emendationem mereri diffinitionem Maioratus a Molina nobis traditam. Nam quatenus dicit, vt in familia conseruentur:deberet dicere, vt in agnatione et cognatione,integra perpetuo bona conseruentur.

34 Verius videri quod dixerant Oldral. & alij, q; succeditur in Maioratu iure sanguinis, et non iure hæreditario.

35 Filius primogenitus, etiam si heres patris non fuerit potest in maioratu quem eius pater possederat succedere si vult.

36 Molinæ, ea est distinctio, Aut consideramus successionem respectu primi maioratus institutoris, & succeditur iure hereditario, vt alibi contrarius sibi dixerant idem Oldral & alij. in cons. 94. Aut consideramus successionem respectu vltimi possessoris & succeditur ei iure sanguinis.

37 Arguitur contra supra dictam distinctionem & concordiam.

38. Inciditur in ea questione, an possit cui prælegatur aliquid in aliquo testamento in quo heres instituitur, acceptare prelegatum repudiata hereditate? discutitur q; ea ibi,

39 Ex lectione Ludouici de Molina, ad. l. 21. Tauri. non solui difficultatem oppositam succesioni iure hereditario quam dixerat delatæ primo vocato ad maioratum.

40 Vltimo Maioratus successori semper iure sanguinis succedi, vti dixerat dictus Molina. Primo vero Maioratus institutori, non semper iure hereditario succedi, sed legati, fidei ve commissi.

41 Vt possit quis acceptare prælegatum repudiata hæreditate: verbis priuatis legati, aut fideicomissi constare debet relictum esse prelegatum.

42 Verbum instituo, verbum honorarium est, et onerarium.

43 An omne relictum pro anima quod in perpetuum relinquitur, vtiest aniuersarium vocandum sit Patronatū?

44 Sportula ab effectu sumitur pro alimentis: vt in prouerbio iam sit: sportella salis me destruit. et quare dictum sit. salis?

45 Sepulchrum quod alias vendi non potest, in fundi venditione venit.

46 Tunc vocatur patronatus cum aliquid relinquitur ad titulum Capellaniæ: in qua cadit presentatio.

47 Proprie patronatus est cum habet titulum, id est honorem & onus: quia patronus id est pater cum onere seu pater oneris, & ibi quis sit improprie patronus.

48 Quod dicitur, feminam in successionibus maioratus & patronatus ad instar redigi secundi gradus masculo existente: Cessat in anniuersario simplici, & in eo patronatu qui improprie est patronatus,

49 Si regulā inspicimus patronatus innihilo conferre valent cum regulis Maioratus. quia in patronatu tantummodo inspicitur pium: In Maioratu vero agnatio inspicitur, & fere omne gentilitium

50 Maioratus prouenit atq; defertur iure sanguinis: Patronatus vero iure hereditario defertur.

51 Maioratus nō potest alienari: Patronatus vero saltem cum vniuersitate, cedi, donari, Permutari, ac vendi potest.

52 Maior ratio est quòd Regnet frater masculus, q; q; soror regnet maior. quia est vltra sexum muliebrē defensionem fratris atq; Regni in se suscipere.

53 In patronatu æqualis et maior ratio est quòd femina succedat quia deuotum est genus mulierum.

54 In quo casu regula Pauli Castrensis admittenda sit, qua dixit, in Maioratus successione feminam ad instar redigi secundi gradus.

55 Necessario in maioratu quatuor esse consideranda quæ sunt, linea: Gradus: Sexus: et demum ætas.

56 Etiam in successione Regni, et Maioratus feminas non repellentis: masculum remotiorem in gradu feminam proximiorem non excludere.

57 Tam linea cepta, quā gradus anterioritas, efficitū: vt masculus dignior femina non habeatur in Regni successione aut maioratu.

58 Lex. 2. tit. 15. par. 5. & l. 40. Tauri. que hodie est. 5. tit. 5. lib. 5. noue recopillationis legum: lineam significant esse ceptam. eo ipso quòd possessor maioratus filium habuit qui ex legitimo matrimonio relinqueret sibi nepotem qui concurrat cum alio filio secundo ad successionem. vt inde nepos femina idem possit quòd nepos posset masculus.

59 Ius primo geniture transmisibile est ad filium primogeniti. Immo et ad eius filiam, etiam si primogenitus moriatur ante patrem.

60 Non interest decedat primogenitus, an aliter viuente ipso ius abdicet primogeniture a se quia in vtroq; casu non adimit filio suo ius hoc primogeniture & succedēdi ea de causa.

61 Etiam in Maioratu, in quo per testatorem consideratur agnatio: plus infallibiliter consideratur directio linee quam propinquitas in gradu et masculinitas.

62 Longius in vere quam in bieme a nobis distat sol: & multo longius in estate quam in vere: sed plus estuat et advrit in estate quam in vere: & plus in vere: quam in bieme calefacit ob radiorum directionem, qui ex alto magis petunt atq; influunt q; ex latere, licet extant propinquiores.

63 Femina quando ex masculo descendit finis agnationis est sed in ea durat agnatio.

64 Testator qui feminas intotum non exclusit sed post masculos admissit: de graduum corruptione non tractauit. Ideo gradus preferendus est presumptioni conseruationis cognationis

65 Talis presumitur esse voluntas testatoris qualis de iure esse debet.

EX CAPITE SEQVENTI.

Existimare hispanos scriptores de maioratu ad patronatum iudicium idem esse:et sub regulis maioratus patronatum comprehendi.

2 Diffinitio maioratus(secundum Molinam) est ius succedendi in bonis ea lege relictis,vt in familia, integra,perpetuo conseruentur:proximoq; cuiusq; primogenito ordine successiuo defferantur.

3 Res onere grauata pro cōmodo animæ debet perpetuo conseruari cum suo onere.

4 Omnem dispositionem de mundo recipere interpretationem regionis in qua degitur.

5 Patronatum a maioratu differre quia non competit ei diffinitio Maioratus.

6 In maioratu potior est familia.Sed anima in patronatu.

7 Bona patronatus vendi possunt:et ius ipsum patronatus cum bonis ipsis transit in emptorem. etiam si sit ius patronatus ecclesiasticum.

8 Lege aut homine prohibente alienationem rei simpliciter,nisi dirigatur prohibitio in certas et singulas res,notatas q; personas non videri in ea re prohibitam institutionem heredis:siue institutio ex testamēto peruenerit,siue ex lege deferatur,vtcū ab intestato succeditur.

9 Res prohibita alienari vt permaneat in maioratu, debet necessario per vltimum possessorem relinqui successori iuri sanguinis contingenti.

10 Diuersimode apud nos solere relinqui pro anima.

11 De vniuersis bonis solet fieri patronatus quem dicunt capellaniam.

12 Siue testator fundum pro anima reliquerit,siue vniuersaliter bona omnia:siue velit prouidere patrono, siue sacerdoti principaliter:Siue sacerdoti æqualiter atq; patrono,hoc vnum est absq; dubio:q, vult animæ prouidere principaliter.nam eius gratia curat constituere patronatum,et item aniuersarium.

13 Vbi non potest nisi vnica ratio reddi,ea habetur ac si fuisset expressa.

14 Qui aniuersarium facit,Patronatum,vel capellaniam, nihil gentilitiæ dicens,de anima considerauit dumtaxat,vel de anima credendum est tantummodo cōsiderasse.Ergo de agnatione nihil, Gentilitiæ nec prophanitatis.

15 Etiam in vniuersali patronatu:idest in eo patronatu in quo cuncta bona ipsi heredi relinquuntur sacerdoti aliqua portione aßignata,succedere feminam posse atq; debere.Nec excludere eam masculus in inferiore gradu existens,nec impari.

16 Mentio hæc familie,nunquàm feminas exclusit:memoriam etenim conseruant.

17 Per feminam etiam nuptamq; quoq; familia cōseruatur.

18 Generum vt sororem,hoc nomen familia,comprehendere.

19 Si late nomen familiæ sumatur,non solum agnatos, verum etiam cognatos comprehendit.

20 Nihil impedire contra feminas q, res relicta pro anima seu aniuersario vel Capellania prohibeatur aliena ri.

21 Debere quid addi masculinitatis vel agnationis, vt femina propter masculum a fideicōmisso excludatur. nam agnatio per feminas non conseruatur,nec per filios feminarum.

22 Si in institutione Patronatus institutor id expreßerit reserit absq; dubio.

23 Si institutor id non dixerit:ratio tamen eadem sub intelligi,et ex verbis poßit colligi habebitur pro expressa.

24 Sepe homines auribus tenere lupum volunt : Deoq; & Mamone seruire:

25 Licet regulariter masculinum concipit femininum : in multis iuris nostri articulis,deteriorem eße conditionem feminarum,q̃3 masculorum constat.

26 Masculo et femina relictis testamenti executoribus, si discordent,preferendum in dubio masculum eße. item si patroni sint, discordentq; in presentatione preferendus erit masculus.

27 In differentibus ratione masculinū non concipere femininum.

28 Deficiente masculo succedere feminam.

29 Incepta linea succeßionis,finiri ipsam debere, anteq̃3 ad transuersales pro grediamur:etiam vbi masculinitatis expressamentio sit facta.

30 Inter succeßionem Regni,Ducatus et Marchonatus et Varonie ex vno latere:et Patronatus ex alio:differentiam non existere q, attinet ad lineam ceptam.

31 Quod Paul.Castrens,ab omnibus celebratißimus dixit in Maioratus succeßione,feminam ad instar redigi secundi gradus masculo existente:in ipsa linea cepta admittendum non creditur,nec dictum.et iterū aliter.nu.48.&.54.

32 Si diuersarum linearum,(dempta linea cæpta)masculus & femina ad maioratum concurrant : masculus quāuis etate minor feminæ erit preferendus : quia (vt dignior)etiā si cū sorore concurreret maiori eam excluderet.

33 Emendationem mereri diffinitionem Maioratus a Molina nobis traditam.Nam quatenus dicit, vt in familia conseruentur:deberet dicere, vt in agnatione et cognatione,integra perpetuo bona conseruentur.

34 Verius videri quòd dixerant Oldral. & alij, q̃ succeditur in Maioratu iure sanguinis, et non iure hareditario.

35 Filius primogenitus, etiam si heres patris non fuerit potest in maioratu quem eius pater poßederat succedere si vult.

36 Molinæ, ea est distinctio, Aut consideramus succeßionem respectu primi maioratus institutoris, & succeditur iure hereditario, vt alibi contrarius sibi dixerant idem Oldral & alij. in cons. 94. Aut consideramus succeßionem respectu vltimi possessoris & succeditur ei iure sanguinis.

37 Arguitur contra supra dictam distinctionem & concordiam.

38 Inciditur in ea questione, an posit cui prælegatur aliquid in aliquo testamento in quo heres instituitur, acceptare prelegatum repudiata hereditate? discutitur q̃ ea ibi.

39 Ex lectione Ludouici de Molina, ad. l. 21. Tauri. non solui difficultatem oppositam succesioni iure hereditario quam dixerat delatæ primo vocato ad maioratum.

40 Vltimo Maioratus successori semper iure sanguinis succedi, vti dixerat dictus Molina. Primo vero Maioratus institutori, non semper iure hereditario succedi, sed legati, fidei ve commißi.

41 Vt poßit quis acceptare prælegatum repudiata hæreditate: verbis priuatis legati, aut fideicomissi constare debet relictum esse prælegatum.

42 Verbum instituo, verbum honorarium est, et onerarium.

43 An omne relictum pro anima quod in perpetuum relinquitur, vti est aniuersarium vocandum sit Patronatū?

44 Sportula ab effectu sumitur pro alimentis: vt in prouerbio iam fit: sportella salis me destruit. et quare dictum sit salis?

45 Sepulchrum quod alias vendi non potest, in fundi venditione venit.

46 Tunc vocatur patronatus cum aliquid relinquitur ad titulum Capellaniæ: in qua cadit presentatio.

47 Proprie patronatus est cum habet titulum, id est honorem & onus: quia patronus id est pater cum onere seu pater oneris, & ibi quis sit improprie patronus.

48 Quod dicitur, feminam in successionibus maioratus & patronatus ad instar redigi secundi gradus masculo existente: Cessat in anniuersario simplici, & in eo patronatu qui improprie est patronatus.

49 Si regulā inspicimus patronatus in nihilo conferre valent cum regulis Maioratus. quia in patronatu tantummodo inspicitur pium: In Maioratu vero agnatio inspicitur, & fere omne gentilitium

50 Maioratus prouenit atq; defertur iure sanguinis: Patronatus vero iure hereditario defertur.

51 Maioratus nō potest alienari: Patronatus vero saltem cum vniuersitate, cedi, donari, Permutari, ac vendi potest.

52 Maior ratio est quòd Regnet frater masculus, q̃ q̃ soror regnet maior. quia est vltra sexum muliebrē defensionem fratris atq; Regni in se suscipere.

53 In patronatu æqualis et maior ratio est quòd femina succedat quia deuotum est genus mulierum.

54 In quo casu regula Pauli Castrensis admittenda sit, qua dixit, in Maioratus succeßione feminam ad instar redigi secundi gradus.

55 Neceßario in maioratu quatuor eße consideranda quæ sunt, linea: Gradus: Sexus: et demum ætas.

56 Etiam in succeßione Regni, et Maioratus feminas non repellentis: masculum remotiorem in gradu feminam proximiorem non excludere.

57 Tam linea cepta, quā gradus anterioritas, efficitū: vt masculus dignior femina non habeatur in Regni successione aut maioratu.

58 Lex. 2. tit. 15. par. 5. & l. 40. Tauri. que hodie est. 5. tit. 5. lib. 5. noue recopillationis legum: lineam significant esse ceptam. eo ipso quòd possessor maioratus filium habuit qui ex legitimo matrimonio relinqueret sibi nepotem qui concurrat cum alio filio secundo ad succeßionem. vt inde nepos femina idem possit quòd nepos posset masculus.

59 Ius primo geniture transmisibile est ad filium primogeniti. Immo et ad eius filiam, etiam si primo genitus moriatur ante patrem.

60 Non interest decedat primogenitus, an aliter viuente ipso ius abdicet primogeniture a se quia in vtro q̃; casu non adimit filio suo ius hoc primogeniture & succedēdi ea de causa.

61 Etiam in Maioratu, in quo per testatorem considerata creditur agnatio: plus infallibiliter consideratur directio linee quam propinquitas in gradu et masculinitas.

62 Longius in vere quam in hieme a nobis distat sol: & multo longius in estate quam in vere: sed plus estuat et advrit in estate quam in vere: & plus in vere: quam in hieme calefacit ob radiorum directionem, qui ex alto magis petunt atq; influunt q̃; ex latere, licet extant propinquiores.

63 Femina quando ex masculo descendit finis agnationis est sed in ea durat agnatio.

64 Testator qui feminas in totum non exclusit sed post masculos admissit: de graduum corruptione non tractauit. Ideo gradus preferendus est pre sumptioni conseruationis cognationis

65 Talis presumitur esse voluntas testatoris qualis de iure eße debet.

66 Si agrdum non voluit testator corrumpere, gradui acquisitum fuit ius succedendi: non personæ tantummodo nasciture ingradu alio inferiore.

67 Frustra disputasse Meres an femina ingradu proximior vlteriorem excludat eundem Maioratum petentem.

68 Vt femina ingradu anterior excludenda sit a successione per masculum: opus est q̃ vltra vocationem masculinitatis, exprimatur quòd succedat masculus etiam gradu inferior: vel quid simile exquo possit colligi voluntas testatoris.

69 Expressum est quòd ex mente potest colligi. et dicitur euidenter apparere quod apparet ex legitimis coniecturis.

70 Coniectura non erit arbritrio iudicis relinquenda, sed debebit a iure esse approbata.

71 Corripitur quedam coniectura quam posuit Meres quanq; sufficientem esse dixit, si testator habens filios & filias, filios in infinitum inuitauerit immemor filiarum suarum.

72 Epilogus breuis scribitur.

73 Cum non constat voluisse disponentem agnationem conseruare: sed possit dignitas ita feminæ competere sicut masculo: femina admittitur sicut masculus.

74 Vbi cessat ratio agnationis filius ac descendens ex femina comprehenditur sub vocatione masculorum.

75 Ostenditur debilitas memorie in Meres, & in eadem questione duas contraditorias tenuisse.

76 Scripture priuillegiorum debere penes eum heredem esse qui maiorem habeat partem hereditatis: & penes masculum si inter heredes masculos & feminas contendatur, antianiorem & digniorem.

77 In maiori patronatu masculum preferri femine in eadem linea existenti: si obtinuerit cõsuetudo sic succedendi in ipso. ad similitudinem eius quod dicitur in. l. 41. Tauri de successione in Maioratu de quo scriptura non apparet, nec aliqua eius institutio.

78 In reliquis priuatis patronatibus idem esse. si probatur consuetudo generalis inea plaga, sic in ipsis successisse a tempore immemoriali: & cum ea solennitate fortassis, que in reliquis est necessaria.

¶DE NATVRA ET DIFFINITIONE patronatus, Capellaniæ, et anniuersarij, et q̃ differant a maioratu.

CAP. XII.



VANto patronatus huius regni Memoriæ (quæ aiũt) et Capellaniæ, siue anniuersarij cum materia precedentis capituli simbolizent: Quantam q; habeant similitudinem cu maioratu:ne dicam (vt autumant) agnationem: Et quanto demum sint in vsu, sintq; in consuetudine nemo est qui non sciat. Sed quàm malè a doctis huius peritiæ ipsorum materia penetretur que confestim lector audies demonstrabunt.

1 ¶ EXIstimant † quippe hispani nostri demaioratu et patronatu judicium idem esse, ita per regulas maioratus cum patronatu per currentes, ac si patronatus maioratus esset, et sub eiusdem regulis compræhenderetur, vt ex Petro de Peralta colliges. in Rubri. ff. de hered. inst. nu. 123. ex Antonio Gomecio in. l. 40. Tauri, nu. 65. in fine. ex domino Anto. Padillens. in Rubr. Cod. defidei comm. nu. 8. ex Pinelo in Rubr. Cod. de rescin. vẽd. cap. 2. primæ partis. et ex Ludouico de Molina (vir alioqui clarus ac ingeniosus) in tract. Maioratus Regni Hispaniæ. lib. 1. cap. 1. num. 26. et in cap. 7. ad fin. num. 11. cum hac propositione tanq̃; cum absolutissima per transiente, atq; se id sepius vidisse obseruatum dicente. Ac defendente, legem. 46. Tauri, que hodie est. 6. titu. 7 lib. 5. nouæ legum recopillat. (qua cauetur, cedere edificia facta in bonis maioratus per eum qui possedit maioratum, commodo ipsius maioratus) recipere q; omnes eius conditiones & esse indiuisibilia: & non communia heredum possessoris maioratus: Vt etiam voluit Peralta in loco supracitatocirca. l. 40. in ijsdem. ll. que hodie est. 5. libro et tit. predicto. in qua habetur, filium filij premortui inuita possessoris maioratus essepatruo preferendum re presentans patris caput, locũ sibi inpatronatu vindicare. vt etiá in annagio Regni franciæ dixit faber, in. §. ceterũ. nu. 4. insti. delegit. agn. success. id quod Meres etiam comprobat in tract. Maioratuum. 2. par. quest. 6. nu. 28. Quod ex multis solent libel-

2 larij comprobare. quoniam † diffinitio maioratus (si credimus Molineo predicto Hispano) est, ius succedẽdi in bonis ea lege relictis vt in familia, integra perpetuo conseruẽtur: proximoq; cuiq; primogenito ordine successiuo

tio deferantur. Quod omne con
gruere videtur patronatui. nam
anima est perpetua & id quod
3 pro ipsa relinquitur. propterea.
debet res perpetuo conseruari
cum suo onere .l.nihil proponi-
tur.123.ff.de leg.1.Et cum debet
perpetuo conseruari debet ad
vnum venire.Lup. in rubr. extra
de donat. inter virum et vxor.§.
69.nu.21. Suarez in quest. maio
ratus.col.5.Preses in lib.3.var. re
sol.cap.5.in prin. et Molina late
probans in tract.maioratus Reg
ni hispaniæ in plerisq; illius parti
bus atq; presertim lib.

¶ Sed cum debet ad vnum per
uenire, ad masculum debet esse
et non ad feminam. Petr.de Bel
lapert.et Iacob.de Aren.in.l. pa
ter.§.quindecim.ff.de leg.3. Bal.
in.l.in multis.ff.de stat.homin.&
in.l.1.ff.de sen.Angel.in cõsil.281.
Aret.264.Rom.98.socin.90.lib.1
in fine Paris.72.nu.8.lib.4.Preses
et Molina in locis supracitatis. in
qua sententia omnes allegant. l.
in multis.ff.de statu homi.

¶ Secundo arguunt ex his que la
te congessi in cap.2.supra hoc li
4 bro presertim nu.2. omnem dis
positionem de mundo, pactio
nes et dispositiones priuatorum
(in ambiguo) recipere interpre
tationem regionis in qua degi
tur. Sic enim disposuisse creditur
l.librorum.§.quod tamen Cassi
us et ibi Accurs.& alij.ff.de leg.3.
Bar.in.l.talis scriptura in prin.ff.
de leg.1.Late Preses vbi supra in
ferens quod diximus in preh. c.
2. ad questionẽ Maioratus. Qua
re et ad patronatum idem putãt
inferendum. vt ex omnibus pre
dictis colligeuus. Vt ex hinc non
mirum sit si catuli alij & tirones
cum hac opinione transierint
cum qua pertransierunt totillus
tres eximijq; doctores.

¶ Ex aduerso tamẽ immo q. Pa
5 tronatus differat a maioratu sic
probatur. Non ei cõpetit diffini
tio ergo neq; diffinitũ.l.1.& quod
ibi notatur.ff.de reg.iur. Quod
nõ competetat diffinitio patet.
quia maioratus est vt diximus ex
præhabito Molina, ius succedẽdi
in bonis ea lege relictis vt in fa-
milia, re integra perpetuo cõser
uetur. sed bona patronatus nõ re
linquũtur ea lege vt in familia per
petuo cõseruẽtur: sed vt pro ani
ma Deo oretur, sacrificiũ ve dica
6 tur: sic, vt in maioratu potior sit
familia, sed anima in patr.l.liber
tus, de alimen. et cibar.leg. ergo
diffinitio ei nõ competit.

¶ Præterea maioratus bona vt
cõstat ex diffinitione alienari ex
tra familiã nõ possũt, sed in fami
lia debẽt perpetuo conseruari.
quod nõ est in bonis patronatus
& anniuersarij. Bona etenim
7 patronatus vẽdi possũt, & ius ip
sũ patronatus cũ bonis ipsis trã
sit in emptorẽ.l.si mercedẽ.§.1.ff.
de act.emp. Vbi hoc notat Al-
bar.l.in modicis.ff. de contrah.
emp.

emp. vbi etiam Alber. adnotauit, fundo vendito super quo impositum est ius patronatus, inemptorem transire patronatum. Quod ipsum voluerunt Innocen. Ioan. Andr. Ancharran. Hostiens. et Abb. in cap. ex litteris, de iure patron. Roch. Curt. in tract. de iure patron. in verbo, ipse vellis. quest. 23. quos sequitur accitat Preses. in libro. 1. resol. cap. 13. vers. hinc etiam duæ: dicens esse hanc doctorum communem opinionem

¶ NEC intererit q̃ sit ius patronatus ecclesiasticũ. vt Accursio placuit in. d. l. in modicis Bar. ac q; alijs, nec non Paulo. in præfata l. si mercedem. §. 1. Rom. singul. 56. Card. in cap. cum seculum, quest. 5. de iure patrõ. et plurimis alijs Doctoribus, quos cumulat Couaruui. in loco sæpe citato hanc vt superiorem communẽ opinionem appellans.

¶ QVod autem bona patronatus non sint eius naturæ vt debeant in familia permanere probatur iterum tam ex Bar. doctrina, in. l. filiusfamilias. §. diui. ff. de leg. 1. q̃3 in. l. si ita quis. § ea lege. col. 2. nu. 7. ff. de verb. oblig. quem ibi DD. sequntur. vbi in materia prohibitionis alienationis sic dixit. Quandoq; quis vtitur verbo alienationis permissiue, et tunc heredis institutio cõtinetur. l. si quis priorem. §. certum. C. de secũd. nup. Quandoq; lex seu contrahẽtes vtuntur vocabulo alienationis prohibitiuè: et tunc, aut prohibetur alienatio simpliciter: et heredis institutio non comprehẽditur. l. 1. ff. de fundo dot. l. quædam. ff. de acq. rer. domi. Ratio est in prõptu, quia non potest omni tempore viuere: Ideo oportet q̃ habeat heredem. Quandoq; prohibetur alienatio in certas personas singulares: et tunc nec per heredis institutionem ex testamento, nec abintestato potest venire q̃ non fiat contra prohibitionem vt hic. et in. l. Codicillis. §. matre, ff. de leg. 2. Aut est prohibita alienatio in certum genus personarum: vt non alienes extra familiam: et talis prohibitio ad eum nõ extenditur. l. cum pater. §. inter. ff. de leg. 2. et notatur in. l. peto. §. cum fratre. et probatur in. l. pater. §. Iulianus. ff. eod. tit. Aut est heres testamentarius: et tunc videtur prohibita alienatio. d. §. cum fratre. secundum Iacob. de Are. Quod tenet Dyn. et bene.

8 ¶ VIDes quomodo apertissime resoluit Bar. lege, aut homine prohibente alienationem rei simpliciter: nisi dirigatur prohibitio in certas et singulares, notatas q; personas, non videri in ea re prohibitam institutionem: heredis: siue institutio ex testa-

testaméto prouenerit, siue ex lege deferatur vt cum abintestato succeditur? Audis etiam quomodo vbi ad genus prohibitio dirigatur personarum, ne res exeat de familia: possint qui sunt de familia in re succedere siue ex testamento siue ab intestato succedant? Ergo patronatus bona poterunt ad extraneum de familia peruenire: siue heres instituatur, siue ab intestato succedat: nisi accidat quod prohibeatur alienatio ne bona exeant de familia. + Quod Maioratui non conuenit, quia debet res neccessario relinqui successori iure sanguinis contingenti. l. 40. Tauri. que vt predixi, est hodie. 5. tit. 7. lib. 5. nouæ recopill. legum Regni, cum communi Regni huius consuetudine. l. coheredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pup. l. vnum ex familia. §. si de falcidia. ff. de leg. 2. l. cum qui. ff. de interd. et releg. Lauden. inter consilia Oldral. cons. 224. cum alijs plurimis congestis per Molinam in præhab. tract. maiorat. lib 1. cap. 8. nu. 10. Eos admittens, nu. 11. quo ad postremum possessorem. nam quo ad primum instituentem maioratum secus censet: existimans ei succedi, iure vtique hereditario. sic intelligens Oldral. cós. 94. col. 3. cum seq. Alber. in proe. ff. vet. §. discipuli col. 4. vers. et ex predictis subijcio. nu. 6. et in. l. pen. col. 6. vers. nunc transeamus. Cod. de don. inter virum et vxo. & in. l. 3. ff. de interd. et releg. Luc. de penna. Ar. charr. Abb. Socin. Afflict. Suar. Molineum & alios qui dixerũt succedi in maioratu iure herditario, vt quoque dixit Gomecius in. d. l. 40. Tauri. eádem successionem diuerso iure censens respectu diuersarum personarum.

¶ VT Igitur ad veram rei cognitionem accedamus supponendum prius existimo: + diuersimo
10 dè apud nos solère relinqui pro anima. Quandoque enim res relinquitur impersonaliter, onere anniuersarij grauata. vt quia dixerit testator: relinquo talem fundũ, vt exeo dicatur mihi in quolibet anno in festo natiuitatis Diuæ Mariæ sacrificium tali solennitate celebrandum. Quandoque Titio fundus relinquitur, eique onus hoc iniungitur festum istum celebrandi. Sed et tercio sic concipitur: relinquo super talem fundum tantum oneris atque pensionis annuatim soluendæ per heredem fratribus Diui Augustini, vel clericis talis parrochiæ vt celebrent mihi festum tali die pro anima.

11 ¶ + DE Vniversis quoque bonis solet fieri patronatus, quẽ dicũt capella

pellaniam. In hac spetie quando quod prospicitur clerico celebraturo sacrificium principaliter: quandoq; patrono principaliter prospicitur, sed clerico secūdario. Primum accidit cum clerico cuncta bona relinquntur ad eius substentationem: sed pauculæ pecuniæ patrono, censori eius sacrificij. Secundum accidit, cū patrono omnia bona relinquntur clerico assignata pensione non magna. Ex quo accidit quod quandoq; vtriq; æqualiter prospectum est, quia vtriq; congruam substentationē testator relinquit.

12 ¶SIVE igitur testator fundum pro anima reliquerit, siue vniuersaliter bona omnia: siue velit prouidere patrono siue sacerdoti principaliter: siue sacerdoti æqualiter atq; patrono, hoc vnum est absq; dubio: quod vult animæ prouidere principaliter; nam eius gracia curat constituere patronatū, & itē anniuersarium. Neq; alia potest reddi ratio si non adpareat expressa. Sic sumus in conclusione l. quamuis iuncta glos. C. de fideicom. singulari, in verbo curauit. ibi, nam ob quam aliam causam de emancipatione rogasset? Ex qua cuncti nostri notant, quod vbi non potest nisi vnica ratio reddi (vt est in spetie prædicta) ea habetur ac si fuisset expressa. Appellat eam singularem

13

Ias. tam in § omnium instit. de actio. num. 38. quam in authen. quas actiones Cod. de sacro sanct. eccle. quam demum in l. 2. col. 2. ff. de liber. et posth. Pulchram Angel. cōsil. 68. martinus Ioannes. col. 1. ad exordium. et eam sequitur Bal. in consil. 43. in lib. 3. Quam etiam spetiatim ad materiam Maioratus conclusionem: considerātes amasse testatorem agnationem, vbi masculos ad successionem inuitauit: tenuerunt Ioann. Andr. (referens Iacob. de are.) in additio. ad specul. titu. de successionib. ab intestato, versi. est sciendum. Ipse idem (referēs Richard. Malumbri.) in addit. ad eundem tit. de testam. ad fin. Cyn. & Saly. in l. 1. ad. l. iul. de adult. Cod. Matthesell, consil. 130. dicens ita fuisse consultum per multos solennes doctores, ferē totius Italiæ, & multos alios quos ommitto in ista parte: quos recitauit Molina in præhab. tract. Maiorat. lib. 3. c. 5 nu. 25. id ipsum tenēt. Qm̄ Bar. non patitur in. l. liberorum. ff. de verb. sig. nu. 12. et. 13. q, statuentes maioratus qui feminas exclusērūt propter masculos: moti fuerint ea tantummodo ratione, vt agnatio atq; progenies masculorum conseruaretur, cum possent aliæ assignari. vt quoq; placuit Bal. in. l. si defunctus. nu. 8. de suis et legit. hered. Iapo. alleg. 101. 9 col. 11. in fine. Imolæ in. l. si vero.

§. de

21 ¶ DEBet † ergo quid addi masculinitatis vel agnationis, vt femina proper masculum a fidei commisso excludatur: nam agnatio per feminas non conseruatur, nec per filios feminarum. l. sunt autem de legit. tut. vbi dicitur ꝙ illi sunt agnati, qui sunt cognati per virilis sexus cognationem coniuncti. quasi a patre cognati. idem in. §. sunt autem, inst. de legit. agnat. tut. et in. §. 1. inst. de legit. agna. succeß. l. iurisconsultus, cum similibus. ff. de grad. l Deo feminæ succesſio agnationis conseruationi repugnat. cum ipsa sit finis agnationis, l. pronuntiatio. §. familiæ, ff. de verb. sig. l. aduersus. Cod. de crimi. expilate hered. l. quicunq;, cum similibus, Cod. de re milit. lib. 10.

22 ¶ ET Enim † si institutione patronatus institutor id profiteatur expresſim, nempe ea ratione prohibitionem alienationis bonorum patronatus facere, vt ipsa bona perpetuo in agnatione conseruentur: feminæ, atq; etiá masculi ex eis descendentes, perpetuo exclusi césendi erunt, etiá in casibus in dispositione non expresſis, per rationes supra dictas nam repugnat femina conseruationi familiæ. et quod dicimus, etiam in casibus in dispositione non expræſsis, addit Molina, in præd. lib. 3, cap. 5. nu. 1. ex multis authoritatibus resoluens hoc. et quia dispositio ex idemtitate rationis de casu ad casum est exté denda, quod repetit in num. 69. dicens ꝙ non debet admitti ea persona per quam cognatio in posterum supprimenda sit: et si ipsa per lineam masculinam descendere dicatur. Ipsum idé repetit in nu. 70. se referés ad librú primum cap. 6. vbi in numero. 40. id item comprobauit multis testibus, seu testimonijs.

¶ IMMO et si institutor maioratus expræſsim id non dixerit: † si ratio eadem sub intelligi & ex verbis colligi posſit, habebitur pro expræſſa. Si credimus Iacobo Butr, Ioann. Andree, & alijs. supra citatis in versi. siue igitur. nu. 13. et alijs multis congestis per Molinam in locis illiccitatis. veluti si masculos inuitauerit ad succesſionem nullam faciens de femina mentionem. Nam ex hac nominatione masculorum, ellicitur voluntas agnationem conseruandi. Nec alia colligi potest quamuis Bar. in. d. l. liberorú de verb. sig. nu. 12. et 13. & multi quos in præhab. vers. siue igitur, citaui considerent alias multas quæ ni fallor, respectu eorú qui in posterum nasciturí sunt non

23

pos-

possunt verificari. quemadmodum Molina bene notat inpred. lib.3.c.5.nu.53.

¶ NEC impediet q resoluimus inversi.siue igitur,relinquentem patronatum animæ voluisse prouidere principaliter,& de agnatione nõ tractasse nec de aliqua Gentilitia aut prophanitate religioni repugnante. Sepe enim
24 homines auribus tenere lupum volunt,Deoq; et mamone seruire.Et magis pie dici potest q non sequitur, prouidet principaliter animæ suæ,ergo agnationi et corpori alieno non potuit, aut non voluit secundario prouidere.Potest enim vt canonicus qui recitat propter prebendam secundario:ne si secus fuissemus interpretati, damnaretur cum simone. Nec erit vicio reddendum quod agnatio conseruetur,nomenq; familiæ: vt saltem constet preteritos fuisse virtuosos:et futuri illo nomine cogantur tales esse agnationi respondentes atq; nomini.

¶ NEC quoq; impediet q masculinum concipit femininum,et nõ e contra,l.si ita scriptum.3. in prin.ff.d leg.2.in ordine.46.id nimirum nõnullis modis deficit quod de fæminis scriptũ est, vt si eadem ratio militet:Alberi. in.1. par.statutorum.quest.104. latecepol.consil.26.in criminalibus. 2.dubio circa medium, & Paul. in l.siquis in tantam,nu.4. Cod. vnde ui.vt item id quod dicitur de masculino.nam in multis iu
25 ris nostri articulis deteriorem esse conditionem fæminarum q masculorum,constat.l.9. in multis.ff.de stat.homin. quorum vnus est in successionibus bonorum maioratus atq; Regni. ob eius indiuiduitaté, et conseruationem agnationis.l.2.tit.15,par. 2.post mediũ,vbi scribitur Regnum diuisum desolari. Id circo cautum esse vt ad vnum et maiorem per veniret mortuo patre: Præsentiés legislator q debet esse masculus.ex eo quod prius retulerat,et ex eo quod confestim addidit: E esto vsaron siempre en todas las tierras del mundo: Do el señorio ouieró por linage E mayormente en España. Ecce de agnatione tractat.Sed expressim Paulo inferius.E porende stablecieron,que si fijo varon y no ouiesse:la hija mayor heredasse el reyno. Est enim scriptum per Vlp,in.l.1.ff. de senat. Consulari feminæ vtiq; consularem virum preferendum esse nemo ambigit.Sed nec hoc contentus Vlp. sic prosequitur:sed vir præfectorius an feminæ consulari preferatur videndum est. et puto præ-

ferri:quia maior dignitas est in sexu virili. E X quo Bal. ibi notat.
26 †masculo et femina relictis testamenti executoribus si discordét præferendum in dubio masculum esse. sic in successione regni masculus feminæ sit præferédus. Et demum si concurrerint patronus & patrona ad presentandum,(quia patronus reliquerit filium & filiam) si discordent proferendum esse masculum, et eius vocem tanq̃3 digniorem.

¶ HINC ipse idem Bal. in. d. l. in multis. ff. de statu homi. bene
27 notauit†masculinum non concipere femininum in differétibus ratione. Deci. in cap. cum in cunctis. đ elect. nu. 51. & illic Bal. Infert q, si statum dixerit ꝙ nullus audiatur contra instrumentum, nó comprehéditur femina quæ vult velleiano iuuari: sed si vellet iuuari alia exceptione quæ nondiscrepet a masculo concipi in dicto statuto. vt Cod. de in dict. vidu. toll. l. fin. & quod notat Cyn. in Rub. Co. de procur. & ipse in. l. quicunq; Cod. de ser. fugit. IDé si masculinum et fæmininum differant in causa finali. l. quis quis. Cod. ad. l. iul. de adult. & quod notatur in. l. 1. Cod. de rap. virgin. IDem demum vbicunq; lex loquatur discretiue. Idest per se de masculo et per se de femina. Túc enim (ait Bal.) masculinum nũq̃3 concipit femininum. quia expressum facit cessare tacitum. l. si ita. ff. de liber. et posth. l. Clemens patronus, de hered. instit. & quod specul. notat. tit. de procur. §. 1. post principium. Sic existimo dicendum, etiam in eo patronatu in quo est mentio de masculis facta discretiuè. Quorsum enim testator de masculo fecit mentionem, nisi ratione ea finali vt conseruaretur agnatio, cognomenq; familiæ?

¶ E Rgo vbi masculinitatis non appareat mentio facta, sequitur id verum esse quod diximus paulo ante, in versi. ex quo sine. num. 15. feminas maiores natu in patronatu succedere: vbi maior sit vocatus non expresso verbo masculo.

¶ NEC mihi impedit quod responderat vlpian. in præd. l. 1. ff. de senat. Cósulari feminæ cósularé virũ præferédũ esse. nec quod ad notauit Bal. in præd. l. in multis in prin, ex ipsa ibidem arguens. ꝙ si consuetudo Regni est vt primo genitus succedat in regno, nó intelligitur de fæmina primogenita. Nã statim Bal. addidit. Quod verũ est si extat masculus: alias intelligitur de fæmina. per rationé, quia succedit in naturali dignitate,

te, licet non in meta officiali authoritate. tamen hic secus est (ait idem) quia officium est se que la nature. et idem in cōmitissa et similibus, quibus dignitas prouenit ex genere. vt notatur. C. de arb, l. fin. perspicuè volens
28 † deficiente masculo succedere feminam. vt item habetur in pred. l. regia. 2. titu. 15. par. 5. ibi. Y porende establecieron que si fijo varon, y no ouiesse, la hija mayor heredasse el reyno. quia euenit ei naturaliter, inferens ad feminam (vt iterum supradixi) exclusam per statutum nollens aliquem audire contra instrumentum: q̄ ipsa non excludatur allegans velleianum: nam obuenit hoc naturaliter priuilegio feminarum. vt hinc quod idem dixit in pred. l. 1. ff. de senat. argumentum esse ibi q̄ masculi potius q̄ feminæ succedant in regno, intelligendum sit vbi masculi quoq; sint, non si masculi deficiant. Deficientibus enim ipsis femina naturaliter, ac lege succedit. Sic in maioratu ac patronatu si masculi defecerint succedet femina, quia naturaliter ei id obuenit, nisi expresim a successione excludatur in perpetuum.

29 ¶ EX quo mihi satis constat, † incæpta linea successionis finiri ipsam debere, anteq̄ ad transuersales progrediamur: etiam vbi masculinitatis expressamētio sit facta. ita vt nedum masculi, sed et feminæ eius lineæ perire debeant anteq̄ ad collaterales trāsgrediamur. Quod prius voluit Ysernia in cap. 1. nume. 2. de eo qui sibi et hered. suis libr. feud. Cyn. in auth. post fratres. Cod. de legit. hered. Bal. in. d. l. 1. ff. de sen. Abb. per tex. ibi. in cap. dilecti num. 11. de arb. post host. & Ioann. Andre. ibidem. Idem Abb. in cap. dilecti num. 1. de maior. & obed. Archid. in cap. cum deuotissimum. 12. quæstio. 2. Angel. in. l. cum prætor. §. non autem. ff. de iud. Deci. in l. feminæ. ff. de regul. iur, num. 3. Et in consil. 269. num. 2. et in consil. 208. num. 6. Purpur. in in rubr. de offi. assessor. num. 62. Thoma. Grammatti. decisio. 1. num. 28. Matth. Afflict. in cap. 1. de nat. et success. feudi. num. 64. Grat. in consil. 3. num. 62. lib. 2. Gozadin. consil. 8. num. 16. cum sequent. Tiraquel. in tract. de primogenit. quæstio. 10. num. 19. & 20. Claud. cantiun. consil. 6. nume. 16. licet Parisi. consil. 72. num. 2. cum sequen. lib. 4. atq; Sucin. consil. 65. num. 24. lib. 1. contrariam sententiam tenuerint. Qui tamen vltimus primam commu-

 nem

nem appellat.& Molina in lib.3. cap.4.num.5.de nobilit. Regni hispaniæ veriorem eam appellat,quam comprobat Burg. de pace.in proœ.ll.Tauri.nu.42.& in consil.29.nu.8.& ratio.l.cum accutissimi.&.l.generaliter. Cod. de fidei commiss.&.l.10. tit.4.in.6. part. & Paris. consil. 81.inpresenti causa,nu.20.quod vtiq; est apud omnes scribentes & in praxi absq; vlla controuersia. Nam cum maioratus siue Regnum ingrediatur lineam patris, admittitur eius filia masculis eiusdem patri deficientibus,excluso masculo remotiori: quo vsq; linea patris semel incepta finiatur, vt per eundem Burgos de pac.consil.29.num. 49.& per Molin.in predicto lib. 3.cap.14. num.14. considerans prius lineam.vt in cap.1.de natu. success.feudi. & ibi Afflict.nu. 77.Paul.cons.164.num.11.lib.2. cum multis alijs quos cumulat. Secundogradum.Tertio,sexum Quarto ætatem inter pares.

30 ¶IGItur ex his deducitur † inter successionem Regni, Ducatus et Marchionatus, vel Baroniæ & maioratus ex vno latere, et patronatus, ex alio: differentiam non existere quod attinet ad lineam ceptam.lineæ etenim ceptæ feminæ preferendæ sunt masculis eiusdem gradus, lineæ transuersalis.non autem lineæ supradictæ inceptæ, quia in ipsa eadem linea nec ita digna nec proxima reputatur fæmina.

31 ¶VNde, id quod habetur, ac deciditur per Paul. Castrens. ab omnibus celebratissimum. in consil.164. num.18. libro.2. loquentem in maioratibus hispaniæ,nempe in Maioratus successione feminam ad instar redigi secundi gradus masculo existente:quodq; tenet Suci.in.l.Gallus §.quidam rectè,num.4.ad fin.ff. deliber.et posth.et in cons:227. num.3.lib.2.Carol.Ruin.consil. 120.nume.11.lib.1.et in consil. 168.num.6.lib.3.Et iterum in consil.117.nu.8.etconsil.151.nu.15. et in cons.154.nu.13.nec non in cons.167.nu.11.lib.2.Et curtius Iunior,consil.125.nu.5.in ipsa eadem linea admitti potest. vt ex Molina colligitur inpred. lib.3. de hispannorum primogenijs. cap.4.nu.12. Sed nec tunc est congrué dictum quamuis substantia sit vera:Deberet enim dicere ꝙ femina in eadem linea constituta licet grádior sit ætate habetur ad instar iunioris. Et minime admittendus est si masculus concurrerit cum fe-

¶EX

mina quæ pro venit de linea cæpta.

32 ¶EX quo plane deriuatur † esse Paulum admittendum in linea pari, vbi consobrini ad succesionem concurrant alicuius transuersalis, sitq; alter eorũ femina. Tũc enim fæmina habebitur ad instar secundi gradus vt ait Paul. ideo masculus tanquàm dignior et proximior præferretur. Sed non sic vbi succedatur ascendenti, et sit fæmina de linea cepta descendens ex patre masculo: tunc quippe representando patrem patruum excludet, iuxta.l.40. Tauri, regulam de linea cepta. de qua dixi in nu.29. & representationis materiam, de qua nostri diserunt latissime. ITem non sic similiter diuersa ratio in femina, seu maior, quia vtrinq; coniuncta. Auth. cessante et auth. post fratres, 1. Cod. de legit. hered. & authen. de hered. ab intestato. §. si igitur, defunctus. 2. versi. Vnde consequens est. coll.9.l.5.tit.13.part.6.

33 ¶ET inde est q † mereatur emẽdari diffinitio maioratus, quam edidit nobis Molina, (vir alias non contemnendus) in pred. lib. 1.cap.1.nu.22. quatenus in ipsa habetur: Est ius succedendi in bonis ea lege relictis vt in familia, integra perpetuo conseruentur. Deberet nimirum dicere, ni fallor. Vt in agnatione et cognatione integra pertuo conseruentur. Cũ videamus q prohibitio alienationis, vocatioq; masculorum prefeferat, (voluntate expressa vel presumpta testatoris) predictam conseruationem agnationis: non autem familiæ tantum, quæ conseruatur per feminam etiam nuptam, atq; nurum.

34 ¶INDe quoq; † effectum est q videatur id verius quod determinant Ioann. Lauden. inter oldraldi consilia. cons.224. col. 7. vers. hoc autem ius. Alexand. consi. 30. num.15. lib.1. Bal. cons. 121. col. pen. versi. modo facio vnam, lib.3. Card. Alexan. in cap. 1. col. 4. vers. tertio deducitur, de feud. March. lib. feud. & Gozadin. in cons.53. num. 6. & num. 15. quos citat ipse Moli. in præd. lib. 1. cap. 8. nu. 2. Quia succeditur in maioratu iure sanguinis, sed non iure hæreditario. quia a primo habetur institutore nõ auté ab vltimo possessore. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulg. l. vnum ex familia. §. si de falcidia cum simil. ff. de leg. 2. l. eum qui, & ibi Bar. ff. d interdict. et re leg. asserentes ex eo tex. non ex vltimo Sed ex primo id capi.

¶ QVOD probatur ratione in conuincibili (vt vtar verbis Molinæ in loco dudum citato num. 3.) Nam primogenij succeſsio defertur filijs vt filijs, non auté vt heredibus. Quod patet ex eo q́ fere semper in primogenijs soleat dici, q, in eis succedat Seyus et post eius mortem filij eius ac descendentes: nec in eis solitum sit dici, q ad filios et heredes deferatur. Ex quo fit, vt † filius primogenitus, etiam si heres non fuerit, debeat in maioratu quem pater eius poſſedit, succedere gl. in l. si operarum iudicio. ff. de oper. liber. Bal. in cap. 1. §. hoc quoq́; de succeſſ. feud. num. 4. quia ea quæ filijs, vt filijs deferuntur debent eisdem prestari, etiam si heredes non sint. Bar. per tex. ibi, in l. vt iuris iurandi. §. si liberi. nu. 4. ff. de oper. liber. l. pro herede. §. si quod tamen. ff. de acquir. hered. Et hoc idem est in feudis. Bald. per tex. ibi, in cap. 1. an filius vel agn. num. 8. libr. feud. Aluarot. num. 9. Prepositus num. 6. & est communis resolutio, secundum Alexan. non paucas authoritates referentem in consil. 26. num. 4. lib. 5. Iaſſ. in l. quod dicitur. num. 33. ff. de verb. oblig. & in l. si non sortem. §. libertus. num. 33. ff. de cond. indeb. & multi alij, quos vt non neceſſarios ommittimus in re tam clara, quos citat d. Molin. in loco supra citato. num. 5. citans inter alios Iulium Clarum appellátem hanc communem. lib. 4. sententiarum §. feudum quæstio. 9.

¶ SIC enim & in expensis dicen condemnandi veniunt Oldrald. in consil. 94. colu. 3. Alberic. in proæ. ff. veter. §. discipuli. col. 4. versi. et ex pred. subijcio. nu. 6. et in l. pen. col. 2. versi. nunc trásea mus. Cod. de don. inter vir. & vxo. & in l. 3. ff. de interd. & releg. Luc. penna. in l. si quis in sacris, ante fin. Cod. de proxi. sacro. scrinior. lib. 10. Ancharran. & plurimi alij congesti per Molinam, in prehab. 8. cap. lib. 1. in prin. qui dixerunt iu re hereditario succedere in primo genijs.

¶ NEC fore admittendam (saltem sine distinctione) concordiam ipsius Molinæ in ipso cap. 8. num. 10. qui ita dixit: † Aut consideramus succeſsionem respectu primi maioratus institutoris: aut respectu sequentium eiusdem maioratus poſſeſſorum. In primo casu, iure hereditario dicendum est succedere. In secundo vero iure sanguinis, & non iure hereditario, cum nihil ab vltimo poſſeſſore, sed a primo instituto-re

37 re capiatur. Etenim et si a primo institutore maioratum capiat, poterit priuato iure capere, nempe institutionis inter viuos, quia instituisset ipsum quando decederet, heredem. Nec est maior ratio in hac specie quam in successione eius qui non instituit primogenium. Merito Molina videtur interpretandus, admittendusq;, cum instituatur primogenium in vltima voluntate. Siue vniuerse hæreditatis instituatur maioratus, siue ex aliqua parte bonorum. Sed cupidus addiscendi interrogo: posset ne cui relinquitur hoc primogenitum, absq; institutione succedere maioratus? Igitur si expectat institutionem, non succedit iure sanguinis, sed iure illo institutionis. ergo iure hæreditario, si inter viuos non acceperit.

¶QVOD si nec Molina valet propter hanc rationem vltimã defendi, nec substineri: eius diffinitio Maioratus, et nostra periclitatur. Et demum illud est falsum quod posuimus in versi. in his quoq;, et verius est quod dixit Oldrald. in preha. consil. 94. & multi qui ipsum sequuntur, quorum partem congessimus in versi. sic enim: dicentes quòd succeditur primo institutori iure hereditario, & non iure sanguinis.

¶CÆTERVM si adfirmes hoc, in aliam non minorem incidimus controuersiam omni fariam disputatam per doctores:
38 an possit cui prælegatur in aliquo testamento, acceptare prælegatum repudiata eidem hereditate ab eodem testatore delata? Nam si dicimus q; iure sanguinis succedit eidem: poterit, si autem contra, non poterit, cum non debeat testator pro parte testatus decedere & pro parte alia intestatus. l.1. & .2. ff. de acq. hered. vbi Bar. & omnis caterua doctorum.

¶PROPterea ne tempus atq; fruges citando authores cõsumam: nũdinæ disputationis sunt in l.21. Tauri, quæ hodie est. l.5. titu.6. lib.5. nouæ recopillationis legum regni in qua absoluitur hæc quæstio: statuiturq;, q; possit institutus acceptare prælegatum repudiata hereditate. proinde & maioratum, et patronatum si placuerit acceptabit, repudiata hereditate ab ipso defuncto relicta. Ex quo videtur conuenire legem istam Doctoribus qui dixerunt, iure sanguinis succedi ipsi testatori: Destruereq; concordiam predicti

Lud. de Molina.

¶VERVM ipse in pred. lib. 1. de hispannorum primogenijs in d. cap. 8. num. 13. sentiens hanc difficultatem contrase: conatus est legi illi asignare verum sensum. dicens: sciendum est, Maioratum quandoq; constitui ex vniuersa testantis hereditate, seu eiusdem quota aut portione. Quandoq; autem ex quota bonorū, seu ex certa re particulari. Si excerta re particulari Maioratus fiat: potest procul dubio maioratus ipse acceptari, repudiariq; ipsius institutoris hereditas. Sicq; intelligenda est. d. l. 21. Tauri. & l. qui filiabus. §. fina ff. de leg. 1. Idq; probatur ex. d. l. 21. ibi, Mejorado en el tertio y quinto de los bienes de su padre. Ex quibus verbis constat ꝙ illa lex loquatur de tertio et quinto bonorum non autem de tertia et quinta hereditatis portione.

¶HÆC Molina in. d. loco. annectens in num. 14. aliam partē distinctionis, in qua habetur: Si autem ex vniuersa hereditate, seu quota eiusdem, prout tertia et quinta hereditatis parte: non posse primum ipsius Maioratus successorem hæreditatem repudiare, Maioratum vero consequi, cum Maioratus ipse in hac spetie portio etiam hereditatis sit nec posit ipsa scindi aditio hereditatis: sed vel in totum hereditas adiri vel intotum repudiari. l. 1. et. 2. ff. de acq. hered. quod in spetie probo (ait Molina) ex tex. vbi Bar. et scriben. in. l. quid ergo, ff. de leg. 1. & alibi. sepe scribentes.

39 ¶VERVM tamen, ex hoc responso Ludouici non soluitur difficultas quam proposui dicens, si succeditur iure hereditario non potest idem acceptato prælegato repudiare hereditatem. Nec probatur ꝙ succedat iure sanguinis cui prelegatur in quota bonorum. cum et ipse alias resoluerit in ipso loco, num. 17. quotam bonorum & quotam hereditatis in effectu atq; substantia conuenire: cum pater qui potest vni filiorum tertiam & quintam bonorum partem relinquere, posit item tertiam & quintam partem hereditatis eidem prelegare. vt prædixerat Peralta in. l. cum autem num. 15. ff. de lega. 2.

¶MIHI propterea videtur ita di-

40 dicendum: vltimo maioratus successori semper iure sanguinis succedi: vti dixerat Molina, et dixerant illi omnes quos congessimus in præhab. versi. Inde quoq; qui id simpliciter dixerant non signantes cui succederetur hoc iure. Sed quod ad priorem attinet institutorem Maioratus, non puto absolutè cum Molina respondendum, q iure hereditario succedatur. Nec in hoc existimo admittendos Oldrald. Alber. & reliquos, quos congessi supra in prehabito, versi. sic enim. Nec mihi impediet quod notaui in versi. ibi proxi. incipien. Nec forte, nempe q si expectat institutionem, non succedit iure sanguinis: Sed iure ipso institutionis, & id circo hæreditario. Nec in quam hoc mihi impediet, cum non omnis qui ex testamento succedit, iure hereditario succedat, sed legati, fidei ve commissi, vt patet ex titulis. ff. de leg. 1. 2. & 3 & Cod. de lega. & Cod. de fideicommiss. ac propterea iure priuato prelegati. l. qui filiabus. §. vlt. cum l. sequenti. ff. de leg. 1.

41 Merito vt posit acceptare prelegatum, & propterea Maioratum. siue patronatum is qui hæres instituitur et hereditatem repudiare, verbis est eidem legati, relinquendum prælegatum. vt in. d. §. vlt. & . l. proxima. scilicet iubeo, Rogo; volo, mando, fidei ve committo. l. omne. verbum. Cod. comm. de leg. vel aliud forte simile, vt habeat, percipiat vltra hereditatem, vel aliud simile his verbis. Ná si dixerit instituo

42 verbum honorarium est, & onerarium. l. nihil. ff. de verb. sig. l. hereditas. ff. de reg. iur. &. l. 9. Tauri. que hodie est. l. 7. tit. 8. libro. 5. nouæ recopill. in qua cauetur, filios Bastardos ac illegitimos, non posse matribus habentibus filios legitimos heredes esse, nedum ex testamento, verum nec ab intestato. Posse tamen matres eisdem interuiuos, vel in vltima volunatate quintam parté bonorú suorú relinquere. Quod si filios legitimos et naturales non habeant, licet habeant ascendétes possint prehabitos filios Bastardos ac illegitimos instituere sibi hæredes: nisi tamen damnati coitus, punibilis q; sint. In hac etenim spetie permittit eis eadem lex quòd possint quintam relinquere bonorum partem matres. Quasi a parte doceat lex, titulo honorario vniuersali institutionis non debere tales filios comparari cum legitimis ac naturalibus: sed titulo parcicluari legati posse, quid eisdem relinqui. Manifestissime ostendens magni interesse inter titulum institutionis & legati

gati aut præ legati. Nam si here dem instituerit quomodo scindi poterit hæreditas? d.l.1.et.2.ff. de acq. hered. quamuis insti tuatur in vna re.l.1.ff.de hered.in stit. Ergo vt valeant scindi bona vacatia defuncti, scindi titulo debebunt: ita vt maioratus institutor, maioratum instituerit de per se verbo aliquo priuato legati vel prelegati, aut donationis: in reliquis heredem instituendo eum vel alium.

43 ¶ ERGO post tam magnam quam fecimus digressioné (neccessariam tamen ex versiculo, qua ratione atq; maiori) opus est repetere illic iterum dictam conclusionem, vt videamus an de Patronatu iudicium idé sit quod diximus de Maioratu? etenim ex his quæ diximus in versi. nec mihi impedit, nu. 27. deduximus in versi. ex quo mihi, incepta linea successionis per patrem: nó posse ad aliam transgredi collateralium donec masculi, fæminæ q; expirent eius lineæ. Cæterum resolui in versi. ibi prox. & vers. vnde id quod habetur, nu. 31. Si extent masculus & femina in eadem linea & gradu: soror scilicet & frater minor, preferé dum esse fratrem eoq; soror ad instar habeatur secundi gradus Et ea ratione, & a fortiori ellicimus in vers. qua ratione: multo magis hoc procedere si femina atq; masculus diuersarum lineárum, æqualium tamen, concurrerint in gradu. Vnde queritur an in patronatu dicam idem? Nam doctores vt predixi apud inicium, ijsdem regulis vtuntur de patronatu quibus iudicant de maioratu.

¶ SED ne tractemus de incognitis consentaneum est videre an omne relictum pro anima quod in perpetuum relinquatur, vti est anniuersarium vocandum sit patronatú? Quid enim si fundus domus ve hæredibus relinquatur eo onere vt dicant anniuersarium festum Sanctæ Mariæ celebrátes: quod accidit quotidie in testamentis: erit ne istud Patronatus? Certe non si non decipior. l. 123. ff. de leg. 1. vbi verba ista hec habentur. Nihil proponitur cur prohibeatur heres edificia distrahere quorú redditus sportule sunt relictæ: salua tamé causa legati. cui alienationi conueniunt. l. in modicis. ff. de contrah. emp. et. l. si mercedé. §. 1. de act. emp.

44 ¶ NEC Quis dixerit q; non est pro anima relictum neq; pium. De alimentis enim tractat in vltima relictis voluntate, & ideo de

Ale.in.l.1.ff.sol.matr.et late ego resolui in reper.in verbo alimenta. versi. esset tamen. sportulæ enim de quibus tex.illic loquitur tantum est ac si diceret testator alimenta, vt aduertit ibi Accur.
44 †Potest enim ab effectu sportula simpliciter scribi pro alimentis: vbi in legato sic dicatur: relinquo titio decē in singulos annos pro sportula. Dispēsationi enim Aulicæ in curia olim Romana, officialibus q; recta cena sportula q; pertinebat. Budeus in .l.solent.ff.de offi.presid.in libro quē Annotationes vocauit ad Pandectas. In quiens in.l.si mulier.ff. de don.inter vir.et vxo. sportas, sportulas, et sportellas vocari per Asconium.esseq; sparteas vtensilias, ad maiores interdum summas pecuniarum capiendas. Et a sparto herba vocabula ista deducta esse. Ex qua (inquit) contexebantur teste Plinio lib. 24. Addit ibidem: inde sportula dicta est, obsonium quod diuites Romani salutatoribus dabant secreto ipsi cænantes. VNde in vsu et consuetudine sunt famuli, die hodierna: (vt quid dicam pertinens ad hunc tractatum) illi quidem qui gestiunt dispensationem, dominis suis sic dicere: Da mihi ad sportam: & nō nulli ad sportellam. Vt in prouerbio iam sit, sportella salis me destruit. non vtiq; quia velit dominus tantum de sale tractare: q̄; quia propter sportellam salit pecunia de bursa.

¶ PRO inde (vt alia ad confirmationem adducam prehabitæ propositionis) vide tex.in.l.in in modicis de cōtrah.emp.et in .l.si mercedē.§.1.ff. de actio.emp.
45 vbi fundus venditur in quo sæpulcrum quis habet: et valet et tenet venditio: non quia valet sepulcrum vendi simpliciter. l. Sed celsus offilius.ff.de contrah. emp. sed quia fundo vendito ius sepeliendi consequenter venit. præhab.l.in modicis.& præhab. l.si mercedem in.d.§.1. Quod non esset si patronatus diceretur quia est a fundo distinctus. cap.cum secundum extra de iure patron.et.l.8.tit.15.part.1. quibus confirmatio hec comprobatur. quia conueniunt dictis legibus, in modicis, et si mercedem.§.1.

¶ VNDE existimo dicendum
46 †tunc vocari Patronatum cum ad titulum relinquitur Capellaniæ, in qua cadit præsentatio. argumento eius quod dicitur, appellatione Beneficij venire altare quod datur in titulum glo.1.in fine, in clemen.2. de

de decimis. Dominic. in cap. fi. col. vlti. de consuet. lib. 6. Decius in Rubr. extra de rescrip. col. pen. num. 26. Dicens q; est simplex beneficium, vt Abba. voluit in cap. recolentes circa fin. de stat. monach. Ac repetens col. vlt. q; appellatione beneficij veniunt prestimonia. vt notauit Federi. in tract. de permut. bene fi. quæstio. 9. Ioann. Milis, in verbo beneficium. col. 1. & tradere nonnihil modernos in cap. postulasti Char. 5. col. 1. versic. circa secundam. eodem titu. de rescrip. Oldral. in consi. 81. quod processus in prin. Et Dominic. in cap. fin. de concessio. preben. modo detur in titulum id præstimonium. quod sequitur ac refert. in num 31. Cur propositioni arridet rub. tituli 15. part. 1. quatenus dicit: E pues que en el titulo ante deste fablamos como deuen ser guardadas las cosas de la yglesia: e que no deuen ser enagenadas sino por razones ciertas: conuiene que digamos eneste del derecho qne an delas yglesias aquellos que las fazen de nueuo que son dichos patrones. Et in. l. 1. ibi, Patronazgo es derecho o poder que ganan las yglesias por bienes que hazen los que son patrones dellas. Este derecho gana hombre por tres cosas. La vna por el suelo que da a la yglesia en que la fazen. La segunda por que la fazen. La tercera por heredamiento que le da: (A que dizen dote) onde viuan los clerigos que la siruieren: y de que puedan complir las otras cosas. Et clarius et apertius ibi, E quando la yglesia vacare deue presentar clerigo para ello: y esto se entiende si no fuere yglesia Cathedral, o conuentual, que enestas tales el cabildo, o el conuento a de elegir su prelado. E despues desto an le de presentar la eleccion fecha al patron que le plega y la o-
47 torgue. Ex quo manifestissime ostenditur, proprie patronum tunc esse cum titulum habet et onus. idest Capellaniam quam regat atq; visitet. quod notat Roch. cur. in suo tract. in prin. Quamuis is patronus quoq; sit, Sed id impropriè, aut minus propriè, qui curat anniuersarium: festum ve singulos in annos celebrandum. cum patronus, pater oneris, aut pater cum onere appelletur. præhab. l. 1. titul. 15. part. 1. Ceterum quia sibi necessaria prouidere non incumbit, sed tantummodo erogare quod est ad anniuersarium relictum et videre an erogetur, onus est sed non est pater, et ideo non est patronus.

¶IGI-

48 ¶ IGITVR, quod superius dictum est (in versi. vnde quod habetur) nempe feminam ad instar redigi secundi gradus masculo existente cessat in anniuersario, & eo patronatu (legati aut fideicommissi) qui improprie est patronatus eo q̃ titulum non habeat presentandi Capellanum: nec sibi onus incumbat defendendi ac prouidendi: nec rursum habeat actionem iudicis ve officium vt locus ille dotatus ipsum alat si in fortunam peruenerit deteriorem. 16. quæstio. 7. cap. filijs. & cap. quicunq;. & l. 2. titu. 15. supra. d. & eadem. 1. part. Et ideo magis quia maioratus nulla regula ei conuenit: cum fere nec vero conueniat patronatui, de quo non nihil est dictum, dicendumq; erit confestim.

49 ¶ IDCIRCO videndum est an regula illa procedat in vero et
50 titulato patronatu? Et † si regulas inspicimus Patronatus conferre in nihilo valet cum regulis Maioratus, vt prediximus. in Maioratu etenim inspicitur agnatio, & fere omne gentilicium. In pa-
51 tronatu vero quid pium † Maioratus prouenit atq; defertur iure sanguinis. Patronatus vero iure hereditario defertur. cap. ex insinuatione. cap. illud. et cap. cura pastoralis. et cap. 1. de iure patrona. l. 8, titul. 15. part. 1. maioratus non potest alienari: patronatus vero saltem cum vniuersitate cedi, donari per mutari, ac vendi potest. vt in iuribus pre alleg. & in cap. et hoc diximus. 16. quæst. 7. l. in modicis de contrah. emp. l. si mercedem. §. 1. de actio. emp. & pred. l. 8. Maioratus non habet onus iniunctum regulariter sed gaudium: Patronatus onus habet: et onus est in verbis et deriuatione eius inclusum. Quid ergo patronatus cum maioratu cõmune habet? Aut cur fæmina excludetur per regulas maioratus vbi eisdem eam testator seu institutor non subiecit?

¶ VT igitur sit fæmina postponenda in negocio patronatus, duo interuenire debent in eius institutione, vt conueniat maioratui. prohibitio alienationis, et masculinitatis vlla expressio, ex qua colligi voluntas possit agnationem conseruandi. Etenim si deficiat hæc postrema non sufficiet prohibitio alienationis. nã vt diximus superius intelligitur extra familiam, cui fæminæ quoq; in sunt et nurus. l. pronuntiatio. ff. familiæ. §. de verb. sig. Non nocet. l. 1. ff. de senat. vbi

dici

dicitur digniorem esse virum femina, eiq; esse preferendum: et quod exea notat Bal. in discordantia patronorum quando sunt masculus et fæmina. Procedit enim id in cõsilijs: et in dignitatibus habendis, à negocio naturali separatis, vt ibidem sensit Bal. quando adfirmat feminam in dignitate succedere cum naturaliter ei euenit, vt est in Regno committatu & Marchionatu, atq; Ducatu: vt supra iterum ostendi, in vers. nec mihi impedit, nu. 28. Atq; identidem procedit vbi
52 militat diuersa ratio, aut maior. † Maior enim ratio est q, Regnet frater masculus, q̃3 q soror regnet maior: cum feminæ ratione sexus debeant a negocijs ciuilibus ac virilibus se abstinere. l. feminæ. ff. dereg. iur. Sit q; vltra sexum muliebrem suscipere fratris atq; Regni defensionem, quia est officium virile. l. alienam. Cod. deprocur. et. §. patitur, inst. de in iur. ibi, Defendi enim vxores a viris, non viros ab vxoribus
53 æquum est. † Rursum in patronatu æqualis & maior est q femina succedat. Est enim deuotum genus mulierum. iuxta illud quod in sacris litteris habetur. Orate pro deuoto femineo sexu mulierum.

54 § † N E C Est semper et in omni bus Pauli regula admittenda et aliorum qui dicunt, in Maioratus succesione fæminam ad instar redigi secundi gradus. quos citaui in vers. vnde id quod. nu. 31. Procedit enim securè in concurrentibus in ipsa linea. in alijs vero non sic. Nam vt diximus superius in vers. ex quo mihi nu. 29. cæpta linea est finienda, quamuis in femina finiat. quod non esset si ad instar redigeretur secũdi gradus. Ex quo (post Corn. cons. 199. lib. 2. nu. 38. diminute hoc scribentem quod audies) eleganter scriptum est per Molin. lib. 3.
55 cap. 4. num. 13. † neccessario inmaioratu hæc esse consideranda. Primo linea vt cæteris hec præferatur. c. 1. de natur. success. feu. ibi, ad solos et ad omnes qui ex illa linea sunt ex qua istæ litigator fuit. Et ibi, sed omnbus. ex hac linea deficientibus, omnes aliæ lineæ æqualiter vocantur. per quem tex. id communniter scribentes ad notare solere dicit. vt prius dixerat afflictus ibi, nu. 77. Idq; etiam notasse eundem Paul. consil. 164. nu. 11. lib. 2. Suci. in. l. si cognatis. col. pen. nu. 14. ff. dereb. dub: Et in l. heredes mei. §. cum ita col. 7. ff. ad treb. Et in cons. 73. num. 14. cum seq. lib. 4. Præposit & alios quos hic referre non curo: cum sit hoc satis probatum & a nullo controuersum, ex his quæ

quæ dixi superius. in prehabito versi. ex quo mihi. Vltra lineam & ideo secundo loco consi-derandus est gradus: vt qui sunt vltimo possessori magis coniuncti preferantur remotioribus. vt Corneus notat vbi supra. Tertio vero considerandus sit sexus, vt intereos qui sunt eiusdem lineæ et gradus masculus fæminæ præferatur. Quarto etas: vt inter pares linea, gradu, & sexu, maior natu minori preferatur. Ex quo intelligis periclitari illamregulam. Nam si secundo loco considerādus est gradus: et ideo in loco supra citato, Molina, num. 15. sic infert. Exclusionem feminarum propter masculos eiusdem gradus quo ad maioratus successionem faborabilem esse: earum autem exclusionem propter masculos remotiores lineæ ac gradus esse odiosam: bene infertur dictā regulam periclitari & esse falsam Nam si ad instar redigeretur secundi gradus femina succedere nunq̃ possent vbi masculus reperiretur etiam remotior: quia retrocedens femina per gradum vnum, masculo in eodem gradu opponitur: et erit masculus in eodem gradu constitutus ob dictā retro cesionem dignior femina, vt in. d. l. 1. ff. de senat.

¶ PAVLI igitur Castrensis regula et aliorum, vt dudum dixi, procedit in existentibus in vna linea et gradu, quia fratres sint: vel in duabus quia consobrini, quos nos primos appellamus, aut forte secundo loco consobrini, quos nos appellamos lingua nostra, primos secundos. Idest post fratres, primos, post alios primos natos. & sic de inceps. At si patruus contingerit in successione cum nepote, quem nos dicimus sobrino, certe preferendus est ob gradum, & item femina amitta. Nisi finxeris ꝙ sunt in primo gradu successionis, in quo admittitur representatio. nam sublata est iure nouo differentia succedendi inter agnatos & cognatos. tex. in authen. de hered. ab in test. venientib. §. nullam vero coll. 9. vt erat iure prætorio. licet aliud iure ciuili. l. 1. & per totum. ff. vnde legit. l. 1. & per totum. ff. vnde cog. & Cod. cod. titu. item per totum. Qua sublata gradus superest prerrogatiua. l, 2. §. hereditas. ff. de suis et legit. heredib. l. iurisconsultus. & quasi per totum, de gradib. l. 1. §. proximus. ff. vnde cog. l. 1. lege duodecim tabularum versic. huiusmodi. Cod. de legit. heredib. & regula qui prior. de regul. iur. lib. 6. cum multis alijs iuribus que congerit Anton. Gomez in pred. l. 8. apud inicium.

¶ EX

¶ EX quo mihi est absolutum,
5 † etiam in successioni regni, et maioratus fæminas non repellen tis: masculum remotioré in gradu fæminam proximiorem non excludere. vt dixerant Petr. de Bellaper. in. l. pater. §. quindecim. ff. de leg. 3. Bal. in. l. in multis. ff. de senator. Rom. consil. 98. Ioann. Lup. in rubr. de don. inter vir. et vxor. §. 69. nu. 24. Deci. in. l. 2. ad fin. versi. quarto queritur. ff. de reg. iur. Guillel. Bened. in. c. Raynucius, de testa. in verbo, in eodé testam. 1. nu. 173. Bal. cós. 275. lib. 2
5 col. 3. nu. 6. Curtius in tract. feud. in. 2. part. q. 1. limit. 15. & Preses noster hos citans, constantissimeq; eos sequtus in lib. 3. resolution. cap. 5. num. etiam. 5. versic. rursus septimo principaliter ex huius capitis prima adnotatione. nec non noster compatronus Melchior Meres in tract. maioratuū (quem scripsit post Molin. supremi senatus auditorem) in. 2. par. tract. quæst. 6. nu. 24. fol. 309. asserens in eodem nu. fol. 310. col. 1. sibi semper placuisse hanc opinionem. perpendes ad hoc ipsum, prehabitam. l. regiam. vtiq;. 2. tit. 15, part. 2. & pred. l. Tauri. 40. quibus quisq; cogendus est consentire ob gradus prærrogatiuam. & quia vt supradictum est, iure sanguinis defertur, successori, maioratus.

¶ NEC intererit ꝙ vocet masculum is qui instituerit maioratum, si non excluserit feminas. Intelligitur enim vocatus, vbi reperiatur in ipsa eadem linea vna, licet ætate sit minor. & in linea sibi pari, si concurrerit in gradu, vt dictum est. Nec appareat linea incæpta. Nam si finxeris ꝙ consobrini concurrerint filij fratrum, vel alij hoc ordine vlteriores: non intererit ꝙ sint in eodem gradu et linea vt masculus lineæ equalis feminæ sit preferendus lineæ cæptæ, quæ finit in ipsa fæmina. quia est pro ea illa regula, ꝙ linea cæpta est finíenda donec etiam feminas eiusdem lineæ consummat. vt accidit in regno, cuius est maioris importantiæ successio.

¶ VT ex hinc conficiam regulá in maioriæ successione, quæ ita
57 habeat: † tam linea cepta, q̃; gradus anterioritas: efficiunt: vt masculus dignior femina non habeatur in regni successione aut maioratu.

¶ QVOD mihi vtilissimum videtur die hodierna. ad declarationem. l. 2. titu. 15. part. 5. &. l. 40. Tauri, predictas. quarum vltima hodie est. 5. titu. 5. libri. 5. nouæ recopillat. in quibus absoluta est quæstio arduissima antiquorum atq;

atq; fabri in §. Cæterum, nu. 4. inst. de legit. agnat. success. an nepos patruo in successione Maioratus præferatur, si sit filius fratris maioris? nã deciditur q; præferatur: patris sui personam representans grandeui: q̃3 q̃3 pater ante successionem decesserit in maioratu. Ex eo in quam vtilissi
58 mum videri dixi, quia † leges ille, lineam significant esse ceptam: eo ipso q; possessor Maioratus talem filium maiorem habuit, qui legitimum filium relinquat qui valeat cum avunculo aut patruo concurrere. Nam exinde identidem sub infertur, fæminam huius filij, legitimam et naturalem, de linea cæpta iam esse: debereq; excludere eius patruum ætate minorem q̃; pater: & propterea multo magis consobrinum seu (vt dicimus nos) primum, vtiq; quidem et masculum. nec reputari feminæ prædictæ digniorem q; attinet ad successionem: quic quid contradicendum cuiq; videretur propter d. l. 1. de offi. consulis cum notatis ibi a Bal.

¶ QVOD nimirum tenuerunt Sebast. Neapodanus, in consuet. Neapolit. tit. de succes. ab intest. super verbo, ex masculis. Thom. Grámatt. decis. 1. nu. 28. referens ita pronuntiatum fuisse in Regno Neapolitano. per ipsum Regem Fernandum Primum. anno 1480. Id quod Mattheus Afflict. commemorat, in tit. de natura success. feud. nu. 54. qui non audet discedere ab hac opinione. Yser. in cap. 1. in prin. nu. 2. de eo qui sibi, et heredib. suis mascu lis. lib. feud. Prepos. in cap. 1. de feud. Marchiæ. is. fundamen. pro nepote. Sigismundus Lofredus cons. 39. nu. 28. Eleganter Tiraquel. de primogenijs. q. 14. atq; Preses istos citans, eandemq; tenens opinionem in lib. quest. practicar. cap. 38. nu. 8. Quibus additur Molineus, in consuetud. Parisiens. part. 1. §. 8. gl. 3. nu. 5. Di
59 cens q; † ius primogenituræ, est transmissibile ad filium primogeniti: Immo ad eius filiam: etiá si primogenitus moriatur ante patrem. quia est ius formatum à filiatione distinctum. secundum Bal. Aretin. Alex. et Ias. in l. is potest. ff. de acq. hered. Ideo moriente filio, extincta q; filiatione: ius primo genituræ non extinguitur, sed transmittitur ad liberos, et ideo non tantum ad masculos, sed quoq; ad feminas.

60 ¶ QVinimmo † & si non decedat primogenitus, sed abdicet a se prædictum ius pimo genituræ quia ingrediatur monasterium vel aliàs, viuente patre non

adimit filijs hoc ius. vt idem ait in pred. consuet. Paris. §. 10. num. 30. fol. 127. Exquo item amplia tur prehab. l. Tauri. 40. ibi, muera en vida. Vt identidem procedat si primogenitus invita patris non decedat, sed ingrediatur Monasterium: aliter vt abdicet a se predictum ius. vt Meres ad notat. in. 2. part. tract. Maioratuum. q. 6. nu. 7. apud finem.

¶ Quo in loco. nu. 8. adfert ad confirmationem legem. 3. tit. 13. par. 6. quia vocat nepotem cum patruo ad aui hæreditatem, dicens non nocere graduum regulam; Quia regula proximitatis procedit vbi defunctus neminem reliquit ex descendentibus &. d. l. 40. Tauri. ibi, hijo o nieto, o descendiente legitimo. iuncta. l. pronuntiatio, in princip. ff. de verb. sig. vbi masculinum concipit femininum. ac demum. l. 8. tit. 11. lib. 5. ordin. & Cifuent. in. l. 70. Tauri. vbi ad retractum consanguinealem, similiter nepos perfertur patruo. Quasi sentiat. d. Meres ꝙ erit idem in femina.

¶ EX QVO ellicitur in hac ma
teria regula isthec in fallibilis: ꝙ
61 etiam in maioratu inquo per te statorem considerata creditur agnatio (quæ per fæminas non conseruatur) plus consideratur directio lineæ q̃3 propinquitas in gradu, et masculinitas. Sic ni mirum et Astrologi de sole dicũt ꝙ plus operatur directio q̃3 pro-
62 pinquitas eiusdem. † Longius enim in vere quàm in hieme a nobis distat sol. & multo longius in estate q̃3 in vere. Sed plus æstuat et adurit in æstate quàm in vere: et in vere plusquàm in hieme calefacit, ob radiorum directioné: qui exalto magis petunt quàm ex latere licet extant propinquiores, vt in cádela experieris. Nam si ad lumen, piramidemq; fauilæ adiungas manum, non vreris nisi attingas. Cæterum si supra sistas per dupliciorem distantiam et vtiq; per triplitiorem: substinere quidem non poteris quin ad vraris. Hac ratione fæmina quando ex masculo prouenerit possessore Maioratus erit patruo præferenda, et cuiq; masculo, si non sit exclusa perpetuo.

VErumtamen post directionem gradus et agnatio contendunt. Sed vt dixi, in vers. vt exhinc con ficiam regulam: gradum pretuli agnationi eo ꝙ qui instituit maioratum, minimè fæminam penitus exclusit, sed quesit ex masculo descendétem admisit. et ideo sit admittenda iuxra gradus successionem iure communi statutam. Authen. in successione. C. de

suis & legit.hered.et authen.vnde sumitur.l.13.tit.13.par.6.Et eo magis,q, licet per fœminas agnatio non conseruetur vt superius
63 dictum est:ad huc,femina quando ex masculo descendit finis agnationis est,& in ea durat agnatio.d.l. pronuntiatio.§. familiæ.ff.de verb.sig.cum alijs supra citatis,in versi.debet ergo, in fine.Iusq; primogenij,spes ve eiusdem, prius in eo gradu fuit q̃3 descenderet ad alium gradum Quequidem fundamenta, vltra fundamenta sunt, quæ attulit Meres in.2. par. tracta.maioratuum quæst.6.nu. 24.cum alijs. vbi in nu.25.ad hoc inducit.l.17. Tauri,ibi,entre los descendientes que ayan derecho de les poder heredar.et quod est de iure cōmuni, proximiores cōsanguineos remotioribus in successionepræferri,siue masculi sint siue femine.l.2.§.hereditas.de suis et legit.hered.& alia quæ supra iā citaui & inpræha.vers.vt exhinc l.3.tit.13.par.6.ibi,quier sean varones, quier seā mugeres,& alia huius farine non pauca: quæ & si corroborant conclusionem: non eas vires habent que adpugnandum cum presumpta voluntate defuncti, volentis agnationem ex vocatione masculorum conseruare ,neccessariæ forent. Præsertim q ipse dixit non posse dari certam regulam in hac questione propter varietatem casuum, & diuersitatem vltimarum voluntatum:q̃3 vnus quisq; diversimode interpretatur,pro vt mentem defuncti cognitu difficilimam vult coniectare. Vnde ad regulas & probationes earum venire esset vtilius.

¶ QVOD si queras cur gradum puto præferēdum præsumptioni agnationis conseruande?
64 dicam:quia testator qui feminas in totum non exclusit sed post masculos admisit: degraduum corruptione non tractauit. Ideo stare non prohibetur quod testator non mutauit.l. nollumus.Cod.de test.cum vulgar.merito cōformari se videtur cum successione abintestato.vt colligitur ex Bar. in. l. heredes mei.§.cum ita.& ibi Socin. nu. 20.vers.secunda conclusio.ff. ad treb.Et notant Ludouic. Gozadin.in consil.4.par.1. nu.16.et Meres in.d.2.par. in inicio. nu. 18.post Bal.in.l.1.col. pen. Cod. de Sacro Sanct. Eccles. & in
65 l.precibus.col.12. Cod.de impuber.& alijs subst.dicentem, talem presumi testatoris voluntatem,qualē de iure esse debet,vt in.l.duo,de acquir.hered. quod explicat Altia.reg.3.presump.32 Suci.in.l.Gallus.§.nūc d lege vel leya.nu.8.fol.37.ff.d lib.et posth.

 & in

in consil.23.nu.18. & in cons.9. nu.17.lib.1.& alij quos citat Meres in.d.initio. nu 16.Nã et inter viuos idem est, secundum Tiraquell.deretract.conuention.§.1. nu.14.qui tantummodo,ingl.2. Bal.atq; Paul.citat inpred.l.duo de acq. hæred. satis contra propriam consuetudinem cumulandi authores.

¶ EX Quo cernis ,non referre, nec ponere rem sub dubio: ꝙ masculus in secundo gradu constitutus ætate grandior sit q̃ꝫ femina , vt eam minorem excludat a successione maioratus siue patronatus.quia †si gradum
66 non voluit testator corrumpere gradui(vt prædixi) ac quisitum fuit ius succedendi:nonpersonæ tantummodo nasciture prius in gradu alio inferiore.

67 ¶SIC Videtur†frustra disputasse Meres,inprehab.tract.in.d.2. parte.quest.6. nu. 66. an proximior ingradu fæmina , vlteriorem excludat eundem Maioratum patentem ? Est enim questio absq; dubio:merito non disputanda, nec rationibus corroboranda,vbi vtraq; femina descendit. Sed nec vbi vltima de masculo deriuetur.

¶ NAM ꝙ illico ibi annectit,feminam ex masculi descendentem præferendam esse feminæ quæ exfæmina quoq; descendat,est adiuersis illatio . Loquitur enim vbi concurrant in gradu.id circo mirum non est si cæteris paribus æquius habeatur propter illam qualitatem eam preferre.quid tamẽ si femina in gradu præcedat? quid item si grandior sit,& habuit prius spẽ succedendi in Maioratu ? fabulam tanto terribilem in hoc postremo,quam Meres vbi supra disputat.nu.35.quamq; ommissam ego facio quia de consuetudine est tractatus.

¶ ERgo † vt femina sit excludenda a successione quæ sit in
68 gradu anteriori : opus est ꝙ vltra vocationem masculinitatis, ex primatur ꝙ succedat masculus etiam gradu inferior et fæminæ præferatur.Vel quid simile exquo possit colligi voluntas testatoris.In primo etenim casu,quia expressum sit , non erit locus coniecturis.l.continuus.ff deverb.oblig &.l.40.Tauri.ibi, Saluo si otra cosa fuere dispuesto porel que instituyo el mayoradgo.In secundo si coniectura sit talis habebitur id pro expresso.quia†expressum est ꝙ ex men
69 te potest colligi.gl.Bal.Angel.et moderni,in.l.pretor , in prin.in verbo, expressus. ff. noui oper. nun.Et dicitur euidenter apparere quod apparet ex legitimis coniecturis , licet non fuerit

rit expressum. Iacob. de Are. Bar. & Ias. in 3. notab. num. 5. in l. licet imperator. ex ipso in ibi tex. ff. de leg. 1. Bal. Raph. Cuman, & Aret. in l. quidam testamento. ff. de vulg. & pup. tex. in cap. 2. de cog. spirit. tex. & Abb. in 1. notab. in cap. cum dilecti, extra de donat. Sic demum et manifestum habetur quod constat ex coniecturis tex. & Abb. in 2. notab. in cap. 1. extra. de censib. idem Abb. etiam in 2. notab. de cleri. non resident. Patere quoq; dicitur, quod constat per presumptiones. tex. & Abb. in vlt. notab. in cap. ad nostram de emp. et vend.

70 ¶ SED, non erit coniectura arbitrio iudicis relinquenda: Sed debebit a iure esse approbata. l. si tutor petitus. Cod. de periculo tutor. l. absentem. de pœnis. Bal. Paul. castrens. Florian. Alex. & Iass. col. 2. num. 13. in d. l. licet imperator. ff. de leg. 1. Bal. in. l. ciues in 1. notab. Cod. de appell.

¶ VT hinc in mala fide con-
71 stituam eos qui legerint predictum Meres, in d. 2. par. cap. sepe dicto, nempe. 6. num. 21. Existimat enim esse coniecturam neccessariam ad feminæ in perpetuum exclusionem: si qui fecit Maioratum habens filium masculū vel plures masculos, & fæminas: masculos in infinitū inuitauerit ad successionem, nulla de filiabus mentione facta. Ex eo motus quòd cum filias non vocauerit sed filios & eorum descendentes: crudelis reputaretur si feminas vlteriores ad mitteret. essentq; ipsæ (cum sint trunco proximiores) vlterioribus deterioris conditionis: quod non patitur in iure. l. si viua matre. §. in nepotibus. Cod. de bon. mater. & ibi Doctores precipuè Pinel. varia ad propositum adducens. SED cum debeant (vt ipse ibidem prius dixit) euidentes esse coniecturæ ac probatissimæ vt sit fæmina excludenda à successione maioratus: positq; prædicta preteritio feminarum in eo sensu interpretari, q̃ feminæ non admittantur masculis existentibus vt hactenus probatum est, sed ipsis non extantibus succedant: probaueritq; ipse idem in num. 42. etiam ibi, vbi expresse in perpetuū institutor Maioratus feminas exclusérit, ad huc feminam admitti, si nullus in aliquo gradu masculus reperiatur: ex presumpta voluntate institutoris qui si in
72 opinatum illū casum cogitasset admitteret predictam feminam ne bona maioratus perirent, vel venirent ad extraneum: cur in sensum reprobum preteritio interpretabitur?

 ¶NEC

¶ NEC quis me mordacitatis aliquid imponat falso dicens, in eo sensu loqutum fuisse doctum virum: quoniam eius verba hæc sunt. Et est tandem vera conclusio, filiam vltimi possessoris Maioratus esse preferendam patruo, in successione Maioratus, nisi fœminæ ex presse fuerint exclusæ a tali successione: vel per euidentes coniecturas et a iure approbatissimas. quod exemplificari potest &c. Igitur si excludit neptem ex masculo: præ defunctum admittens patruum: bene sequitur q in perpetuum tractat feminas excludere. Ideo negat neptes et posteriores de inde fœminas admittendas propter prędictum exemplum.

72 ¶ IGITur si bene notas, Maioratus in nihilo cum patronatu conuenit. Et in maioratu talis regula constituta est, vt aliquid masculinitatis & prohibitionis alienationis institutio continere debeat vt masculus feminæ sit præferendus, & in hoc sit deterioris conditionis mulier. Itemq prehabita prælatio masculi non habet locū linea iam cæpta per masculum feminæ superiori in linea recta. Nisi finxeris q qui instituit maioratum contrarium disposuerit expresim, volens q quęratur masculo ex transuersalibus. Item q, si istud nō expresserit et linea cæpta finiatur, cōcurrāt masculus et femina: si fæmina anteponatur in gradu erit præferenda masculo in gradu inferiore constituto. et propterea opus esse q instituens Maioratum id præcauerit expresim, vel per tales cōiecturas quæ faciant negocium perspicuum. Atq; demum quod si cauerit qui instituit prehabitum maioratum q nunq̃ fœmina admittatur ad ipsum: non videtur excludere eam in casu q masculus in cognatione non reperiatur.

¶ VNDe quid in patronatu sit dicendum ex prædictis manifestum est. quia si prohibitionem alienationis, & aliquid masculinitatis prælatiuum non habeat per testatorem dispositum, sed tantum dixerit, perueniant bona ad eius filium maiorem, femina excludenda non est propter masculum minorem, in eadem linea stantem. cum vt hactenus scriptum est masculinū concipit

73 femininum. eo quod cum non constat voluisse disponenté agnationé, conseruare, sed posit dignitas ita feminæ competere sicut masculo, femina admittitur sicut masculus Paul. Castrens. in

.l.1.

l.1.num.4.et.5. Cod. de cond. in sert.ideo, vbi cessat dictaratio: fe
74 minæ filius, ac descendens comprehenditur sub vocatione masculorum. Rubeus. consil.22. testator habens. nu.13. quia (vt ait) appellatione masculorum de proprietate vocabuli, veniunt masculi descendentes ex feminis. per tex. in authen. de heredib. ab intest venien. ibi, siue masculi, siue per femine personam, defuncto iungebantur. Corne. consil. 246. videtur prima facie, libr. 2. Ruin. in consil.49. Queritur. lib. 1. Brun. vbi supra Bologni. consil. 69. Cepol. causarum ciuilium consil.7. Et est de mente omnium qui de hac materia tractauerũt. vt ait Meres in.d.6. quest. nu. 58. fol.118. col.3. in quo loco, (cum prius in nu.56. de iure patronatus tractasset, late probans, iuris patronatus etiam in eclesia capacem esse fæminam vt notat Abb. in cap.1. de iure patro. Deci. in.l. femine de reg. iur. & Lambert. in tract. de iure patronat. lib. 1. fol. 62. num.30.) annectit hæc que sequuntur: et ista conclusio fortius procederet, vbicunq; ius patronatus processit, & habuit principium a fæmina. argumento doctrinæ singularis Ancharran. in consil.339. num.12. quo in loquo inquit Ancharran. (ait Meres) quando regnum processit a fœmina admittũtur fæminæ ad successionem regni. & notat Socin. post Aret. in. d. §. nũc de lege velleia. nu.5. versi. secũda conclusio.

75 ¶ VNDE + miror quam cito (vir doctus memoria q; tenace laudatus) tradiderit obliuioni dictus Meres, quod in eadem.6. quæstione prius scripserat, num.28. sic dicens. Item masculus in eodem gradu præfertur feminæ: non solum in successione Maioratuum sed etiam in uocatione ad ius patronatus, vel ad faciendũ dicere anniuersaria: aut alias similes res: quarum executio et nominatio ad maiores natu ex testatorum dispositionibus præferuntur. Nisi aliud euidẽter ex testatoris dispositione appareat. Quod patet (ait idem) ex superioribus, et ex.l.7. tit.15. part.6. ibi, Pero si muger fuere entre ellos: maguer sea mas honrrada o de mas alto linage q̃ los varones: no las deue el la tomar: mas alguno de los varones.

¶ ECCE extat ex diametro sibi contrarius noster Meres in ipsa eadem questione. Quem si excuses eo q; dixerit, quarum executio et nominatio ad maiores natu ex testatorum dispositionibus deferuntur: non est excusatio bona, cum non dixerit, ad maiores natu

natu masculos, ex testatorum dispositionibus, præsertim q̃ confestim Dominum Padillen. citat in rubr. Cod. de fideicomm. nu. 9. volentem q̃ in dubio vbi de voluntate disponentis dubitetur. præferri debeat masculus minor fæminæ maiori. Vnde plusq̃ manifestum est, se ex diametro contradixisse, motus ibi ex. l. regia. & infra in. num. 58. ex ibi adductis rationibus non considerans q, interest multum ad prelationem masculorum q̃ eos inuitauerit testator ad successionem. & q̃ est consideranda voluntas testatoris, vel aliter disponentis, an voluerit agnationem conseruare vel non. & an ratio quæ mouerit testatorem ad disponendum sic fæminas comprahendat vt masculos comprehendit. vel forte magis vt est in patronatu & capellanijs: quia deuotissimum est genus mulierum. & q̃ masculinum concipit femininum, nisi ratio militet contraria vel diuersa vt accidit in. d. l. regia. 7. titul. 15. par. 5. quæ tractat de conseruatione priuillegiorum et scripturarũ in hereditate defuncti repertarum. Etenim † si lex ipsa determi

76 minat debere esse scripturas penes eum qui hereditatis maiorẽ partem habeat: statuens q̃ eas habeat infidelitate (vt vtar verbis legis) coheredibus copia data: et si plures sint determinat debere esse penes honoratiorem, & antianiorem, & probatioris vitæ & famæ: quid mirum q̃ præferat virum feminæ etiam honoratiori, conueniens cum. l. 1. ff. de senatoribus, & l. in multis cod. titu? cum constat non esse tam constantes fæminas nec tam fideles vt sunt masculi? Sic constat præhabitam l. regiam meæ sententiæ non nocere, tractanti de patronatu q̃ fæmine maiori deferatur & nõ masculo minori, vbi masculinitatis in institutione nil sit dictum

77 ¶ CENSEO tamen † in maiori patronatu, idest in eo qui habet onus et honorem: sufficere q̃ probetur consuetudo in memorialis, succedẽdi in patronatu illo maiorem masculum legitimum & eius descendentes, nulla reliquis fratribus facta æquiualentia quemadmodum disponitur in maioratu, in. l. 41. Tauri. Quod prius tenuit Bal. per tex. ibi in. l. multum interest. Cod. derciuen, tenuitq; Abb. in cap. venientes. 2. in. 4. col. in prin. extra de testi. et in. c. quid pernouale, de verb. sig. & in cap. supereo. in. 2. not. de parroch. et Castell. qui istos citat ad hanc patronatus probationem in ipsa. l. 41. in verbo. costũbre immemorial. quo in loco allegat Bal. in cap. 1. in. 2. col. in prin.

prin.de feu.March.quia dixit q; consuetudo in successione dignitatis est seruanda.&.l.241.stili que id habebat quod hodie habet.l.Regia Tauri. 40. Sed est notandum q; prehabita.l.Regia 41.desiderat integros testes bone opinionis et famæ ad huius immemorialis consuetudinis succedendi in maioratu primum masculum.vt idem in successione patronatus nos dicamus.

¶IN reliquis vero anniuersarijs & fideicommissis priuatis vt est cũ fundus relinquitur,vel domus vt celebretur vllum festum,vix possem persuaderi ad id tenendum quod de reliquis est dictum: Licet consuetudo probetur supra. d. in successione illius fundi. Tum quia non competit diffinitio patronatus vt prediximus.tum quia consuetudo non inducitur per vnum, sed potius quedam prescriptio vt dixi supra in hoc libro. cap.5. num. 2. Tum quia vt habeat præhabita consuetudo vel prescriptio immemorialis vim priuillegij, opus est q; res sit capax pruilegij & eius impetrationis, quod non accidit in vno paruulo fundo. Tum demum quia nostri Doctores in simili consuetudine probanda, ac obtinéda, se referunt ad dignitatem: que non cadit in fideicommisso priuato atq; tan vili.

78 ¶ S I Tamen † consuetudo generalis probaretur, non in vno tantummodo patronatu,sed in omnibus:q; masculi in ea regione succedunt feminis exclusis, vbi cum ipsis concurrant, admitterem quidem eam,cum declarationibus quas dedimus ad maioratus & ad alios patronatus quia dixit Bal.in.l.in multis. ff.de senat.q; in differétibus consuetudine masculinum non concipit fæmininum . quia ea que differunt consuetudine videntur natura differre . Exemplum (dicit Bal.) Dicit statutum q; nullum magnas ingrediatur palatiũ potestatis:non comprehédit mulierem,quia raro hoc accidit.et iura non videntur facta de raro contingétibus . argum. de vsuccap.l.iusto in prin.& . ff. de legib.l.nam ad ea.

¶EXPLICIT LIBER DE VSV ET
consuetudine,vt de STYLO CVRIÆ
incipiat.Ex officina Regnerij Rabut Typographi.Impensis ipsius authoris.Anno.
1579.

INDEX RERVM MAXIME NOTAbilium, quæ in hoc volumine continentur ordine alphabetico digestus.

A



B

C


vt

Q

R

S

Laus Deo.



SALAZ
de Usu &
Consuetu
dine.



colorchecker CLASSIC
calibrite
mm